

1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

321

# L. ANNAEI SENECAE

# OPERA.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT DISPUTATIONES
ET INDICEM ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

---

VOLUMEN TERTIUM

CONTINET DIALOGOS NATURALES QUAESTIONES LUDUM QUINQUE
FRAGMENTA.

LIPSIAE
SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.
MDCCCXLV.

# L. ANNAEI SENECAE

# DIALOGI IX

AD LUCILIUM

# NATURALIUM QUAESTIONUM

LIBRI VII

# LUDUS DE MORTE CLAUDII.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT QUINQUE
FRAGMENTA ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLV.

Typis Fr. Frommann.

# PRAEFATIO.

*Dialogorum* *) titulo ut comprehenderem minora Senecae scripta philosophica, commovit me et brevitatis studium et antiquissimi codicis Mediolanensis (A vol. II. praef. p. XIII. c. 5.) auctoritas: quanquam non ignoro in illo codice Dialogis adiungi etiam libros de Ira. Idem vero liber, qui suppeditavit nomen commune, multum contulit ad emendationem: qui ubi defecit, in subsidium vocavi codicem Berolinensem (B vol. II. praef. p. XIII. c. 2. β) aut Iac. Bongarsii notata (Bong. vol. II. praef. p. XVIII.), maxime quibus adscriptum erat *ex Cui.* quod interpretor: *ex Cuiacii msto.* Reliqui enim mei, Guelferbytanus (G vol. I. praef. p. XX. II. 1. d), Vratislaviensis (V vol. II. praef. p. X. a. 4.), Mediolanenses D (vol. II. praef. p. XII. a. 14.) et E (vol. II. praef. p. XII. a. 15.), olim Trossianus, nunc Havniensis (T in libris de Providentia et de Brevitate Vitae a Trossio collatus, non descriptus), Gryphiswaldensis (g vol. II. praef. p. XI. a. 6. passim collatus a Fred. Haase), multo minoris sunt habendi, praeterquam quod G inter varias scripturas, tam inter lineas quam in marginibus appositas, interdum habet meliores. Nec maior est virtus librorum a prioribus usurpatorum: quae de his et de impressis in praefationibus vol. I.

*) vid. vol. II. praef. p. XIV. n. *).

et II. scripsi, hic repetere supersedeo. Adiice tamen, quod Gruterus in libris de Providentia, de Constantia, de Vita Beata praeter P2. 3. 4. Col. usus est codice Orteliano, V meo simili fere. Gronovius autem nonnumquam laudat cod. Bruxellensem, raro duo Bruxellenses. Praeterea in libello, qui de Providentia solet inscribi, B. A. Nauta*) duorum codd. Lugdunensium (F v) scripturas proposuit, quorum alter olim fuerat Franc. Fabricii, alter Is. Vossii: hic cum meo g solet consentire et altero est paulo deterior.

Ad Naturales Quaestiones emendandas adhibui tres libros mstos. Hi sunt:

I. Bambergensis (B) [M. IV. 16. Iaeck N. 1089.] membr. sec. XI. foll. 69. col. 1. linn. 38. Fol. Continet praeter alia Natt. Quaestt. Senecae fol. 9—45. Libri III. cap. 18. legitur post cap. 13. libri IV. A verbis *efferantur, quaedam* III, 25, 5. usque ad IV, 2 ex. omnia omittit: deinde aliis quoque locis est mutilatus aut interpolatus. Ceterum concordat cum Britannico Gronovii (Brit.)**) et Nicotiano Opsopoei (Nicot.), quos inspectos potius dixeris a viris doctis quam collatos. Laudavit Opsopoeus etiam codicem Memmianum (Memm.) Nicotiano praestantiorem nec dissimilem meo E. Multo autem saepius scripturis allatis codicum nomina reticuit: tum scripsi cod. Ops. aut codd. Ops., prout unius libri erat scriptura aut amborum, non imitatus Gruterum, qui satis audacter ipsa nomina Nicotiani et Memmiani substituit. Etiam Matth. Fortunati codd. (Fort.) consentiunt plerumque cum B meo: eius aute meditionem (apud Aldum 1522) cum non haberem, laudavi fide Gruteri aut Opsopoei atque per Man notavi.

Scripturas codicis B a Lud. Iano (in Seebodii Annalibus Philol. XXXI, 1. p. 261. sqq.) passim editas indicavi per Bamb. Idem vir doctus l. c. proposuit aliquot scripturas libri Wirceburgensis, Bambergensi melioris, atque addidit suum de utrisque iudicium, quod, cum ipse eruditissimus sit et in Senecae scriptis maxime versatus, plerumque fuit probandum.

*) L. Ann. Senecae Liber De Providentia, Sive Quare Bonis Viris Mala Accidant, Cum Sit Providentia. Recensuit, Varietate Lectionis, Et Annotatione Instruxit B. A. Nauta. Lugd. B. 1828.

**) Britannicum Erasmi, ut ab hoc distinguerem, appellavi Britan.

II. Berolinensis (E) [Ms. lat. Oct. 9.] membr. sec. XIII. foll. 98. col. I. linn. plerumque 25. 8. accurate scriptus litteris minutis, quarum prima auro et variis coloribus est picta. Continet inde a fol. 9. Senecae Natt. Quaestt. ll. VIII. (l. VIII. *De Nili incremento* est quarti initium [c. 1. 2.] suo loco omissum): in quibus, cum inter fol. 18. et 19. exciderint tria folia, desiderantur omnia a verbis [*ad-pa*]*ruit. Numquis* usque ad c. 15, 8. *detorquere*. Hunc esse eundem atque cod. Erfordiensem ab I. F. Herelio collatum statim intellexi, cum ante sex fere menses Herelii schedae ex Fessleri Apparatu ad me delatae sunt. Quo autem certius constaret de eius scripturis, Herelii excerpta integra dedi, nota e significata. Huius libri scripturas, cum omnium facile optimus esse videretur, tantum non omnes recepi, codicem alioquin optimum ne iis quidem locis deserendum arbitratus, in quibus alii speciosiora prae se ferrent. Nec tamen nego alicubi etiam hunc esse corruptum aut interpolatum.

III. Guelferbytanus (G. vol. I. praef. p. XX. II. 1. d) in his quoque libris passim meliorem scripturam in margine aut inter lineas habet quam in ipso contextu.

I. Fr. Gronovii notae mstae, quas ex bibliotheca civitatis Hamburgensis [Intpp. auctt. XXIX. 4°] nactus sum, plus conferunt ad explicandas Natt. Quaestt. quam ad emendandas. Sunt autem dictata illa, a magni viri quodam discipulo calamo excepta: nam Senecae Natt. Quaestt. se coram discipulis enarrasse ipse Gronovius tradit in Notis editis ad N. Q. II, 49, 3. p. 304. sq. Significavi per Gron. (ms).

Ex Gruteri mstis (Gr.) tantum P3. 4. Col. continebant Natt. Quaestt., ad quos accessit Fragmentum Coloniense (Fr— Col.) „annexum alteri illi Coloniensi: continet tantum Praefationem nec non quaedam alia excerpta, quae forte impleant folia tria.“ Praebet tamen scripturam probam et meo E similem. Lib. Fromondi opera (24.) magis spectat ad illustrandas Natt. Quaestt. quam ad castigandas: idem licet asseverare de G. D. Koelero, cuius editio (Gotting. 1819) cum esset auctoris morte

praeventa, factum est, ut multis vitiis sit turpiter depravata. Ideoque aliquot Koeleri coniecturas consulto omisi.

De Ludo Senecae emendatius edendo spes, quam ex Theod. Oehleri litteris conceperam (vol. II. praef. p. XVIII.), decepta fere est, cum cod. Valentianensis, quem paucis ante mortem suam mensibus cum editione Tauchnit. accuratissime contulit Th. Oehler, alius non sit quam cod. St. Amandi (cod. Iunii), olim ab Hadr. Iunio (𝔖) usurpatus, nec suppleat lacunas aut Graeca corrupta melius concipiat. Sic descripsit librum Th. Oehler:

Cod. Valentian. N. 5. 1. (M. 268.) membr. 12°. sec. IX. 16 linn. cum larga marg. — liber monasterii Sct. Amandi in pabula ordinis divi Benedicti (sec. XVI.).

1. Incipit Liber Marii Plotii (de metris).
2. Inc. Ars Marii Servii Grammatici de centum metris.
5. De metris a Boethio usurpatis.
6. Annei Senecae proverbia incipiunt.
7. Rome in Imagine Constantini.
8. In memoria cuiusdam militis.
9. Lugduni in memoria geminorum.
10. In Tumulo Cuiusdam Medici.
11. Senece Ludus de morte Claudii. *Quid actum sit in coelo ... ut a cognitionibus esset. Damnabis nunquam* etc. (Reliqua et sequens pagina vacant.)
12. (sine titulo) Dn̄o patri vereque felici et purissima sinceritate venerando Grimaldo capellano Strabus Uualalfridus etc.
13. Incipit de aetatibus animantium Hesiod .. Ter binos decies — 10 v. — deus arbiter aevi.
14. Versus 27 de ventis.
15. Ad Boree partes sq. 12 v.
16. Tarpeio quondam consedit. 2 v.
17. Literas est gestam 2 v.
18. Clio gesta canens 11 v.

Hoc emendatior est, potissimum in Graecis, cod. Sangallensis (S) sec. X. (N. 569.) collatus cum 𝔖 ab I. C. Orellio (Ep. critica ad I. N. Madvigium v. c. p. XLI. sqq. M. T. Ci-

ceronis Orator etc. Tur. 1830). Praeter libri Sangallensis scripturas multum me adiuvit viri doctissimi de singulis locis sententia.

Cod. Guelferbytanus (G) [Extravag. 299.] membr. 4. min. sec. XV. foll. 92. col. I. linn. 17. Insunt 1) Senecae Ludus (fol. 2—16.) 2) Petronii Satyricon. 3) Leon. Aretinus in Oeconomica Aristotelis. 4) Heliogabali oratio ad meretrices. Codex videtur in Italia scriptus esse post inventam artem typographicam. (Fuit aliquando Parisios delatus.) *Hic* cod. ut recentior, ita multo deterior est Valentianensi et Sangallensi.

Praeter Iunii codicem iam memoratum olim collati sunt cod. Weissenburgensis (cod. Rhen.) a Beato Rhenano (𝔈1. 2.) *) et cod. Curionis (𝔆) nescio quis, quorum hic certe Graeca nonnusquam praestat minus corrupta, si fides haberi potest Curioni. Gruterus Ludi mstos non habuit: nam ex Col. hic libellus erat exsectus, in reliquis non fuerat. Gronovius bis laudat cod. Harlemensem, Lipsius (Epp. Q.) aliquoties suum.

In Ruhkopfii usum Bredowius, olim Prof. Helmst., codices Parisinos hos contulerat:

α. (mss. L. n. 6630.) membr. sec. XIII.

β. (mss. L. n. 8717.) membr. sec. XIV. „Fuit Iac. Aug. Thuani, postea Colberti, cum epigraphe: Annei Lucii Senece de morte Claudii, qui dicitur ludus Senecae, liber incipit. Sequitur Epigramma Martialis V, 42. nescio quare adscriptum. Bredow amic. monuit: „„Omnem varietatem huius auro et coloribus ornatissimi codicis excerpere gravior esset labor, quam Augiae stabulum purgare. Nonnulla tantum, quae memoratu digna esse videntur, adscribam. Versus illi, ni fallor, Martialis sunt: non video, quid hoc loco sibi velint.“ “

c. (n. 1936.) membr. olim Ducis de Bethune, sec. XIV.

d. (n. 6389.) membr. sec. XIV.

e. (n. 5055.) chart., olim Colberti, sec. XIV. aut in. XV.

f. (n. 6395.) membr. eodem tempore scriptus.

*) Editionem ipsius Rhenani (Basil. 1515.) non contuli: sed repetita est post paucos menses in 𝔈1. Nec contigit mihi excutere editionem Ludi principem: Lucii Annaei Senecae in morte Claudii Caesaris ludus nuper repertus. 4. s. l. et a.

g. (n. 8544.) membr. a. p. Ch. n. 1389. scriptus.

h. (n. 8542.) membr., primum Thuaui, postea Colberti, sec. XIV. aut in. XV.

Cod. α, quem accuratissime scriptum dicit Ruhkopfius, totum contulit Bredowius, reliquos maximam partem.

Codd. 8501. 8544. et 8624., non descripti, continent tantum opusculi initium (?). Ex libris Parisinis tam paucas scripturas protulit Ruhkopfius, ut de iis iudicium facere non liceat: Ruhk. autem omnes ad unam familiam pertinere censet.

Io. Schefferi (Lectt. Academ. Hamb. et Amst. 1675. 8. p. 279—336.), Neuburii (Apocolocynthosis etc. *Verdeutscht u. erl. d. F. C. Neubur. Leipz.* 1729. 8.), Cortii (Tres Satirae Menippeae rec. et n. p. ill. Lips. 1720. p. 1—46.), Sonntagii (*Zur Unterhaltung für Freunde der alten Liter. Riga* 1790. p. 69. sqq.) coniecturas laudavi quidem, sed fide Ruhkopfii, quocum etiam G. D. Koeler aliquot emendationes communicavit.

Epigrammata, quae Senecae feruntur, sed minime esse videntur, omisi una cum Fragmentis vulgatis i. e. sententiis quibusdam, quas ex Senecae operibus deperditis servarunt alii scriptores magis suis verbis quam auctoris. Attamen substitui in eorum locum quinque alia Fragmenta, quorum unum ex Pauli Sadoleti schedis Arnoldus Ferronius proposuit in Commentariis in Consuetudines Burdigalensium. Lugd. 1565. II. p. 111. (cf. *A. W. Cramers kleine Schriften* etc. *herausg. v. H. Ratjen. Leipz.* 1837.), quatuor edidit ex membranis bibliothecae Vaticanae B. G. Niebuhrius Romae 1820. Utraque certe Senecae esse possunt.

Excerpta quoque, quae solent adiici Senecae Operibus, ego nolui edere, cum sint ex Epp. 2. 4. 9. 14. 16. 17. 18. 20. 25. 36. 80. 81. 87. petita.

## Librorum notae ex litterarum ordine dispositae.

A = Cod. Mediolanensis I. in Dialogis.
a = Cod. Parisinus n. 8501. in Ludo.
α = Cod. Parisinus n. 6630. in Ludo.
Anic. = Cod. Anicianus Dalechampii.

B = Cod. Berolinensis in Dialogis.
B = Cod. Bambergensis in Natt. Quaestt.
b = Cod. Parisinus n. 8544. in Ludo.
β = Cod. Parisinus n. 8717. in Ludo.
𝔅1. = Ed. Bipontina I. a. 1782.
𝔅2. = Ed. Bipontina II. a. 1809.
Bamb. = Cod. Bamberg. a Lud. Iano collatus.
Bong. = Scriptura a Bongarsio notata.
Bong. ci. = Bongarsii coniectura.
Bong. ex Cui. = Scriptura a Bongarsio ex Cuiacii msto laudata.
Brit. = Cod. Britannicus Gronovii in Natt. Quaestt.
Britan. = Cod. Britannicus Erasmi in Natt. Quaestt.
Brux. = Cod. Bruxellensis Gronovii in Dialogis.

c = Cod. Parisinus n. 1936. in Ludo.
ℭ = Ed. Curionis a. 1557.
Chifl. = Cod. Chiflerianus Dalechampii.
Col. = Cod. Coloniensis Gruteri.

D = Cod. Mediolanensis IV. in Dialogis.
d = Cod. Parisinus n. 6389. in Ludo.
Dal. = Cod. Dalechampii.

E = Cod. Mediolanensis V. in Dialogis.
e = Cod. Parisinus n. 5055. in Ludo.
𝔈1. = Ed. Erasmi I. a. 1515.
𝔈2. = Ed. Erasmi II. a. 1529.
Ex. d. Mariae = Exemplar divae Mariae Salment. ap. Pincianum.
Ex. d. Pauli = Exemplar divi Pauli Pinciani ap. eundem.
Ex. dom. = Exemplar domesticum Pinciani.
Ex. Fac. et Prim. = Exemplar divorum Facundi et Primitivi ap. eundem.
Ex. famil. = Exemplar familiare eiusdem (idem atque domest.).
Ex. Franc. = Exemplar Franciscanum eiusdem.

F = Cod. olim Fabricianus, nunc Lugdun. de Providentia.
f = Cod. Parisinus n. 6395. in Ludo.
FrCol. = Fragmentum Coloniense Natt. Quaestt. ap. Gruterum.
Francisc. = Cod. Franciscanus Dalechampii.

G = Cod. Guelferbytanus (Gud. 10) in Dialogis et Natt. Quaestt.
G = Cod. Guelferbytanus (Extravag. 299.) in Ludo.
g = Cod. Gryphiswaldensis passim in Dialogis.
g = Cod. Parisinus n. 8544. in Ludo.
𝔊 = Ed. Gothofredi a. 1590.

Germ. = Cod. Germanicus Dalechampii.
Gr. = Codices Gruteri.

h = Cod. Parisinus n. 8542. in Ludo.
Harl. = Cod. Harlemensis Gronovii in Ludo.
Hisp. = Cod. Hispanus Dalechampii.

Ju = Ed. Th. Iugis a. 1628. (27).
Iur. = Cod. Iureti in Dialogis.

K = Ed. Natt. Quaestt. a Koelero curata a. 1819.

L = Ed. Lipsii II. a. 1615.
L4. = Ed. Lipsii IV. a. 1652. (cum Scholiis Lib. Fromondi in Natt. Quaestt. et Ludum).

M = Ed. Mureti a. 1585. (Paris. 1602).
Man = Ed. Natt. Quaestt. a M. Fortunato curata ap. Aldum 1522.

P2. = Cod. Palatinus II. Gruteri.
P3. = Cod. Palatinus III. eiusdem.
P4. = Cod. Palatinus IV. eiusdem.
Pall. = Codices Palatini Gruteri.
Pinc. v. l. = Pinciani vetus lectio.

Rom. = Cod. Romanus Dalechampii.
Ru = Ed. Ruhkopfii a. 1797 — 1811.

S = Cod. Sangallensis in Ludo.
Scal. = Cod. Scaligeri ap. Dalechampium et Iugem.

T = Cod. Trossianus de Providentia et de Brevitate Vitae.
T = Ed. Tarvisina a. 1478.
Trist. = Cod. Tristilus Dalechampii.
Tronc. = Cod. Troncianus eiusdem.

V = Cod. Vratislaviensis in Dialogis.
V = Cod. Valentianensis in Ludo.
v = Cod. olim Vossianus, nunc Lugdunensis de Providentia.
V = Ed. Veneta II. a. 1492.
Verd. = Cod. Verderianus Dalechampii.
Vo = Ed. Vogelii a. 1830.

Wirceb. = Cod. Wirceburgensis Lud. Iani in Natt. Quaestt.

x = Cod. Parisinus n. 8624. (?) in Ludo.

Notis reliquis, quibus uti soleo, monitus a Lud. Iano adieci hanc . . ., qua significatur cum editionum series, tum verborum continuatio.

Quartum et ultimum huius editionis volumen quam fieri poterit citissime emittetur, cum multa iam sint parata: ad reliqua autem concinnanda et perpolienda aliquid otii etiam Vratislaviae mihi concessum iri spero.

Scripsi Portae valere dicturus d. X. Martii mensis a. MDCCCXLV.

L. ANNAEI SENECAE

# DIALOGI IX.

---

AD LUCILIUM

# QUARE ALIQUA INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT CUM PROUIDENTIA SIT.

## AD LUCILIUM

## QUARE ALIQUA INCOMMODA BONIS UIRIS ACCIDANT CUM PROUIDENTIA SIT.

I. Quaesisti a me, Lucili, quid ita, si prouidentia mun-

A = *Incipit ad Lucilium. Quare aliqua incommoda bonis viris accidant. cum Providentia sit.* Muret. ex *Siculo* laudat *Quare bonis viris multa mala accidant.* quae eadem sunt apud Lactant. Inst. V, 22, 11. ed. Bün. Sed nec satis accurate Muretus agere videtur, et Lactantius sensum curat, non verba: quod docent etiam ea, quae laudat ex hoc libello. G = *Explicit liber septimus annei lucii Senece de beneficiis. Incipit liber eiusdem primus de providentia dei ad lucilū cum mundus providentia regatur. quare multa mala bonis viris accidant.* B = *Liber annei Senece ad Lucillum. cum mundus divina providentia regatur quare multa mala bonis viris accidant De dei providentia.* V = *Lucii annei Senece cordubensis Incipit liber cum mundus providentia regatur quare bonis viris multa mala accidunt ad lucillum.* D = *Annei lucii senece cordubensis de divina providentia mundum regente et bona bonis et mala malis tribuente liber primus Incipit feliciter.* E = *Incipit liber de providentia ad lucillium. cum mundus providentia regatur quare mala bonis accidant viris.* T = *Incipit Liber Primus de providentia dei ad Lucillium. Cum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* g = *Annei Lucii Senece. ad Lucilium de providentia divina liber incipit.* P2. = *Incipit liber Senecae de mundi gubernatione, Providentia divina; quare multa mala bonis viris accidunt.* P3. = *Incipit liber Senecae de Providentia Dei ad Lucillum.* P4. = *Incipit liber primus de Providentia Dei ad Lucillium. cum mundus providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* Col. = *De Providentia divina ad Lucillium.* Ort. = *Incipit libellus Senecae de providentia divina.* Cod. Dal. = *De Providentia Dei Ad Lucilium.* Tronc. = *Cum mundus Providentia regatur, quare multa mala bonis viris accidant.* 𝔑 . . . 𝔅 = *Lucii Annei Senecae liber incipit de mundi gubernatione divina providentia. Et qualiter multa mala bonis viris accidunt.* 𝔊1. . . 𝔊 = *Lucii Annei Senecae De Mundi Gubernatione Divina Providentia, Et Qualiter Multa Mala Bonis Viris Accidunt Liber Unus.* 𝔐 = *L. Annaei Senecae, quare bonis viris mala accidant cum sit providentia, Liber unus.* 𝔏 . . . 𝔐2. = *L. Annaei Senecae De Providentia, Sive Quare Bonis Viris Mala Accidant, Cum Sit Providentia, Liber Unus.* 𝔅o = *L. Annaei Senecae De Providentia Liber Unus.* Praeter *Unus* eundem libelli titulum esse voluit Fischer.

Cap. I.

E = *Quesivisti.* 𝔑 . . . 𝔊2. + *divina providentia* contra mstos et-

dus ageretur, multa bonis uiris mala accidere? Hoc commodius in contextu operis redderetur, cum praeesse uniuersis prouidentiam probaremus et interesse nobis deum: sed quoniam a toto particulam reuelli placet et unam contradictionem manente lite integra soluere, faciam rem non difficilem, causam deorum
2 agam. Superuacuum est in praesentia ostendere non sine aliquo custode tantum opus stare nec hunc siderum coetum discursumque fortuiti inpetus esse et quae casus incitat saepe turbari et cito arietare, hanc inoffensam uelocitatem procedere aeternae legis imperio tantum rerum terra marique gestantem, tantum clarissimorum luminum et ex dispositore lucentium. non esse materiae errantis hunc ordinem nec quae temere coierunt tanta arte pendere, ut terrarum grauissimum pondus sedeat inmotum et circa se properantis coeli fugam spectet, ut infusa uallibus maria molliant terras nec ullum incrementum fluminum sentiant,
3 ut ex minimis seminibus nascantur ingentia. Ne illa quidem quae uidentur confusa et incerta, pluuias dico nubesque et elisorum fulminum iactus et incendia ruptis montium uerticibus ef-

iam Pinc. 𝔑...𝔚 = *mundum ageret*. V = *mundus regatur*. sEm 𝔈2. = *mundus regeretur*.

*mala accidere* = BGVADETFv Gr. (Ort. prius = *accidere at mala*). g 𝔑...𝔚 = *accidere mala*. 𝔈1...𝔚o = *acciderent mala*. E = *operis videretur*. T = *operis reddere*. Pinc. ci. = *quo praeesse univ. prov. probamus*. nam putat hic a Seneca mentionem fieri alterius operis de Providentia, quod laudetur a Lactantio. B = *revelli particulam*. V = *lite integre solv*. 𝔑...𝔊 (mm 𝔈1. 2. 𝔊 ∾) = *c. deorum agenti*.

2. BV = *sidereum*.

*coetum discursumque* = ABmD. GVDETFg = *cursum discursumque*. Scal. Anic. Rom. = *siderum discursum fort*. 𝔑...𝔊 = *certum cursum et discursum*. 𝔐...𝔚o = *certum discursum fort*. B = *fortuitu*. Bong. = *contra arietare*. Pinc. ex. dom. — *et cito*. VD(m∾) gv Ort. (m∾) = *et cito variari*. P2. = *et cito adventare*. P3. = *et cito varietare*. G (s.m.) = *hac inoff*. V = *inostensam*. 𝔑...𝔚 — *rerum* post *tantum*. G = *tecta marique*.

*ex dispositore lucentium* = AD (s.m.). cf. Natt. Quaestt. V, 18, 4. *dispositor ille mundi deus*. Bong. = *ex disposito relucentium*. GBVD (p.m.) E 𝔐...𝔚o = *ex dispositione luc*. 𝔑...𝔊 = *dispositione luc*. om. *ex*.

*nec quae* = BGVADEg Tronc. Anic. Rom. 𝔑...𝔚o = *neque quae*. G + *cogerunt vel coierunt*. V = *cohierint*. 𝔑...𝔚 = *exierunt*. G = *pondere*. Rom. = *arte prodere*. VsE = *nec infusa*. V + *mollia maria*. Quidam codd. Pinc. = *commolliant terras*. unde Pinc. ci. = *moveant* vel *commoveant terras*. G (cr.∾) = *sentiunt*. B = *nascantur indulgentia*. g = *nascuntur*. Nauta totum locum sic distinguendum esse putat: ... *impetus esse: et quae ... arietare; hanc inoff. ... lucentium: non esse ... ordinem: neque ... spectet; ut infusa ... sentiant; ut ex ... ingentia.*

3. V 𝔑...𝔊 = *Nec illa q*. D (cr.∾) = *Ne illa quidem videntur que*. B = *et elisiorum fulm*. D (cr. ∾) E = *fluminum*. Rom. = *fulminum* [an *fluminum*?] *lacus*. P2. Col. Ort. — *montium virtutibus*. E =

**fusa, tremores labantis soli et alia quae tumultuosa pars rerum
circa terras mouet; sine ratione, quamuis subita sint, acci-
dunt: sed suas et illa causas habent non minus quam quae alie-
nis locis conspecta miraculo sunt, ut in mediis fluctibus calentes
aquae et noua insularum in uasto exsilientium mari spatia. Iam 4
uero si quis obseruauerit nudari litora pelago in se recedente
eademque intra exiguum tempus operiri, credet caeca quadam
uolutatione modo contrahi undas et introrsum agi, modo erum-
pere et magno cursu repetere sedem suam: cum interim illae
portionibus crescunt et ad horam ac diem subeunt ampliores mi-
noresque, prout illas lunare sidus elicuit ad cuius arbitrium
oceanus exundat. Suo ista tempori reseruentur eo quidem
magis, quod tu non dubitas de prouidentia, sed quaeris. In 5
gratiam te reducam cum dis aduersus optimos optimis. Neque
enim rerum natura patitur ut umquam bona bonis noceant. In-
ter bonos uiros ac deos amicitia est conciliante uirtute. ami-
citiam dico? immo etiam necessitudo et similitudo: quoniam**

*montium venis.* G = *terrores* [= Scal.] *labentis solis* [*s* n.] *et aliaque intumultuosa* (*in* n.). B = *labantes soli et aliaque.* V = *labentis soli aliaque inque tumult.* Dv = *labentis soli et aliaque.* E = *latentis soli et aliaque.* T = *labentis soli aliaque tum.* F + *labantisque soli.* P4. = *labentis soli alia quae* om. *et.* P3. = *labentis soli et aliaque quae.* Ort. = *labentis* [cr. ∾] *soli et aliaque quae* ∾ *monet.* Col. + ∾ *aliaque quae.* P2. = ∾ *aliaque quae cum luctuosa pars.* ℜ ... 𝔅 = *labentis soli alia quaeque tum.* 𝔈1. = *labentis soli.* A ∾. V = *subita sunt.* DET = *accidunt quamvis subita sint.* g + *non accidunt.* ℜ ... 𝔈2. — *suas* contra mstos etiam Pinc. Gr. P2. = *et illas.* T = *habent et minus.* DE = *habent nec minus.* A (s∾) — *locis.* P2. ℜ ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o (exc. 𝔅2.) = *miracula sunt.* D (m∾) — *sunt.* G (s∾) E — *ut.* V = *exsilienti a.*

4. T = *undari litora.* G = *crederet.* ℜ ... 𝔈1. = *certa quadam volutione.* 𝔈2. (m∾) ... 𝔊 = *certa q. vol.* contra mstos etiam Gr. Anic. Tronc. Scal. `B = *quedam.* G (s∾) = *retrorsum.* G (s∾) = *non erumpere.*

*cum interim illae* = mss. ℜ ... 𝔅o = *cum illae interim.* V = *crescant.* G ℜ ... 𝔅 = *ad diem.* ET = *elicit.* ℜu 𝔅o = *exundat?.* GD (m∾) = *tempore.* ℜ ... 𝔅 = *ego quidem.* GDETg Gr. ℜ ... 𝔅 = *quo tu non dub.*

*sed quaeris* = VADEg P2. 3. Col. Ort. ℜ ... 𝔈1. B = *sequeris.* G A(s.m.) D (s.m.) P4. 𝔈2. ... 𝔅o = *sed quereris.*

5. F = *adv. opt. optimus.* P2. ℜ ... 𝔈2. = *adv. opt. optimus sis.* v Ort. — *enim* post *Neque.*

*rerum natura* = mss. etiam Pinc. Gr. 𝔊ro ... 𝔅o. ℜ ... 𝔏4. — *rerum.* Pinc. v. l. 𝔊 ... 𝔏𝔍u — *umquam* contra mstos etiam Gr. Tronc. Anic. Scal. G (s∾) = *bona hominis.* V — *viros* post *bonos.*

*ac deos* = BGADETgv. V = *atque deos.* ℜ ... 𝔅o = *ac deum.* g = *conciliate virt.* gv ℜ ... 𝔊 = *Amicitia dico.* Pinc. v. l. Dal. = *quando quidem.* Col. = *qua quidem.*

quidem bonus tempore tantum a deo differt, discipulus eius aemulatorque et uera progenies quam parens ille magnificus, uirtutum non lenis exactor, sicut seueri patres durius educat.
6 Itaque cum uideris bonos uiros acceptosque dis laborare, sudare, per arduum escendere, malos autem lasciuire et uoluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestia delectari, uernularum licentia. illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Idem tibi de deo liqueat: bonum uirum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum praeparat. II. Quare multa bonis uiris aduersa eueniunt? Nihil accidere bono uiro mali potest: non miscentur contraria. Quemadmodum tot amnes, tantum superne deiectorum imbrium, tanta medicatorum uis fontium non mutant saporem maris, ne remittunt quidem: ita aduersarum inpetus rerum uiri fortis non uertit animum. Manet in statu et quicquid euenit in suum colorem trahit. Est enim omnibus externis potentior. nec hoc dico, Non sentit illa, sed uincit et alioquin quietus placidusque contra incurrentia adtolli-

*bonus tempore* = BGVADETFgv P2. 3. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔊. P4. 𝔐 . . . 𝔅o + *bonus ipse tempore*. V = *differet*. sGT = *differret*. G(n.) + *et discipulus*. 𝔑 . . . 𝔅 = *aemulatorque ex natura proveniet*.

*quam parens* = BVADEFv Rom. G = *quoniam parens*. 𝔑 . . . 𝔅o = *quem parens*. V = *virtutis*. V P3. 4. Tronc. Anic. = *non levis*. Col. = *non eius exactor*. T = *educant*.

6. G = *cum viderit*. T — *viros post bonos*.

*escendere* = Bong. ex Cui. 𝔐 𝔊ro 𝔅 2. probat Grut. A (p. m.) = *per arduum excedere*. A (s. m.) = *excendere*. GDETFgv Gr. Tronc. 𝔑 . . . 𝔅 = *extendere*. V = *tendere*. Rom. = *contendere*. BD (s.m.) 𝔏 . . . 𝔅o (exc. 𝔊ro 𝔅 2.) = *ascendere*. 𝔊l . . . 𝔊 = *conscendere*. V Pinc. v. l. 𝔊𝔊 = *hos modestia*. 𝔑 . . . 𝔅 = *molestia*. v + *vernularumque*. VD + *sub patris disciplina*. D (s.m.) = *tristiorum*. V = *tristissima*. Dv + *horumque*. 𝔑 . . . 𝔊l. = *contineri*. *Alios audacia. Idem*. P4. = *horum alii audacia*. G — *ali* (s *alii*). 𝔏 = *ali audacia*. 𝔑 . . . 𝔅 = *expetitur*. A = *sibi illum parat*.

Cap. II.

v + *et nihil accidere*. unde Nauta ci. + *at nihil acc*. V (lit.) = *misceantur*. P2. = *tantorum superne*. V (lit.) = *tam superbe*. D quidam Pinc. = *deiectiones imbrium*. E — *tanta*. D(m∾) = *medicata vis fontium*. Ort. = *meditarum vis f*. Vgmv P2. 𝔑 . . . 𝔐 = *mediterraneorum vis fontium*. Rell. etiam Bong. Gr. Tronc. Anic. Rom. Scal. lur. ∾. sG = *ius fontium*. G = *fontium inmutant sap*.

*ne remittunt quidem* = BAF. GV DE 𝔐 . . . 𝔅o = *nec rem. q*. 𝔑 . . . 𝔊 = *neque rem. q*. g = *aversarum impetus*. D(cr. ∾) = *in statum*. B = *insitum colorem*. mE = *in suam naturam*. sG = *calorem*. P3. = *Est propter* [vel certe *prope*] *omnibus ext*. Ort. = *externus* a s. m. habere videbatur. Exx. aliqua Pinc. = *Est enim omnibus casibus pot*. Grut. ci. — *externis*. 𝔊ro = *nec hos dico*. 𝔑 . . . 𝔅 — *et* ante *alioquin*. gv = *et aliquando quietus*.

tur. Omnia aduersa exercitationes putat. Quis autem, uir 2
modo et erectus ad honesta, non est laboris adpetens iusti et
ad officia cum periculo promptus? cui non industrio otium poena
est? Athletas uidemus quibus uirium cura est cum fortissimis
quibusque confligere et exigere ab his per quos certamini prae-
parantur, ut totis contra ipsos uiribus utantur. caedi se uexari-
que patiuntur et, si non inueniunt singulos pares, pluribus si-
mul obiciuntur. Marcet sine aduersario uirtus: tunc adparet 3
quanta sit quantumque polleat, cum quid possit patientia osten-
dit. Scias licet idem uiris bonis esse faciendum, ut dura ac dif-
ficilia non reformident nec de fato querantur. quicquid accidit
boni consulant, in bonum uertant. Non quid, sed quemadmo-
dum feras interest. Non uides quanto aliter patres, aliter ma-
tres indulgeant? illi exercitari iubent liberos ad studia obeunda
mature, feriatis quoque diebus non patiuntur esse otiosos et su-
dorem illis et interdum lacrimas excutiunt: at matres fouere in
sinu, continere in umbra uolunt, numquam flere, numquam
contristari, numquam laborare. Patrium deus habet aduersus 4
bonos uiros animum et illos fortiter amat et, Operibus, inquit,

2. DE = *exercitationem*. Anic. = *excitationem*. V = *vir bonus*. D (cr.∾) = *vir bono*. G(s∾) DTv P3. 4. Ort. — *et* ante *erectus*. P2. (p.m. ut videbatur) = *evectus* om. *et*. V = *appetens honesti*.

*cui non industrio* = BADEgv 𝔑 ... 𝔐. G = *cum industrie otium plena est*. VF = *cui non industri otium*. T = *cum industrio videmus ocio*. mG 𝔏 ... 𝔙o = *cui non industrioso*. B = *quibus vitium cura est*. 𝔑 ... 𝔖 = *quibuscunque*. V = *ab eis*. P2. = *certamina properantur*. Col. = *certamini proparantur*. Aliquot codd. Pinc. = *certamen praeparatur*. V = *praeparentur*. P2. 𝔑 ... 𝔖 — *se* post *caedi*. apud G in lit. est. Rell. etiam Gr. ∾.

3. *quantumque polleat* = GVAD (D = *poleat*) ETFgv Pinc. v. l. P2. 3. Col. Ort. Rom. Anic. Scal. Tronc. P4. = *quantumcumque polleat*. B = *quantaque polleat* om. *sit quantum*. Bong. = *quantum polleat* om. *que*. 𝔑 ... 𝔏4. ed. Nautae = *quantum valeat polleatque*. 𝔖ro ... 𝔙o + *quantum valeat quantumque polleat*. D (m∾) E = *Sciat licet*. G = *Scias licet de viris bonis*. V = *idem bonis viris faciendum* om. *esse*. v = *faciendum idem bonis viris*. v = *et difficilia*. V = *difficillima*. 𝔑 ... 𝔖 = *non formident*. G (s∾) — *boni*. DEg = *in bonum consulant*. E = *quam aliter patres*. gv + *matres filiis*.

*exercitari iubent* = BADETg Gr. 𝔑 ... 𝔖 𝔙2. probat Grut. GV 𝔐 ... 𝔙o (exc. 𝔙2.) = *excitari iubent*. G (s∾) P3. 4. — *liberos*. g + *ad obeunda*. E (s∾) = *nature*. G (s∾) — *non* ante *patiuntur*. V + *eos esse otiosos*. G — *lacrimas*. DE — *numquam flere*.

*numquam contristari* = BGVADE Fgv 𝔑 ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔙o = *numquam tristari*. cf. Ir. II, 7, 1. ubi idem verbum Senecae ingessit Lipsius.

4. *Patrium deus habet* = BGA DE. TF = *Patrum deus habet*. sGVgv 𝔑 ... 𝔖 = *Paternum deus habet*. Bong. 𝔐 ... 𝔙o = *Patrium habet deus*. 𝔑 ... 𝔐 = *fortius amat contra mstos* etiam Gr. Bong.

**doloribus, damnis exagitentur, ut uerum colligant robur. Languent per inertiam saginata nec labore tantum, sed motu et ipso sui onere deficiunt. Non fert ullum ictum inlaesa felicitas: at ubi adsidua fuit cum incommodis suis rixa, callum per iniurias duxit nec ulli malo cedit, sed etiam si cecidit, de genu pugnat.**
**5 Miraris tu, si deus ille bonorum amantissimus qui illos quam optimos esse atque excellentissimos uult fortunam illis cum qua exerceantur adsignat? Ego uero non miror. Si aliquando inpetum capiunt, spectant di magnos uiros conluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum uoluptati est, si adulescens constantis animi inruentem feram uenabulo excepit, si leonis incursum interritus pertulit: tantoque hoc spectaculum est gratius**
**6 quanto id honestior fecit. Non sunt ista quae possint deorum in se uoltum conuertere puerilia et humanae oblectamenta leuitatis. Ecce spectaculum dignum ad quod respiciat intentus**

V — *et* ante *Operibus.* Eg = *ut operibus.* T + *ut et operibus.* G(cr. ∾) = *inquis.* gv = *inquam.* 𝔑 ... 𝔊 — *inquit* contra mstos etiam Bong.

*doloribus, damnis* = BGVADEF P3. 4. Col. gv + *doloribus et damnis.* 𝔑 ... 𝔅o + *doloribus ac damnis.* 𝔑 ... 𝔊 = *exagitat* contra mstos etiam Bong. V = *saginati.* m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔊 = *sed mole* contra mstos etiam Gr. Bong. mD + *sed molu quoque.* G(cr. ∾) = *etiam ipso.* mG = *non fecit ullum.* 𝔑 ... 𝔅 = *rixas.* T = *callem.*

*duxit* = BGVADET P2. 3. 4. Col. 𝔑 ... 𝔊. Ort. 𝔐 ... 𝔅o = *ducit.*

*cecidit* = BVA. GDE Bong. 𝔐 ... 𝔅o = *ceciderit.* 𝔑 ... 𝔅 = *succederit.* 𝔈1 .... 𝔊 = *succiderit.*

5. V = *deus ipse.* G = *qui* [lit.] *illos quorum* [cr. *quos*] *optimos esse.* 𝔑 ... 𝔊 — *esse* post *optimos* (addidit Bong.). 𝔍u collocat post *excellentissimos.* V = *qui illos quos optimos atque excell. esse.* Anic. Tronc. = *quos quam optimos.* DTg Ort. = *qui quos optimos esse.* E P3. = *qui illos quos optimos esse.* B = *quam excellent* G (cr. ∾) = *cum qua excitantur.* G = *assignant.*

*Si aliquando inpetum capiunt, spectant di magnos viros* = BGVA DETFgv Gr. 𝔑 ... 𝔈2. (𝔑 ... 𝔈2. = ,*si aliquando.* G = *viros magnos.*). Pinc. ci. 𝔏𝔍u = *si quando impetum capiunt spectandi m. v.* 𝔈𝔊 = *si quando voluptatem capiunt spectando m. v.* 𝔐 = *si quando voluptatem capiunt dii, dum spectant m. v.* 𝔏4 .... 𝔅o = *si quando dii impetum capiunt spectandi magnos viros.* G (s∾) = *collectantes.* P2. = *colluptantes.* V = *cum magna calamitate.* E = *voluntati est.* Rom. Scal. Anic. Tronc. = *leonis impetum.* V 𝔑 ... 𝔈1. = *venabulo excipit.* F = *inter ictus pertulit.*

*tantoque hoc spectaculum* = BG (s.m.) ADET Bong. Rom. Scal. Tronc. G (p.m.) = *tanto quia hoc sp.* V 𝔑 ... 𝔅o — *hoc.* B + *quantoque id.* GP2. 𝔑 ... 𝔊 = *honestius fecit.* Rell. etiam Gr. Bong. ∾.

6. D(s.m.) + *Non sunt enim.*

*quae possint* = BGVAD(s.m.) gv. D(p.m.) E 𝔑 ... 𝔅o = *quae possunt.* D(s∾) — *in se* ante *voltum.*

*puerilia* = BG(p.m.) ADETgv Pinc. v. l. P4. Ort. VD (s.m.) F (ut videbatur) P2. 3. Col. 𝔑 ... 𝔅 + *haec puerilia.* sG + *et puerilia.* 𝔈1 .... 𝔅o + *sed puerilia.* 𝔑 ... 𝔈2. = *oblectamenta hum. lev.* v = *respicit.*

operi suo deus: ecce par deo dignum, uir fortis cum fortuna mala conpositus, utique si et prouocauit. Non uideo, inquam, quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si conuertere animum uelit, quam ut spectet Catonem iam partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum. Licet, in- 7
quit, omnia in unius ditionem concesserint, custodiantur legionibus terrae, classibus maria, Caesarianus portas miles obsideat: Cato qua exeat habet. Una manu latam libertati uiam faciet. ferrum istud etiam ciuili bello purum et innoxium bonas tandem ac nobiles edet operas. libertatem quam patriae non potuit Catoni dabit. Adgredere, anime, diu meditatum opus, eripe te rebus humanis. Iam Petreius et Iuba concucurrerunt 8
iacentque alter alterius manu caesi. fortis et egregia fati conuentio, sed quae non deceat magnitudinem nostram: tam turpe est Catoni mortem ab ullo petere quam uitam. Liquet mihi cum magno spectasse gaudio deos, cum ille uir, acerrimus sui uindex, alienae saluti consulit et instruit discedentium fugam. dum studia etiam nocte ultima tractat, dum gladium sacro pectori

V = *operi sui.* V + *par et deo.* 𝔑 ... 𝔅o = *mala fortuna* contra mstos. mA = *conpositus. i. congressus.* D(s∾) E — *et* ante *provocavit.* Tg = *etsi provoc.* D = *Nec video.* F = *quid hanc in terris.* B — *pulchrius.* Goerenz. (in progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 12.) ci. + *si eo convertere.* B = *Catonem in partibus.* DE = *nec semel.* G = *nihil inter ruinas.* 𝔈1. ... 𝔊 = *inter r. pub. erectum* contra mstos etiam Rom. Anic.

7. *in unius ditionem concesserint* = V (scribit tamen *dictionem*) 𝔐 ... 𝔅o. BADTgv 𝔈1. ... 𝔊 = *in unius conditionem concesserint.* FP2. 3. 𝔑 ... 𝔚 = *in unius conditione concesserint.* G = *in unius conditionem cesserunt* (cr. *cesserint*). EP4. Ort. (s.m.) = *in unius conditionem cesserint.* Col. = *in unius Iulii conditionem concesserint.* 𝔑 ... 𝔊 + *et Caesarianus* contra mstos etiam Bong. A = *unã anulatam.* 𝔑 ... 𝔊 = *una manus latam libertatem nostram faciet.* P2. = *latam libertatem nostras faciet.* P4. = *laetam libertati v. f.* 𝔑 ... 𝔈2. = *ferrum istud in civili bello* contra mstos etiam Pinc. Gr. T = *et civili b.* P4. — *civili bello purum.* D(cr. ∾) = *bonas tantum.* 𝔑 ... 𝔊 + *potuit dare* contra mstós. G = *egredere* [cr. *agr.*] *acie diu m.* A 𝔑 ... 𝔚 = *animae.* E = *anima.* V = *animo.*

8. 𝔑 ... 𝔚 = *Iam petrae vis.* G E = *Petreius et Iulia.*

*concucurrerunt* = A. BD = *concurrunt.* T = *concorruerunt.* G Vv Scal. 𝔑 ... 𝔈1. = *corruerunt.* D (s.m.) E 𝔈2. ... 𝔅o = *concurrerunt.* G = *manu cessi.* V = *facti conventio.* Scal. = *fati coniunctio.* D(cr. ∾) = *ab illo petere.* Ed. Lips. 1495. = *Liquet mihi tamen magno.* V P2. 3. 𝔑 ... 𝔚 = *expectasse gaudio.*

*cum ille vir* = mDv. GVA = *quam ille vir.* B = *quasi ille vir.* E = *quomodo ille vir.* sGDTg 𝔑 ... 𝔈1. = *quoniam ille vir.* 𝔈2. ... 𝔅o + *cum iam ille vir.* E(cr. ∾) = *sui iudex.* B = *discidentium.* GE Tronc. Scal. = *dissidentium.* D = *disidentium.* Tmv = *diffidentium.* g + *dum fastidia studia etiam diffidentium.* 𝔑 ... 𝔅o = *etiam studia* contra mstos (G p.m. =

**infigit, dum uiscera spargit et illam sanctissimam animam in-**
**9 dignamque quae ferro contaminaretur manu educit. Inde crediderim fuisse parum certum et efficax uolnus. non fuit dis inmortalibus satis spectare Catonem semel: retenta ac reuocata uirtus est, ut in difficiliore parte se ostenderet. Non enim tam magno animo mors inicitur quam repetitur. Quidni libenter spectarent alumnum suum tam claro ac memorabili exitu euadentem? mors illos consecrat quorum exitum et qui timent laudant. III. Sed iam procedente oratione ostendam quam non sint quae uidentur mala. Nunc illud dico ista quae tu uocas aspera, quae aduersa et abominanda primum pro ipsis esse quibus accidunt, deinde pro uniuersis quorum maior dis cura quam singulorum est. post hoc uolentibus accidere ac dignos malo esse, si nolint. His adiciam fato ista sic et recte eadem lege bonis euenire qua sunt boni. persuadebo deinde tibi, ne um-**

*studium*) etiam TF. V = *nocte media.* V = *pectori figit.* G = *indignam quia perfecto contam.* DE = *indignam quod.*

9. Monet Ruhk. ne quis verba *Inde* ... *volnus* reiicula putet. 𝔑 ... 𝔊 = *inefficax.* 𝔑 ... 𝔈1. = *diis mortalibus.* D(m∾) ET quidam codd. Pinc. P4. = *retenta ac renovata.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) = *retentata ac renovata.* Rell. etiam Gr. ∾.

*in difficiliore* = mss. etiam Fgv. 𝔑 ... 𝔅o = *in difficiliori.*

*mors inicitur* = A(p.m.). V Rom. = *mors inititur.* G Scal. 𝔑𝔗 = *mors innititur.* gv Ort. 𝔅 𝔈1. = *mors immittitur.* T P4. = *mors vincitur.* E = *mors utitur.* BA (s. m.) DP2. 3. Col. 𝔈2. .. 𝔅o = *mors initur.* Germ. m𝔈2. = *mors invitatur.* E = *quod repetitur.* sG 𝔑 ... 𝔅 = *quam reperitur.* B (lit.) = *Quid ii libenter.* V = *et memorabili.* gv P2. Ort. (s.m.) 𝔑 ... 𝔊 = *etiam qui timent.*

Cap. III.

G(m∾) — *ostendam.* D = *quod non sit.* V + *illa quae videntur.* sG + Nunc *et illud.* A(m∾) — *quae adversa et abominanda.* 𝔑 ... 𝔅o = *quorum maior diis cura est quam singulorum* contra mstos.

*post hoc* = ADE. Rell. 𝔑 ... 𝔅o = *Post haec* (sed plerique mss. nota scribunt Pron.). mD = *occidere.* E𝔈1. 2. = *accidere eos dignos.* BG = *ac dignos malos esse.* Pinc. v. l. — *esse, si nolint.* V — *si* ante *nolint.* DE P2. = *si noluit.* P3. = *si voluit.* B = *Hii adiciam.* DE — *His.*

*fato ista sic et recte* = Dv. BA EF P2. = *fato ista sic ei recte.* Vg Ort. = *fato ista sic eis recte.* G = *fato ista sic eis vel ire recte.* T = *fato ista sic ire et recte.* P3. Col. = *fato ista sic enim recte.* Potest haec scriptura iniicere alicui suspicionem verba *sic enim recte* adscripta esse a librario Senecae sententiam probante. P4. = *fato sic ire recte.* 𝔑 ... 𝔊 = *fato sic esse recte* (𝔑 ... 𝔅 = *facto*). 𝔐 = *fato ista fieri, recte.* 𝔏 ... 𝔅o = *fato ista fieri et recte.* 𝔅𝔈1. = *nobis evenire.* 𝔈2. ... 𝔊 = *his evenire* contra mstos etiam Gr. P4. 𝔈1. = *quam sunt boni.* P3. = *quam sint boni.* 𝔑 ... 𝔅 = *quia sunt boni.* v = *qua boni sunt.*

*persuadebo deinde tibi* = BGVAD ET P2. 4. Col. Ort. Scal. 𝔑 ... 𝔊. g = *persuadeo deinde tibi.* v = *persuadeo* [*inde?*]. P3. 𝔐 ... 𝔅o =

**quam boni uiri deberes misereris: potest enim miser dici, non potest
esse. Difficillimum ex omnibus quae proposui uidetur quod pri- 2
mum dixi, pro ipsis esse quibus eueniunt ista quae horremus ac
tremimus. Pro ipsis est, inquis, in exilium proici, in egesta-
tem deduci liberos, coniugem ecferre, ignominia adfici, debi-
litari? Si miraris haec pro aliquo esse, miraberis quosdam
ferro et igne curari nec minus fame ac siti. Sed si cogitaueris
tecum remedii causa quibusdam et radi ossa et legi et extrahi
uenas et quaedam amputari membra quae sine totius pernicie
corporis haerere non poterant: hoc quoque patieris probari tibi
quaedam incommoda pro his esse quibus accidunt, tam meher-
cules quam quaedam quae laudantur atque adpetuntur contra eos
esse quos delectauerunt, simillima cruditatibus ebrietatibusque
et ceteris quae necant per uoluptatem. Inter multa magnifica 3
Demetrii nostri et haec uox est a qua recens sum. sonat adhuc
et uibrat in auribus meis. *Nihil,* inquit, *mihi uidetur infeli-
cius eo cui nihil umquam euenit aduersi.* Non licuit enim
illi se experiri. Ut ex uoto illi fluxerint omnia, ut ante uotum,
male tamen de illo di iudicauerunt. indignus uisus est a quo uin-**

*persuadebo inde tibi.* mG = *iure tibi.*

2. G (m∾ praeter *quod primum dixi*) — *Difficillimum ... pro ipsis esse.* mGT𝔑 ... 𝔖 — *quod primum dixi.* G = *et tremimus.* g = *ac timemus.* E = *Pro ipsis enim.* 𝔑 ... 𝔖 = *inquit* contra mstos. A = *in eiestatem* („aliquando in hoc cod. i est pro *g*"). V + *et coniugem.* B G = *coniungere.*

*ecferre* = Bong. A𝔑 ... 𝔈1. = *haec ferre.* BGVDEF = *hec ferre.* D(s.m.) 𝔈2. .. 𝔅o = *efferre.* 𝔑 ... 𝔅 = *ignominiam.* D (m∾) — *ignominia ... ferro.* g + *et debilitari.* G = *sed miraris.*

*haec pro aliquo* = BA mDgv Ort. Rom. Anic. Tronc. E𝔑 ... 𝔅o = *hoc pro aliquo.* In GV dubie scribitur Pron. P3. = *haec pro aliquibus.* V = *mirabere.* B = *et siti.* V + *Sed et si.* v — *Sed.* P3. = *rodi ossa.* G = *radiosa et legi.* 𝔈1. .. 𝔖 = *et laedi.* gv — *et legi.* v = *et venas extrahi.* gv = *corporis pernicie.* T P4. = *haberi non poterant.* g = *non poterat.* *haec quoque.* 𝔑 ... 𝔈1. = *hoc itaque patieris.* 𝔈2. ... 𝔖 = *hoc utique pat.* E = *patiaris.* V = *pro eis esse.* gv = *pro ipsis esse.* B𝔑 ... 𝔅 = *mehercule.* Vgv = *et appetuntur.* D (cr. ∾) = *atque petuntur.* F = *delectaverint.* ETgv = *similia crud.* 𝔑 ... 𝔅 = *crudelitatibus.* G (cr. ∾) = *pure voluptatem.* A (cr. ∾) E (cr. ∾) = *voluntutem.*

3. VD (m∾) — *et* ante *haec vox.* Vgv P2. Ort. + *et sonat.* Anic. + *sonat enim.* V = *nihil unquam contigit.* G(cr. ∾) = *evenitur.* 𝔑 ... 𝔖 + *aliquid evenit.* v = *se experire.* 𝔑 ... 𝔈1. = *Ubi ex voto illi fluxerunt omnia ut ante v.* 𝔈2. .. 𝔖 = *Ubi ex voto illi fluxerunt omnia vel ante v.* g(s.m.) v = *Utrum ex voto* ∾ *utrum ante v.* Pinc. v. l. = *Ut ex voto illi fluxerunt omnia, immo et ut ante votum.* P4. = *ante motum.* Vgv = *dii de illo.* V — *iudicaverunt ... bonis rumpi* [IV, 10.]: nam folium 30. perditum est. gv =

**ceretur aliquando fortuna quae ignauissimum quemque refugit, quasi dicat: Quid ergo istum mihi aduersarium adsumam? statim arma submittet. non opus est in illum tota potentia mea: leui conminatione pelletur. non potest sustinere uoltum meum.**
4 **Alius circumspiciatur cum quo conferre possimus manum: pudet congredi cum homine uinci parato. Ignominiam iudicat gladiator cum inferiore conponi et scit eum sine gloria uinci qui sine periculo uincitur. Idem facit fortuna, fortissimos sibi pares quaerit, quosdam fastidio transit. Contumacissimum quemque et rectissimum adgreditur aduersus quem uim suam intendat.**
5 **Ignem experitur in Mucio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo, uenenum in Socrate, mortem in Catone. Magnum exemplum nisi mala fortuna non inuenit. Infelix est Mucius, quod dextera ignes hostium premit et ipse a se exigit erroris sui poenas? quod regem quem armata manu non potuit exusta fugat? Quid ergo? felicior esset, si in sinu**
6 **amicae foueret manum? Infelix est Fabricius, quod rus suum quantum a republica uacauit fodit? quod bellum tam cum Pyrrho quam cum diuitiis gerit? quod ad focum coenat illas ipsas radices et herbas quas in repurgando agro triumphalis senex uulsit? Quid ergo? felicior esset, si in uentrem suum longinqui litoris**

*vinceretur. aliquando fortuna ignav.* om. *quae.*

*Quid ergo istum* = BGADETℜ...𝔅 (A s.m. = *erga.* G p.m. = *istud.* DET = *mihi istum*). 𝔈1...𝔅o = *Quid ego istam.* v = *mihi istum.* ℜ...𝔊 = *adversarium mihi.* g = *arma demittet.* T — *in post opus est.* ℜ...𝔈1. = *tota pacientia.* T = *comminatione pellere.* gv = *vultum meum sustinere.*

4. ℜ...𝔈1. = *Aliud enim conspiciatur.* D = *Alius conspiciatur.* F ed. Lips. 1495. = *possumus.* G = *manu.* Ed. Lips. 1495. = *cum homine congredi.* T = *cum inferiori.* G = *et scit enim.* P2. = *et recentissimum aggreditur.* probat Grut. v = *adversum.* ℜ...𝔊 = *suam vim.* v = *vim suam intentet.*

5. ℜ...𝔈2. + *Ignemque* contra mstos etiam Pinc. Gr. P4. = *ignem peritur.* T = *in Rutilo.* F = *in incilio.* ℜ...𝔈1. — *mortem in Catone.* A = *in Catonem.* Quaedam exx. Pinc. = *magna fortuna.* Col. = *in magna fortuna.* Fv = *dextra.* B = *dextre.* gv = *quod ipse a se.* v = *fugavit.* G(cr.∾) = *fugatur.* G(m∾) = *si sinuatis pecunie foveret.* F = *amicitiae.*

6. BEF = *Fabricius quod rursum.* T = *quod rursus q.* F = *vacavit fovit.* ℜ...𝔅 + *vacavit bellum fodit.* GD (cr.∾) = *Qui ad focum.* T = *qui ad volum.*

*in repurgando agro* = BGAD (s.m.) ETFgv Pinc. v. l. Gr. ℜ...𝔅. 𝔐...𝔅1. = *in agro repurgando.* D (p.m.) = *in repugnando agro.* 𝔈1...𝔊 ℜu 𝔅o ed. Nautae — *repurgando.* quod abesse quibusdam libris scribit Lips., sed intelligere videtur impressos. Nauta *repurgando* ortum esse putat ex *rapas*, quod quidam adscripserit voci *radices.* D(s.m.) T g Pinc. v. l. P2. 3. 4. Ort. ℜ...𝔊 = *evulsit.* Rell. etiam Bong. Col. ∾.

**pisces et peregrina aucupia congereret? si conchyliis superi at-
que inferi maris pigritiam stomachi nausiantis erigeret? si in-
genti pomorum strue cingeret primae formae feras captas multa
caede uenantium? Infelix est Rutilius, quod qui illum damna- 7
uerunt causam dicent omnibus seculis? quod aequiore animo pas-
sus est se patriae eripi quam sibi exilium? Quod Sullae dicta-
tori solus aliquid negauit et reuocatus non tantum retro cessit,
sed longius fugit? Uiderint, inquit, isti quos Romae depre-
hendit felicitas tua. Uideant largum in foro sanguinem et su-
pra Seruilianum lacum (id enim proscriptionis Sullanae spolia-
rium est) senatorum capita et passim uagantis per urbem per-
cussorum greges et multa milia ciuium Romanorum uno loco
post fidem, immo per ipsam fidem trucidata. Uideant ista qui
exulare non possunt. Quid ergo? felix est L. Sulla, quod illi 8
descendenti ad forum gladio submouetur, quod capita sibi con-
sularium uirorum patitur ostendi et pretium caedis per quaesto-
rem ac tabulas publicas numerat? et haec omnia facit ille, ille**

B = *congeret.* *si conciliis.* E = *si consiliis (s id est piscibus).* F = *si conciliis superni.* E(m∾) 𝔑 ... 𝔅 = *superbi.* G (cr. ∾) 𝔑 ... 𝔊l. = *exigeret.* Tronc. = *pannorum strue.* Lips. ci. = *opsoniorum strue.* Ruhk. ci. = *hortorum* [„i. e. *rapulorum*, *radicum*“] *strue* coll. Hor. Satt. II, 4, 16. GAETg P4. Col. Ort. cod. Lips. = *cingeretur.* 𝔑 ... 𝔊l. = *cingeretur? Primae.* F = *cingerentur.* P3. = *congeretur.* Pinc. „Lege, inquit, *augeretur*, non *augeret*, ex eadem [v. l.].“ Sed profecto scribi voluit *cingeretur* et *cingeret*, non *cogeretur*, quod videbatur propterea Grutero, quia Pinc. post *venantium* verbum *deglutire* ex cod. Francisc. inserendum censebat. D + *forme.* *Si feras* ∾ *venantium deglutiret.* Cod. Lips. + *venantium deglutiret.*

7. G(cr.∾) T = *Rutilius quidem qui.* E + *Rutilius quidem.* EF = *causam diceret.* A (cr. ∾) = *quo aequiore.* F = *eripiret.* D + *soli al. sille dictatori.* F = *soli dictatori.* E = *sille dicta tiro.* G(cr.∾) = *dictaturi.* A (cr.∾) = *tantum non.* Lips. ci. + *retro non cessit.* refutatur a Gronovio. g 𝔑 ... 𝔅 = *Viderunt inquit.* P2. 𝔑 ... 𝔏𝔍u + *hoc isti.* Rell. etiam Pinc. Gr. Brux. ∾.. Pinc. ci. = *ista.* B = *quod Romae.* T — *tua* post *felicitas.*

*Servilianum* = BGADETFv Gr. 𝔑 ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔅o = *Servilium.* 𝔊l. 2. — *Sullanae* contra mstos etiam Pinc. Gr. Rom. = *spoliatorium.* probat Dalech. D (s.m.) + *senatorumque.*

*vagantis* = BF. G 𝔊2. ... 𝔅o = *vagantes.* 𝔑 ... 𝔊 1. = *vagationes.* Rell. n. l. G (m∾) — *per ipsam fidem.* B = *trucidari.* G = *que exulare.*

8. B — *est* post *felix.* T = *felicior est.* E = *felix est rutillus silla.* gv = *illo descendente.* sG 𝔑 ... 𝔊l. (m∾) = *gladius.* G(cr.∾) = *submoverunt.* v = *quot capita.*

*sibi consularium virorum patitur ostendi* = BGADETFgv Bong. P3. Col. Ort. Cod. Lips. = *ostendi.* P2. 4. 𝔑 ... 𝔖 — *sibi.* Tronc. Anic. Scal. = *capita sibi appendi* (?). 𝔐 ... 𝔅o = *cons. v. patitur appendi* om. *sibi.* Ed. Nautae = *sibi* ∾ *appendi.* v = *et tabulas.* D(m∾) — *omnia.*

*facit ille, ille qui* = BA. GDE

qui legem Corneliam tulit. Ueniamus ad Regulum: quid illi fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit? Figunt cutem claui et quocumque fatigatum corpus reclinauit uolneri incumbit, in perpetuam uigiliam sus-
9 pensa sunt lumina. Quanto plus tormenti tanto plus erit gloriae. Uis scire quam non poeniteat hoc pretio aestimasse uirtutem? Refice illum et mitte in senatum: eamdem sententiam dicet. Feliciorem ergo tu Maecenatem putas cui amoribus anxio et morosae uxoris cotidiana repudia deflenti somnus per symphoniarum cantum ex longinquo lene resonantium quaeritur? Mero se licet sopiat et aquarum fragoribus auocet et mile uoluptatibus mentem anxiam fallat: tam uigilabit in pluma quam ille in cruce. Sed illi solatium est pro honesto dura tolerare et ad causam a patientia respicit: hunc uoluptatibus marcidum et felicitate nimia laborantem magis his quae patitur uexat causa palien-
10 di. Non usque eo in possessionem generis humani uitia uenerunt, ut dubium sit an electione fati data plures nasci Reguli quam Maecenates uelint. Aut si quis fuerit qui audeat dicere Maecenatem se quam Regulum nasci maluisse: idem iste, taceat licet, nasci se Terentiam maluit. Male tractatum Socratem iudicas, quod illam potionem publice mixtam non aliter quam medicamentum inmortalitatis obduxit et de morte disputauit us-

*Ad Serenum nec iniuriam nec contumeliam accipere sapientem* = A. V = *Lucii annei Senece cordubensis. Quod in Sapientem non cadit ira neque contumelia liber Incipit ad Serenum.* B = *Liber secundus annei Sencce ad Serenum quomodo in Sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* G = *Explicit liber primus ad lucilium. Incipit liber secundus ad Serenum quomodo in Sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* In summis paginis B et G hunc librum secundum *de Providentia* dicunt. D = *Añey lucii cordubensis senece quomodo in sapiente non cadit iniuria nec contumelia. Incipit liber secundus de providentia Ad Serenum.* E = *Incipit secundus ad serenum quomodo in sapientem non cadit iniuria nec contumelia.* Bong. = *Quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadat.* P2. = *Incipit Secundus. quomodo sapiens nec in iniuriam cadit.* P3. = *Incipit secundus. quod iniuria vel contumelia non cadunt in sapientem.* P4. = *Incipit secundus de Providentia. quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* Col. = *Incipit liber L. Annaei Senecae: quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadit.* Ort. = *Incipit libellus Senecae de constantia animi sapientis viri, ad Serenum.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *Lucii Annei Senecae Ad Serenum Liber Secundus Quomodo In Sapientem Non Cadit Iniuria.* 𝔈2. = *Lucii Annei Senecae Ad Serenum Liber Secundus.* 𝔊 . . . 𝔐 = *Lucii Annaei Senecae Ad Serenum Liber I·I. Quod In Sapientem Non Cadit Iniuria* (𝔐 — *Liber II.*). 𝔏 . . . 𝔊ro = *L. Annaei Senecae De Constantia Sapientis sive Quod In Sapientem Non Cadit Iniuria.* cui titulo 𝔅1. 2. 𝔅o etiam adiiciunt *Liber Unus,* 𝔑u *Liber Unus Ad Annaeum Serenum.* Fischerus voluit: *L. Annaei Senecae De Constantia Sapientis Liber.* Pinc. scribit correctioribus exx. abesse illud *secundus.* Ceterum codd. msti omnes collocant hunc librum post eum, qui solet *de Providentia* inscribi, impressi post librum *de Tranquillitate.*

Cap. I.

G(cr. ∾) = *sapientia prof.* 𝔑 . . . 𝔅 = *professi.* Rom. Anic. — *tantumdem.* probat Dalech. sG + *quae sed altera pars.* P4. + *ac si altera pars.* 𝔑 . . . 𝔊 + *et molliter* contra

liares medici aegris corporibus non qua optimum et celerrimum est medentur, sed qua licet: Stoici uirilem ingressi uiam, non ut amoena ineuntibus uideatur curae habent, sed ut quamprimum nos eripiat et in illum editum uerticem educat qui adeo extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam emineat.
2 At ardua per quae uocamur et confragosa sunt. Quid enim plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt quam quidam putant. prima tantum pars saxa rupesque habet et inuii speciem, sicut pleraque ex longinquo speculantibus abscisa et eo nexa uideri solent, cum aciem longinquitas fallat. Deinde propius adeuntibus eadem illa quae in unum congesserat error oculorum paulatim adaperiuntur: tum illis quae praecipitia ex
3 interuallo adparebant redit lene fastigium. Nuper cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas, sicut es iniquitatis inpatiens, quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Caesares surgentem infra Uatinios posuisset. et tibi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legem toga in

mstos. GD(cr.∾)E Rom. Scal. Tronc. = *non quod optimum.* ℜ ... 𝔅 = *non quia optim.* DE = *et celeberimum.* G(s∾) — *qua* ante *licet.* Scal. Tronc. = *sed quae licet.* sE = *sed quae libet.* ℜ ... 𝔅 = *sed quia licet.* D(m∾) = *mentibus videatur.* B = *inheuntibus videantur.* V = *videtur.* G(cr.∾) D(cr.∾) = *curae habeant.*

*eripiat et in illum editum verticem educat* = BGVAD Pinc. v. l. P3. Ort. E Col. P2. 4. 𝔈1. ... 𝔅o = *eripiant* ∾ *educant.* ℜ ... 𝔅 = *capiant* ∾ *educant.* B = *quia deo extra omnem.* Col. = *ultra omne teli iactum.* E Ort. = *celi iactum.*

2. BG(cr.∾)P4. ℜ ... 𝔅 𝔈2. ... 𝔊 = *Et ardua.* Ort. = *Ac ardua.* 𝔈1. = *per ardua ad quae.* Rell. etiam ex. Fac. et Primit. Col. P2. 3. ∾. ℜ ... 𝔅 = *vocantur.* E(s∾) — *et* ante *confragosa.* P2. 4. = *Quod enim plano.* non improbat Grut. Anic. + *ex plano.* D(cr. ∾) E(cr. ∾) = *plano auditur.* G(cr.∾) V = *additur.* G = *arrupta.* B = *abrapta.* Ad *ne* mA = *pro nec vel non.* GDE = *sunt quidem.* BE ℜ ... 𝔊 = *prima tamen.* V = *et rupes.* G(m∾) = *et numeri speciem.* G(m∾) = *sicut pluraque.* E = *sicut plura.* P2. ℜ ... 𝔅 = *ex longo speculantibus.*

*abscisa* = GVGr. 𝔊𝔯𝔬ℜ𝔲 ... 𝔅𝔬. B = *abcisa.* ℜ ... 𝔅1. (exc. 𝔊𝔯𝔬) = *abscissa.*

*et eo nexa* = A(p.m.). D = *convexa* om. *et.* E = *et convexa.* Col. = *et evexa.* A(s.m.) BGV ℜ ... 𝔅𝔬 = *et connexa.* ℜ ... 𝔊 = *Demum propius.* G(cr.∾) Scal. = *error ocultorum.* D(cr. ∾) = *paulatim aperiuntur.* D = *cum illis queque precipita.* mD = *tum illa que precipitia.* E = *Cum illis que pr.* ℜ ... 𝔅 = *tamen illis quae.* G = *reddit* [cr. ∾] *locum fastigium.* Vℜ ... 𝔈1. = *reddit lene fast.* B P2. Col. = *redit leve fast.* D = *reddit leve fast.* D(s.m.) P3. Ort. = *reddunt leve fast.* P4. = *reddit leve fast.*

3. E = *Pauper cum inc.* ℜ ... 𝔊 — *M.* ante *Catonis* contra mstos etiam Pinc. Gr. E = *sicut ens iniq.* ℜ ... 𝔈2. — *quod* ante *supra Pompeios* contra mstos etiam Pinc. Gr. G = *Pompeias.* Ed. Par. a. 1613. — *et* ante *tibi indignum.* GD(cr.∾) = *legem totam.* BG(s.m.) ℜ ... 𝔅

foro esset erepta quodque a Rostris usque ad arcum Fabianum per seditiosae factionis manus traditus uoces inprobas et sputa et omnes alias insanae multitudinis contumelias pertulisset. Tum ego respondi habere te quod Reipublicae nomine mouereris quam hinc P. Clodius, hinc Vatinius ac pessimus quisque uenumdabat et caeca cupiditate correpti non intellegebant se, dum uendunt, et uenire. II. Pro ipso quidem Catone securum te esse iussi: nullum enim sapientem nec iniuriam accipere nec contumeliam posse, Catonem autem certius exemplar sapientis uiri nobis deos inmortales dedisse quam Ulixen et Herculem prioribus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiauerunt, inuictos laboribus, contemptores uoluptatis et uictores omnium terrarum. Cato non cum feris manus contulit quas consectari 2
uenatoris agrestisque est. nec monstra igne ac ferro persecutus est nec in ea tempora incidit quibus credi posset coelum humeris unius inniti excussa iam antiqua credulitate et seculo ad summam perducto sollertiam. Cum ambitu congressus, multi- 3

= *legem tota.* V = *est erepta.* G = *esset erecta.* B = *esset execta.*
*manus traditus* = BG (s.m.) VA DE P2. 3. 4. Col. ℜ... 𝔈1. G(p.m.) = *mitius traditur.* Ort. 𝔈2.... 𝔅o = *manus tractus.*

*Tum ego* = BVADE. G = *Tunc ergo.* G(s.m.) ℜ... 𝔅o = *Tunc ego.* G (cr. ∾) E = *quoniam hinc.* G (cr. ∾) = *praecludit domus hinc Vatinius.* D(cr.∾) E P4. = *hinc precludit Clodius hinc V.* ℜ... 𝔅 = *P. Claudius: hinc facinius.* P2. 𝔈1. = *P. Claudius* ∾. Ort. = *Cladius.*

*correpti* = BGADE Pinc. v. l. P4. Col. Ort. P3. = *correcti.* P2. ℜ... 𝔅o = *corrupti.* GD (s∾) E — *non* ante *intellegebant.* D = *sed dum vendunt.*

*et venire* = BGA mDE P2. 3. Col. Ort. ℜ... 𝔈2. 𝔊ro... 𝔅o. VD — *et.* P4. = *etiam emere.* Pinc. v. l. 𝔈... 𝔏4. = *etiam venire.*

Cap. II.

B — *Pro.* G — *quidem.* B = *iniuriam accepere.*

*Ulixen* = A. BGVDE ℜ... 𝔅 𝔐... 𝔏4. = *Ulixem* aut *Ulixē.* 𝔈1. = *Ulyxem.* 𝔈2.... 𝔊 𝔊ro... 𝔅o = *Ulyssem.* V = *pronuntiarunt.* G(s∾) — *et* ante *contemptores.* Lips. ci. 𝔊ro ℜu... 𝔅o = *omnium terrorum* contra mstos.

2. *Cato non cum feris manus contulit* = BVAmD P3. Col. Ort. GP4. = *Catonem cum feris m. c.* Col. = *Cato non feris m. c.* ℜ... 𝔅o = *Cato cum feris manus non cont.* DE — *non* ante *cum feris.* D(cr.∾) E = *quas consecrari.* BsA = *venatoria agrestisque.* A(m∾) = *venatori agr.* G = *mostra.* V = *igne et ferro.* G = *igne ac sacro.* unde potuerit coniicere aliquis: *igne ac saxo.*

*humeris unius inniti* = A (prius fuit *umeris*). B = *humeris unius iumenti.* ℜ... 𝔅o = *unius in humeris inn.* GVDE 𝔈1.... 𝔅o = *unius humeris inniti.* D(cr.∾) E = *antiqua crudelitate.* BGAD = *ad summam perducto sollertia.* unde coniicere ∾ *sollertiae* promptum est. sDE = *ad summam perducto cum sollertia.* V = *ad summa producto. sollertia cum ambitu congressa.* P2. 3. Col. = *ad summam perducto* [P2. = *producto*]. *Solertia cum ambitu congressa.* G (s.m.) D (tert. m.) ℜ... 𝔅o ∾ (ℜ... 𝔅 = *producto*).

3. G (cr. ∾) = *tamen ambitu.*

liares medici aegris corporibus non qua optimum et celerrimum est medentur, sed qua licet: Stoici uirilem ingressi uiam, non ut amoena ineuntibus uideatur curae habent, sed ut quamprimum nos eripiat et in illum editum uerticem educat qui adeo extra omnem teli iactum surrexit, ut supra fortunam emineat.
2 At ardua per quae uocamur et confragosa sunt. Quid enim plano aditur excelsum? Sed ne tam abrupta quidem sunt quam quidam putant. prima tantum pars saxa rupesque habet et inuii speciem, sicut pleraque ex longinquo speculantibus abscisa et eo nexa uideri solent, cum aciem longinquitas fallat. Deinde propius adeuntibus eadem illa quae in unum congesserat error oculorum paulatim adaperiuntur: tum illis quae praecipitia ex
3 interuallo adparebant redit lene fastigium. Nuper cum incidisset mentio M. Catonis, indigne ferebas, sicut es iniquitatis inpatiens, quod Catonem aetas sua parum intellexisset, quod supra Pompeios et Caesares surgentem infra Uatinios posuisset. et tibi indignum uidebatur, quod illi dissuasuro legem toga in

mstos. GD(cr.∾)E Rom. Scal. Tronc. = *non quod optimum*. ℜ...𝔅 = *non quia optim*. DE = *et celeberimum*. G(s∾) — *qua* ante *licet*. Scal. Tronc. = *sed quae licet*. sE = *sed quae libet*. ℜ...𝔅 = *sed quia licet*. D(m∾) = *mentibus videatur*. B = *inheuntibus videantur*. V = *videtur*. G(cr.∾) D(cr.∾) = *curae habeant*.

*eripiat et in illum editum verticem educat* = BGVAD Pinc. v. l. P3. Ort. E Col. P2. 4. 𝔈1....𝔅o = *eripiant* ∾ *educant*. ℜ...𝔅 = *capiant* ∾ *educant*. B = *quia deo extra omnem*. Col. = *ultra omne teli iactum*. E Ort. = *celi iactum*.

2. BG(cr.∾)P4. ℜ...𝔅 𝔈2....𝔊 = *Et ardua*. Ort. = *Ac ardua*. 𝔈1. = *per ardua ad quae*. Rell. etiam ex. Fac. et Primit. Col. P2. 3. ∾. ℜ...𝔅 = *vocantur*. E(s∾) — *et* ante *confragosa*. P2. 4. = *Quod enim plano*. non improbat Grut. Anic. + *ex plano*. D(cr.∾) E(cr.∾) = *plano auditur*. G(cr.∾) V = *additur*. G = *arrupta*. B = *abrapta*. Ad *ne* mA = *pro nec vel non*. GDE = *sunt quidem*. BE ℜ...𝔊 = *prima tamen*. V = *et rupes*. G(m∾) = *et numeri speciem*. G(m∾) = *sicut pluraque*. E = *sicut plura*. P2. ℜ...𝔅 = *ex longo speculantibus*.

*abscisa* = GVGr. 𝔊roℜu...𝔅o. B = *abcisa*. ℜ...𝔅1. (exc. 𝔊ro) = *abscissa*.

*et eo nexa* = A(p.m.). D = *convexa* om. *et*. E = *et convexa*. Col. = *et evexa*. A(s.m.) BGV ℜ...𝔅o = *et connexa*. ℜ...𝔊 = *Demum propius*. G(cr.∾) Scal. = *error ocultorum*. D(cr.∾) = *paulatim aperiuntur*. D = *cum illis queque precipita*. mD = *tum illa que precipitia*. E = *Cum illis que pr*. ℜ...𝔅 = *tamen illis quae*. G = *reddit* [cr. ∾] *locum fastigium*. Vℜ...𝔈1. = *reddit lene fast*. B P2. Col. = *redit leve fast*. D = *reddit leve fast*. D(s.m.) P3. Ort. = *reddunt leve fast*. P4. = *reddit leve fast*.

3. E = *Pauper cum inc*. ℜ...𝔊 — *M.* ante *Catonis* contra mstos etiam Pinc. Gr. E = *sicut ens iniq*. ℜ...𝔈2. — *quod* ante *supra Pompeios* contra mstos etiam Pinc. Gr. G = *Pompeias*. Ed. Par. a. 1613. — *et* ante *tibi indignum*. GD(cr.∾) = *legem totam*. BG(s.m.) ℜ...𝔅

foro esset erepta quodque a Rostris usque ad arcum Fabianum
per seditiosae factionis manus traditus uoces inprobas et sputa
et omnes alias insanae multitudinis contumelias pertulisset. Tum
ego respondi habere te quod Reipublicae nomine moucreris
quam hinc P. Clodius, hinc Latinius ac pessimus quisque uenum-
dabat et caeca cupiditate correpti non intellegebant se, dum uen-
dunt, et uenire. II. Pro ipso quidem Catone securum te esse
iussi: nullum enim sapientem nec iniuriam accipere nec contu-
meliam posse, Catonem autem certius exemplar sapientis uiri
nobis deos inmortales dedisse quam Ulixen et Herculem priori-
bus seculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiauerunt,
inuictos laboribus, contemptores uoluptatis et uictores omnium
terrarum. Cato non cum feris manus contulit quas consectari 2
uenatoris agrestisque est. nec monstra igne ac ferro persecu-
tus est nec in ea tempora incidit quibus credi posset coelum hu-
meris unius inniti excussa iam antiqua credulitate et seculo ad
summam perducto sollertiam. Cum ambitu congressus, multi- 3

= *legem tota*. V = *est erepta*. G = *esset erecta*. B = *esset execta*.

*manus traditus* = BG (s.m.) VADE P2. 3. 4. Col. ℜ ... 𝔈1. G(p.m.) = *mitius traditur*. Ort. 𝔈2. ... 𝔅o = *manus tractus*.

*Tum ego* = BVADE. G = *Tunc ergo*. G(s.m.) ℜ ... 𝔅o = *Tunc ego*. G (cr. ∾) E = *quoniam hinc*. G (cr. ∾) = *praecludit domus hinc Vatinius*. D (cr. ∾) E P4. = *hinc precludit Clodius hinc V*. ℜ ... 𝔅 = *P. Claudius: hinc facinius*. P2. 𝔈1. = *P. Claudius* ∾. Ort. = *Cladius*.

*correpti* = BGADE Pinc. v. l. P4. Col. Ort. P3. = *correcti*. P2. ℜ ... 𝔅o = *corrupti*. GD (s∾) E — *non* ante *intellegebant*. D = *sed dum vendunt*.

*et venire* = BGA mDE P2. 3. Col. Ort. ℜ ... 𝔈2. 𝔊ro ... 𝔅o. VD — *et*. P4. = *etiam emere*. Pinc. v. l. 𝔊 ... 𝔏4. = *etiam venire*.

Cap. II.

B — *Pro*. G — *quidem*. B = *iniuriam accepere*.

*Ulixen* = A. BGVDE ℜ ... 𝔅 𝔐 ... 𝔏4. = *Ulixem* aut *Ulixē*. 𝔈1. = *Ulyxem*. 𝔈2. ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o = *Ulyssem*. V = *pronuntiarunt*. G(s∾) — *et* ante *contemptores*. Lips. ci. 𝔊ro ℜu ... 𝔅o = *omnium terrorum* contra mstos.

2. *Cato non cum feris manus contulit* = BVAmD P3. Col. Ort. GP4. = *Catonem cum feris m. c.* Col. = *Cato non feris m. c.* ℜ ... 𝔅o = *Cato cum feris manus non cont.* DE — *non* ante *cum feris*. D(cr. ∾) E = *quas consecrari*. BsA = *venatoria agrestisque*. A(m∾) = *venatori agr.* G = *mostra*. V = *igne et ferro*. G = *igne ac sacro*. unde potuerit coniicere aliquis: *igne ac saxo*.

*humeris unius inniti* = A (prius fuit *umeris*). B = *humeris unius iumenti*. ℜ ... 𝔅o = *unius in humeris inn.* GVDE 𝔈1. ... 𝔅o = *unius humeris inniti*. D(cr. ∾) E = *antiqua crudelitate*. BGAD = *ad summam perducto sollertia*. unde coniicere ∾ *sollertiae* promptum est. sDE = *ad summam perducto cum sollertia*. V = *ad summa producto*. *sollertia cum ambitu congressa*. P2. 3. Col. = *ad summam perducto* [P2. = *producto*]. *Solertia cum ambitu congressa*. G (s.m.) D (tert. m.) ℜ ... 𝔅o ∾ (ℜ ... 𝔅 = *producto*).

3. G (cr. ∾) = *tamen ambitu*.

formi malo, et cum potentiae inmensa cupiditate quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat, aduersus uitia ciuitatis degenerantis et pessum sua mole sidentis stetit solus et cadentem Rempublicam, quantum modo una retrahi manu poterat, tenuit: donec uel abreptus uel abstractus comitem se diu sustentatae
4 ruinae dedit simulque exstincta sunt quae nefas erat diuidi. Neque enim Cato post libertatem uixit nec libertas post Catonem. Huic tu putas iniuriam fieri potuisse a populo, quod aut praeturam illi detraxit aut togam? quod sacrum illud caput purgamentis oris adspersit? Tutus est sapiens nec ulla adfici aut iniuria aut contumelia potest. III. Uideor mihi intueri animum tuum incensum et efferuescentem. paras adclamare: Haec sunt quae auctoritatem praeceptis uestris detrahant. magna promittitis et quae ne optari quidem nedum credi possint. deinde ingentia locuti cum pauperem negastis esse sapientem, non negatis solere illi et seruum et tectum et cibum deesse. cum sapientem

Steph. (Prood. II, 3.) ci. + *Sed cum ambitu.* DE + *cum multiformi.* D(cr. ∾) = *potentie immense cup.* Ad vocem *tres* mA = *scilicet Cesarem. pompeium et Crassum.* Cod. Dal. 𝔑 . . . 𝔈2. + *divisus partes* contra mstos etiam Pinc. Gr. G(cr. ∾) = *et civitates.* D = *et possum sua mole.* D(s.m.) = *et pessimi sua mole.* Ad *pessum* mA = *id est subtus quasi sub pedibus.* D(s.m) = *sedentis.* E = *fidentis.* G(cr. ∾) = *stetit solum.* G = *manu trahi.* D(cr. ∾) = *omni manu.*

*tenuit* = BGVADE. 𝔑 . . . 𝔅o = *retinuit.* 𝔑 . . . 𝔅 — *donec.* P3. — *vel* ante *abreptus.* A Col. — *vel abreptus vel.* quae Senecae non esse non dixerim. D = *vel arectus vel* [haec n.] *abstractus.* B = *vel areptus.* GmA = *vel arreptus* (mA — *vel* post *abreptus*). P2. = *vel abrectus abstractus.* V = *vel areptus abstractus ve.* P4. = *vel arrectus vel abstractus.* Ort. = *abreptus abstractusve.* G (cr. ∾) = *sustentare.* E = *sustentante.* 𝔑 . . . 𝔅 = *sustentantẽ.* BGV 𝔑 = *nephas.*

4. G (m∾) = *post libertatem iussit.* sA + *post libertatem scilicet perditam.* D (cr. ∾) E 𝔅1. = *Hinc tu putas.* G = *Huic tũ putas.* VP3. = *illi distraxit.* P2. = *illi destruxit.* mG = *quod facit illud.* G(cr. ∾) = *Totus est sapiens.* D (cr. ∾) E = *Totus enim sapiens.* G(cr. ∾) = *nec illa affici.*

Cap. III.

G (cr. ∾) = *Videt mihi.* V + *quem incensum.* P3. = *an. tuum in censura.* 𝔈2. . . 𝔊 = *an. tuum inclusum* contra mstos etiam Bong. ex Cui. Sicul. Gr. BV = *et fervescentem.* GDE Ort. 𝔑 . . . 𝔊 = *paratum acclamare.* P4. = *paratum adamare.* P3. = *paris acclamare.* Rell. etiam Sicul. P2. Col ∾. D (cr. ∾) E = *praeceptis nostris.* BD (cr. ∾) E 𝔊ro . . . 𝔑u = *magna promittis.* G(cr. ∾) = *non optari quidem necdum credi.* 𝔑 . . . 𝔅 = *non optari quidem nondum credi.* G = *loquti.* DE = *sapientem esse.* G (cr. ∾) = *non negastis solem illi.*

*et servum et tectum* = A. mA Col. ∾ *et servum vel vestitum et tectum.* B + *et servum vel vestium et tectum.* GP2.3. Ort. + *et servum vel vestem et tectum.* V = *et servum vel vestem vel tectum.* P4. = *et serenum vel vestem et tectum.* DE 𝔑 . . . 𝔅o + *et servum et vestem et tectum.* a librario haec profecta esse apparet. BG (cr. ∾) E = *et cibum dedisse.*

negastis insanire, non negatis et alienari et parum sana uerba
emittere et quicquid uis morbi cogit audere. cum sapientem ne- 2
gastis seruum esse, iidem non itis infitias et uenilurum et im-
perata facturum et domino suo seruilia praestaturum ministeria.
Ita sublato alte supercilio in eadem quae ceteri descenditis mu-
tatis rerum nominibus. Tale itaque aliquid et in hoc esse suspi-
cor quod prima specie pulchrum atque magnificum est, nec in-
iuriam nec contumeliam accepturum esse sapientem. Multum 3
autem interest utrum sapientem extra indignationem an extra
iniuriam ponas. Nam si dicis illum aequo animo laturum, nul-
lum habet priuilegium: contigit illi res uolgaris et quae discitur
ipsa iniuriarum adsiduitate, patientia. Si negas accepturum in-
iuriam, id est neminem illi temptaturum facere, omnibus re-
lictis negotiis Stoicus fio. Ego uero sapientem non imaginario 4
honore uerborum exornare constitui, sed eo loco ponere quo
nulla permittatur iniuria. Quid ergo? nemo erit qui lacessat,
qui temptet? Nihil in rerum natura tam sacrum est quod sacri-
legum non inueniat; sed non ideo diuina minus in sublimi sunt,

2. E + *et parum illi*. 𝔑 . . . 𝔅 = *et quicquam yis*. G (cr. ∾) E = *cogit audire*. BG Col. P3. 𝔑 . . . 𝔅 = *servum esse idem*. P4. = *servum esse id est*. P2. = *servum esse et idem*. D = *servum esse unde*.

*non ilis infitias* = A cod. Iur. 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o. BsA + *non ilis in infilias* (B = *inficias*). G = *non ita* [*s non*] *infitiaris*. Col. = *non inficiaris*. V = *non ita infilias*. P4. = *infitiaris* om. *non*. D = *non ita inficiamur*. P2. = *non ita inficiamini*. E = *non ilis munifices*. Cod. Agric. 𝔈1. = *non iturum inficiamini*. P3. = *non iturum infilias*. Ort. 𝔈2. . . . 𝔊 𝔅2. = *non infitiamini*. placet Grutero. Erm. ci. = *non infitiamini iturum et venum*, „aut quod mollius“ *et venum iturum*. 𝔑 . . . 𝔅 = *non ita ut inficiamini*.

*et veniturum* = BADE P2. Ort. cod. Iur. GV P3. 4. Col. 𝔑 . . . 𝔅 = *et venturum*. 𝔈1. = *et venum et imperata facturum*. 𝔈2. . . . 𝔅o = *et venum* [*vaenum*] *iturum*. G — *et* ante *imperata*.

*praestaturum* = BA P2. Col. cod. Iur. GVDE 𝔑 . . . 𝔅o = *praestiturum*. G = *ministerio*. GD (m∾) E — *ceteri*. 𝔑 . . . 𝔅 = *quae certi*. BCol. 𝔑 . . . 𝔈2. = *descendistis*. G VD (m∾) E Pinc. v. l. P2. 3. 4. Ort. 𝔈𝔊 = *incidistis*. G (s∾) — *rerum*. D (m∾) — *est* post *magnificum*.

3. G (s.m.) = *esse indignationem*. 𝔐 . . . 𝔏4. — *Nam* ante *si dicis* contra mstos etiam Gr. E Gr. 𝔑 . . . 𝔈1. 𝔅2. = *contingit illi*. non improbat Grut. GV = *et quae dicitur*. sGV + *et patientia*. GD (cr. ∾) = *iniurias idem neminem*. E = *iniurias. Idem n*. V = *iniurias id est n*. 𝔑 . . . 𝔅 = *Stoicus fit*.

4. 𝔑 . . . 𝔅 — *sapientem*. V = *non imaginario ore*. GVDE = *adornare constitui*. B = *exhonerare constitui*. 𝔑 . . . 𝔅 + *vel quo nulla*. B = *permittitur iniuria*. D (cr. ∾) = *permittantur iniuria*. Pinc. ci. = *perveniatur iniuria*. m𝔈𝔐 = *perveniat iniuria*. Rell. etiam Gr. ∾. A (cr. ∾) = *lacessiat*. D (m∾) E — *in* ante *sublimi*. E 𝔑 . . . 𝔅 = *quam sacrilegium*. D (cr. ∾) P3. Col. Ort. 𝔈1. 2. = *quod sacrilegium*.

**si exsistunt qui magnitudinem multum ultra se positam non tacturi**
**5 adpetant. Inuolnerabile est non quod non feritur, sed quod non laeditur. Ex hac tibi nota sapientem exhibebo. Numquid dubium est, quin certius robur sit quod non uincitur quam quod non lacessitur? cum dubiae sint uires inexpertae, at merito certissima firmitas habeatur quae omnis incursus respuit. Sic tu sapientem melioris scito esse naturae, si nulla illi iniuria nocet, quam si**
**6 nulla fit. Et illum fortem uirum dicam quem bella non subigunt nec admota uis hostilis exterret, non cui pingue otium est inter desides populos. Hoc igitur dico, sapientem nulli esse iniuriae obnoxium. Itaque non refert quam multa in illum coiciantur tela,**
**7 cum sit nulli penetrabilis. Quomodo quorumdam lapidum inexpugnabilis ferro duritia est nec secari adamas aut caedi uel deteri potest, sed incurrentia ultro retundit. quemadmodum quaedam non possunt igne consumi, sed flamma circumfusa rigorem**

D(cr.∾) = *si extimet qui.* E = *si existimet qui.*

*non tacturi adpetant* = ci. Ruben. A(p.m.) = *non iacturi adp.* ita scriptum fuisse videbatur: sed potest etiam fuisse illud *tacturi.* BGA(s.m.) DE Pall. Col. duo Bruxell. = *non acturi appetant.* V = *non acturi appetunt.* 𝔑 . . . 𝔅 = *non acturi petant.* Aliquando vitium quaerebam in Negativa, ac si scriptum fuisset: *nihil* vel *nil acturi adp.* quod firmari videbatur proximis *Involnerabile . . . non laeditur.* 𝔈1. . . . 𝔏𝔍u = *non icturi petant.* 𝔏4. . . . 𝔅o = *non icturi appetant.*

5. D — *nota.* E = *Ex hac tibi nõ.*

*exhibebo* = AD(s.m.) 𝔈1. . . . 𝔊 𝔏4. BGVD(p.m.) E 𝔑 . . . 𝔅 𝔐 . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *exhibeo.* G(s. m.) = *exhieo.* D(cr.∾) = *quin certus.* BD(cr.∾) = *cum dubiae sunt* (B = *s̃*). D(m∾) — *sit* post *robur.* D 𝔊ro . . . 𝔅o = *ac merito.* Rell. ∾. V Ort. = *firmitas habetur.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *f. habebatur.* B = *qua.*

*omnis* = BV. G𝔑 . . . 𝔅o = *omnes.* Rell. n. l. D(m∾) — *tu.* GDE = *scito melioris.* G = *naturae esse.* BD(m∾) E 𝔑 . . . 𝔊 — *esse.*

*si nulla illi* = BVA. GDE Rom. Anic. Tronc. = *si nulla ei.* 𝔑 . . . 𝔅o = *si nullius illi.* BGV Rom. Anic. Tronc. = *nocet iniuria.* P4. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔈2. 𝔊ro . . . 𝔅o = *quam si nulla sit.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. ∾.

6. G = *que bella non.* D(cr. ∾) = *quod bella non.* A(cr.∾) D(cr.∾) = *a mota vis.* P2. = *pugnae otium est.* 𝔑 . . . 𝔅 = *inter presides populos.*

*Hoc igitur dico, sapientem* = BA Ort. V duo Pall. = *Hoc igitur sapientem dico.* GDE cod. Iur. = *Hoc ergo dico sapientem.* Col. unus Pal. = *Hoc ergo sapientem dico.* Pall. „unica litera exprimunt primam vocem, quae valere queat tam *hoc* quam *hic* aut *hunc* (?) sive adeo *huiusmodi* (?).“ 𝔑 . . . 𝔈1. = *Huiusmodi igitur sapientem dico.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *Huiusmodi igitur sapientem nulli.* Ceterum nil facilius in mstis confunditur quam particulae *igitur* (*g* with *i* above) et *ergo* (*g* with *o* above). V = *quam in illum multa.*

*coiciantur* = BGVAE. D = *cohiciantur.* 𝔑 . . . 𝔅 = *coiiciantur.* 𝔈1. . . . 𝔅 = *coniiciantur.* B = *penetrabitur.*

7. V = *expugnabilis.* G(cr.∾) = *adamans.*

*vel deteri* = BGVA Pinc. v. l. P4. 𝔏 . . . 𝔅o. EOrt. = *aut deteri.* Col. = *vel doteri.* D 𝔑 . . . 𝔐 = *vel teri.* D(cr.∾) = *flamma confusa.*

suum habitumque conseruant. quemadmodum proiecti quidam in altum scopuli mare frangunt nec ipsi ulla saeuitiae uestigia tot uerberati seculis ostentant: ita sapientis animus solidus est et id roboris colligit, ut tam tutus sit ab iniuria quam illa quae retuli. IV. Quid ergo? non erit aliquis qui sapienti facere templet iniuriam? Temptabit, sed non peruenturam ad eum. Maiore enim interuallo a contactu inferiorum abductus est, quam ut ulla uis noxia usque ad illum uires suas perferat. Etiam cum potentes et imperio editi et consensu seruientium ualidi nocere intendent, tam citra sapientiam omnes eorum impetus deficient, quam quae neruo tormentisue in altum exprimuntur, cum extra uisum exsilierint, citra coelum tamen flectuntur. Quid? tu putas 2
tum, cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscuraret, ullam sagittam in solem incidisse? aut dimissis in profundum catenis Neptunum potuisse contingi? Ut coelestia humanas manus effugiunt et ab his qui templa diruunt ac simulacra conflant nihil diuinitati nocetur, ita quicquid fit in sapientem proterue,

*proiecti quidam* = BGVADE. ℜ...𝔅o — *quidam*. G = *mari frangunt*. V = *ulla se vitio vestigia*. A (cr. ∾) = *saevitia*. ℜ...𝔊 = *verberati procellis* contra mstos etiam Pinc. Gr. Scal. (P2. = *scelis*. P4. = *sclĩs*). D(cr. ∾) E = *ostendant*.

*colligit* = BGVADE (E = *coligit*). ℜ...𝔅o = *collegit*. G(s∾) — *illa*.

Cap. IV.

*Quid ergo* = BGVADE. 𝔗...𝔅o = *Quid igitur*. V = *non perventura*. G — *a* ante *contactu*. sG = *ac contactu*. B = *a contactus*. P2. = *à contractu*. 𝔗𝔅 = *et contractu*. Col. = *a comitatu*. B = *adductus*. G(cr. ∾) = *obductus*. D (m∾) — *ut* ante *ulla vis*. D (n.) + *in consensu*. 𝔗...𝔈2. = *Cum potentes imperio editi* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*nocere intendent* = BVA P3. Col. GP2. 4. Ort. 𝔗...𝔈1. = *nocere intentent*. DE = *nocere intemptent*. mOrt. = *nocere nitentur*. mD 𝔈2. ...𝔏4. = *nocere ei tentent*. Cod. Iur. 𝔊ro...𝔅o + *nocere ei intendent*. V = *tum*.

*citra sapientiam* = BGVADE Gr. 𝔗𝔅 𝔅2. 𝔈1. ...ℜu 𝔅o = *citra sapientem*. GVDE = *omnis eorum impetus deficiet*. GV = *quam qui*. G(m∾) 𝔗𝔅 = *numero tormentisve*. B = *tormenti sue*.

*exsilierint* = BG(s.m.) VADE (scribunt tamen *exilierint*). G (p.m.) 𝔗...𝔅o = *exsilierunt*. B = *tamen coelum*. G = *coelum l' non flectuntur*.

2. E — *tu putas*. B = *putas tu*.

*tum, cum stolidus* = BGAE. D = *tamen cum stolidus*. mD = *tunc cum stol*. V 𝔗...𝔅o — *tum*. BG (s.m.) = *multitudinẽ*.

*obscuraret* = BGVADE Anic. Tronc. 𝔗...𝔅o = *obscurasset*.

*dimissis* = BGVADE P2. 4. Col. 𝔗...𝔈2. propter verbum *contingi* recipiendum videbatur. Pinc. v. l. (?) P3. 𝔈...𝔅o = *demissis*. Cod. Dal. Pinc. ci. m𝔈 = *potuisse constringi*. Rell. etiam Gr. ∾. D (m∾) E = *templa diripiunt*. Rom. = *t. deripiunt*. 𝔗...𝔈1. = *t. dirimunt*.

*ac simulacra* = BGVADE. 𝔗...𝔅o = *aut simulacra*. D(n.) + *divinitati enim*. sG = *itaque quicquid*. V — *fit*.

3 petulanter, superbe, frustra temptatur. At satius erat neminem esse qui facere uellet. Rem difficilem optas humano generi, innocentiam. Et non fieri eorum interest qui facturi sunt, non eius qui pati ne si fiat quidem potest. Immo nescio an magis uires sapientia ostendat tranquillitatis inter lacessentia, sicut maximum argumentum est imperatoris armis uirisque pollentis
4 tuta securitas in hostium terra. Diuidamus, si tibi uidetur, Serene, iniuriam a contumelia: prior illa natura grauior est, haec leuior et tantum delicatis grauis. qua non laeduntur homines, sed offenduntur. Tanta est tamen animorum dissolutio et uanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Sic inuenies seruum qui flagellis quam colaphis caedi malit et qui mortem ac uer-
5 bera tolerabiliora credat quam contumeliosa uerba. Ad tantas ineptias peruentum est, ut non dolore tantum, sed doloris opinione uexemur, more puerorum quibus metum incutit umbra et personarum deformitas et deprauata facies. lacrimas uero euocant nomina parum grata auribus et digitorum motus et alia quae inpetu quodam erroris inprouidi refugiunt. V. Iniuria propositum hoc habet aliquem malo adficere. malo autem sapientia non relinquit locum: unum enim illi malum est turpitudo quae intrare eo ubi iam uirtus honestumque est non potest: ergo si iniu-

sG + *et petulanter*.
3. V = *difficile*. ℭ1. = *optes*. ℭ2. ...𝔏ℑu = *At non fieri*. P2. — *et*. Rell. etiam Gr. 𝔗...ℭ1. ∾. B = *nec si fiat q*. V — *si*. 𝔏ℑu ed. Par. a. 1613. 𝔊ro ... 𝔅o + *non potest*. G(s∾) — *potest*.
*tranquillitatis* = BGVADE Gr. 𝔗...𝔊 𝔊ro...𝔅o. 𝔐...𝔏4. = *tranquilla*. B = *interest*. D(m∾) — *est* post *argumentum*. BG (cr.∾) VADE = *imperatori si armis*. P2. 4. Col. + *si armis*. E = *armis utrisque*. P3. Ort. 𝔗...𝔅o ∾. G DE P4. = *pollenti*. G (s.m.) = *polleat*. V = *pollenti est*. P2. 4. = *pollentis* [P4. = *pollenti*] *tota securitas hostium terra*. BG = *tuta securitas hostium terra*. sG = *tuta securitas est hostium terra*. Col. = *tuta securitas in hostium terris*. DE = *et secura sit hostium terra*. 𝔗...𝔅o + *et in hostium terra*. VA Bong. ∾.
4. V + *haec levior est*. Bong. = *et tamen delicatis*. P2. 𝔗...𝔊 = *tamen delicatis* om. *et*.
*laeduntur homines* = BGVADE Bong. 𝔗 ... 𝔅o — *homines*. D (m∾) E = *dissolutio et varietas*. D E P2. 3. 𝔗𝔅 + *qui tam flagellis*. B = *calaphis*. P2. Col. = *aut verbera*.
5. G(cr.∾) = *opinione vetemur*.
*metum incutit* = BGVAD Scal. Tronc. E = *metum intulit*. 𝔗...𝔅o = *metus incutit*. Anic. = *metum incutiunt verba*.

Cap. V.

G(cr.∾) = *propositum hic*. V = *habet hoc*. B = *malum afficere*. GV = *non reliquit*. B — *enim* post *unum*.
*illi malum est* = BGVADE Pinc. v. l. Gr. (P3. — *est*) 𝔅2. 𝔗...ℭ2. = *Unum malum enim illi est*. 𝔊...𝔑u 𝔅o = *malum illi est*.
*intrare eo* = BGVADE Gr. Rom. Anic. 𝔊ro...𝔅o. 𝔗...𝔏4. = *introire eo*. G + *vel esse non potest*.

ria sine malo nulla est, malum nisi turpe nullum est, turpe autem ad honestis occupatum peruenire non potest: iniuria ad sapientem non peruenit. Nam si iniuria alicuius mali patientia est, sapiens autem nullius mali est patiens, nulla ad sapientem iniuria pertinet. Omnis iniuria diminutio eius est in quem incurrit. nec potest quisquam iniuriam accipere sine aliquo detrimento uel dignitatis uel corporis uel rerum extra nos positarum. sapiens autem nihil perdere potest: *omnia in se reposuit*, nihil fortunae *credit*, *bona sua in solido habet contentus uirtute quae fortuitis non indiget*. Ideoque nec augeri nec minui potest. 2
nam et in summum perducta incrementi non habet locum et nihil eripit fortuna, nisi quod dedit, uirtutem autem non dat, ideo nec detrahit. Libera est, inuiolabilis, inmota, inconcussa. sic contra casus indurat, ut ne inclinari quidem, nedum uinci possit. Aduersus adparatus terribilium rectos oculos tenet, nihil ex uoltu mutat, siue illi dura siue secunda ostentantur. Itaque nihil perdet quod perire sensurus sit. Unius enim in possessione uirtutis est ex qua depelli numquam potest. ceteris precario utitur: quis autem iactura mouetur alieni? Quodsi in- 3

*ergo si iniuria sine malo nulla est, malum nisi turpe nullum est, turpe autem ad honestis occupatum perveni- re non potest: iniuria ad sapientem non pervenit* = A. BGVDE 𝔗 ... 𝔅o — *ergo si ... non potest.* omissa sunt propterea, quod in eadem verba *non potest* cadit hoc et superius enuntiatum. P2. 𝔗 ... 𝔅o + *iniuria ergo.* Rell. etiam Gr. ∾. B — *autem* post *sapiens.*

*diminutio* = BGVADE 𝔈1. ... 𝔊. 𝔗𝔅 = *dimminutio.* 𝔐 ... 𝔅o = *deminutio.* V = *in quem currit.*

*nec potest quisquam* = BGVAD E P2. 3. 4. Col. 𝔊ro ... 𝔅o. Scal. Tronc. = *neque potest quisquam.* Ort. = *non potest quidquam.* 𝔗 ... 𝔏4. = *nec potest aliquis.* V = *nihil quidem potest. omnia in se posuit.* P2. 𝔗 ... 𝔈2. = *in solidum habet.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

2. mG = *nec mutari potest.*

*nam et in summum* = GVADE (tres Gr.). Ort. = *nam et in supremum.* B𝔗 ... 𝔅o — *et.* P4. 𝔗 ... 𝔊 = *producta* (P4. = *productus* [?]). Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*habet* = BGVADE. 𝔗 ... 𝔅o = *habent.*

*et nihil* = BGVADE Gr. 𝔗 ... 𝔅o — *et.* P2. 𝔗 ... 𝔈2. — *inconcussa.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G + *sic qu tra contra.* G(s.m.) D(n.) E P4. + *sicque contra.* probat Grut.

*indurat* = B mGADE 𝔗 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o. mCol. addit *id est virum.* G — *indurat.* V = *induerat.* Pinci. m𝔊 𝔐 ... 𝔏4. = *indurata.* Pinci. m𝔊 etiam = *induruit.*

*ne inclinari quidem* = BGVADE. 𝔗 ... 𝔅o = *nec incl. q.* V = *nec-dum.* V = *ex vultu nutat.* D(cr.∾) = *sive illa dirra et blanda sive.* G Scal. Tronc. + *dura et blanda.* B = *dura et blanda sive secura.* DE Pall. Scal. Tronc. = *ostendantur.* G (s.m.) Ort. = *ostententur.* V = *ostendetur.* Rell. etiam Col. ∾. G D(cr.∾) E = *nihil perdit.* G(cr.∾) = *quam perire.* GD (cr.∾) E = *aliena.*

**iuria nihil laedere potest ex his quae propria sapientis sunt, quia uirtute sua salua sunt, iniuria sapienti non potest fieri. Megaram Demetrius ceperat cui cognomen Poliorcetes fuit. ab hoc Stilbon philosophus interrogatus num aliquid perdidisset, *Nihil,* inquit: *omnia mea mecum sunt.* Atqui et patrimonium eius in praedam cesserat et filias rapuerat hostis et patria in alienam ditionem peruenerat et ipsum rex circumfusus uictoris exercitus armis ex superiore loco rogitabat.**

**4 At ille uictoriam illi excussit et se urbe capta non inuictum tantum, sed indemnem esse testatus est: habebat enim uera secum bona in quae non est manus iniectio. At quae dissipata et direpta ferebantur non iudicabat sua, sed aduenticia et nutum fortunae sequentia:**

3. A = *nichil* [s *l*] *a e dere.* GD Scal. Tronc. = *quae propr i e.* P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *virtute su i.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. Lips. ci. + *virtute sua s a l v a salva sunt.* V = *iniuria p a- t ienti.*

*Megara m* = BGVADE P2. 3. Col. 𝔗 . . . 𝔊 𝔚1. 𝔑u 𝔅o. P 4. = *Me- g r am.* Ort. = *Meg e ram.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔊ro 𝔚2. = *Megar a.* BADE = *Poli h e r celes.* P3. = *Poli e r celes.* V (lit.) P2. 𝔈1. = *Poli c r a tes.* 𝔗𝔅 = *Po l y c r a tes.* G = *Pol i e r t i tes.* G (s.m.) = *Pol i e r t e tes.* P3. = *Po- li h e r t i tes.* P4. = *Pol i h e r tes.* Ort. = *Pol i o c e r tes.* BGVE = *a d hoc.*

*Stil b on* = BGVAmDE Gr. D = *Sti b b on.* 𝔗 . . . 𝔚o = *Stil p on.*

*num a l i q u id* = BG (lit.) VADE. 𝔗 . . . 𝔈1. = *nu n q u i d aliquid.* 𝔈2. . . . 𝔚o = *nu m q u i d* (*nu n quid.* 𝔏4. = *num q u i d*).

*omnia mea mecum sunt* = AD. BVmDE P3. 4. Col. Ort. Tronc. Rom. Scal. Anic. + *omnia e n i m mea m. s.* G + *omnia e n i m b o n a* [hoc n.] *mea mecum sunt.* 𝔗 . . . 𝔅o + *omnia n a m q u e mea m. s.* P2. + *omnia e r g o mea m. s.* D (cr. ∾) E = *in pred a cesserat.* sG = *et fili o s.*

*et patria in alienam ditionem p e r- venerat et ipsum rex circumfusus vi- ctoris exercitus armis ex superiore lo- co rogitabat. A t ille* = A (habet ta- men *c o n d i cionem*). Col. = ∾ *c o n- ditionem v e n e rat* ∾ *rogitabat. ille* om. *At.* Duo Brux. = ∾ *rogitabat. Ille* om. *At.* Ort. = ∾ *in alienam di- tionem v e n erat* ∾. 𝔊ro . . . 𝔅o = ∾ *v e n erat* ∾. *Ille* om. *At.* GD = *et patri a m m a l i* [hoc n.]. *At ille* rell. om. mD = *in alienam c o n d i- c tionem pervenerat. et ipsum rex cir- cumfus i s v i c t o r u m victoris exerci- tus armis ex superiore loco rogitabat.* E = *et patri a m m a l i. At ill i* („Sic. Num τὸ *mali* ortum a praepositione *in* et dimidia voce *alienam*, id est *in ali*–? Sane in ipso codice A linea desinit adamussim sic: *in ali*– et al- tera parte eiusdem vocis, id est –*e- nam* cum sequentibus verbis omissis in aliis codicibus usque ad *rogitabat* integra alia linea constat"). Ita Branca, cui assentior: nam alia quo- que apparent vestigia, ex quibus col- ligitur codicem A multorum ex no- stris esse avum vel abavum. B = *et patria ĩ a l i at ille.* Pinc. v. l. 𝔈 . . . 𝔏4. = *et patri a m. At ille* rell. om. P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *et patri a m v i o l a v e r a t. ille.* P3. = *et pa- triam v i o l a v e r a t ille victoriam ill a excussit.* P4. = *et patri a m v i o- l a v e r a t. At ille.* V — *patria* . . . § 4. *invictum tantum.*

4. G (cr. ∾) = *excussit n e urbe ca- pta.* G (cr. ∾) 𝔗 . . . 𝔈2. = *non v i- ctum.* P2. = *non v i n c tum.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *s e inde- mnem esse.*

*vera secum bona* = BVA. GDE 𝔗 . . . 𝔅o = *secum vera bona.*

*At quae dissipata* = BGVADE. 𝔗 . . . 𝔅o + *At e a quae d.* G — *et direpta.*

ideo ut non propria dilexerat. Omnium enim extrinsecus adfluentium lubrica et incerta possessio est. Cogita nunc an huic fur aut calumniator aut uicinus inpotens aut diues aliquis regnum orbae senectutis exercens facere iniuriam possit cui bellum et hostis et ille egregiam artem quassandarum urbium professus eripere nihil potuit. Inter micantes ubique gladios et militarem in rapina tumultum, inter flammas et sanguinem stragemque inpulsae ciuitatis, inter fragorem templorum super deos cadentium uni homini pax fuit. VI. Non est itaque quod audax iudices promissum cuius tibi, si parum fidei habeo, sponsorem dabo. Uix enim credis tantum firmitatis in hominem aut tantam animi magnitudinem cadere. sed si prodit in medium qui dicat: Non est quod dubites an adtollere se homo natus supra humana possit, an dolores, damna, ulcerationes, uolnera, magnos motus rerum circa se frementium securus adspiciat et dura placide ferat et secunda moderate, nec illis cedens nec his fretus unus idemque inter diuersa sit nec quicquam suum nisi se putet esse, eaque parte qua melior est. En adsum hoc uobis probaturus

*ut non propria* = BVA 𝔗𝔅. GD E 𝔈1. . . . 𝔅o = *non ut propria.* GV P2. 3. Col. 𝔗𝔅 = *e f fluentium.*

5. G ed. Commel. a. 1594. Fol. = *a u t huic fur.* 𝔈1. . . . 𝔊ro = *a n calumniator* contra mstos etiam Bong. Gr.

*aut vicinus i npotens* = BG(p.m.) V AD (s.m.) Boug. Pinc. v. l. P3. Ort. Tronc. Anic. Rom. Scal. alter Brux. 𝔐 𝔊ro 𝔅1. 2. 𝔅o. sA = *id est s u-p e r b u s.* G(s.m.) = *aut vicinus v i p o tens.* D(p.m.) E = *aut i n c u i u s impotens.* P2. 4. Col. 𝔈2. . . . 𝔊 𝔏. . . 𝔏4. 𝔑u = *aut vicinus p o t e ns.* 𝔗. . . 𝔈1. = *aut vicinus a u t p o tens.* D (m∾) — *regnum.* mA = *orbae s e-v e r i t a t i s.* B = *iniuriam facere.*

*et hostis e t ille* = BsGVADE Bong. G𝔗. . . 𝔅o — *et.* G = *c a s sanda-rum.* 𝔗𝔅 = *Inter n u t antes u s que gladios.* 𝔈1. 2. = *Inter n u t antes u-bique gl.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. Gr. ∾. D(cr.∾) = *Inter m e-d i t antes u. gl.* G = *et milita r e.*

*in rapin a* = BGVADE P3. Col. Ort. Tronc. Anic. 𝔏4. . . . 𝔅o. P2. 4. 𝔗. . . 𝔏 𝔍u = *in rapin a m.* V = *et sanguin u m.* G = *i n fragorem.* mD = *uni homini p a r u m fuit.*

Cap. VI.

Edd. ante 𝔑u cap. VI. incipiunt a verbis *Non est quod dubites.* Ad vocem *promissum* mA = *id est p r o-m i s s i o n e m m e a m* ⁖ . . *s a p i e n-t e m n o n p o s s e p a t i i n i u r i a m.* G(cr.∾) = *promis i b u s.* E = *pro-miss u.* Col. — *si* aute *parum.* B = *fidei a b eo.* Pinc. v. l. Rom. 𝔈𝔊 = *fidei hab e s.* BGVADE Gr. 𝔗. . . 𝔊 = *in homin e.* P2. 3. 𝔗. . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔅o = *an t o l lere.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G (cr. ∾) = *circa se fre-q u e n t ium.* G(cr.∾) = *secu m mo-derate.* G (cr. ∾) D (cr. ∾) = *c r e-dens.* B = *inter diversa f i t ne quic-quam.* G (cr. ∾) = *nec qui s quam.* V — *suum.*

*ea q u e parte.* Ita scribendum videbatur ex Senecae mente. BGVA DE Gr. = *q u o q u e ea parte.* G(s.m.) 𝔈1. . . . 𝔅1. 𝔅o = *ea q u o q u e parte.* De Particulis *que* et *quoque* inter se mutatis cf. Drkb. ad Liv. V, 27, 1. postquam autem in aliquod codici-

**sub isto tot ciuitatum euersore munimenta incussu arietis labefieri et turrium altitudinem cuniculis ac latentibus fossis repente desidere et aequaturum editissimas arces aggerem crescere: at nulla machinamenta posse reperiri quae bene fundatum animum agitent. Erepsi modo e ruinis domus et incendiis undique relucentibus flammas per sanguinem fugi. Filias meas quis casus habeat, an peior publico nescio. Solus et senior et hostilia circa me omnia uidens tamen integrum incolumemque esse censum meum profiteor: teneo, habeo quicquid mei habui. Non est quod me uictum uictoremque te credas: uicit fortuna tua fortunam meam. Caduca illa et dominum mutantia ubi sint nescio: quod ad res meas pertinet, mecum sunt, mecum erunt. Perdiderunt isti diuites patrimonia, libidinosi amores suos et magno pudoris inpendio dilecta scorta, ambitiosi curiam et fo-**

bus legebatur *quoque*, haec Particula praeter alteram aliis inserta mox eam expulit: hinc etiam apparet causa, cur *quoque* ante Pron. *ea* poni potuerit. 𝔗𝔅 𝔐u 𝔅2. = *ca quaque parte.*

2. *En adsum* = BGVAD (s. m.) Bong. Pinc. v. l. Col. Ort. P3. 4. Anic. Scal. Tronc. 𝔊ro ... 𝔅o. D (p. m.) E = *En adversum.* P2. 𝔗 ... 𝔈1. = *Tamen adsum* (*assum*). 𝔈2. ... 𝔊 = *tandem adsum.* 𝔐 ... 𝔏4. — *En.* V = *hec vobis.*

*incussu arietis* = G (s.m.) A Iur. 𝔊ro ... 𝔅o. mG *arielis* explicat per *machinarum.* B 𝔗 ... 𝔈1. = *incursu aeris.* VD(s.m.) 𝔈2. ... 𝔏4. = *incursu arietis.* D (p.m.) E = *incursu aries labefecit.* Apud G *labefieri* est in litura. Gr. = *incursu.* quidam Gr. = *aeris.* G = *ac labentibus.*

*desidere* = BAD (s.m.) Borg. Iur. GVD (p.m.) E 𝔗 ... 𝔅o = *residere.* mD = *subsidere.* D (cr. ∾) E = *equarum edissimas.* BG = *artes.* B = *ac nulla.* G = *bone fundatum.* D (m∾) E — *bene.* V = *Erepsi me e ruinis.* E = *Erepsimus domos. eruimus.* B = *Erepsi modo erimus.* m𝔈 1. = *Erepsimus domo.* G (cr ∾) D(cr. ∾) = *Erepsi modo domos. eruimus.* P2. = *Erepsi modo erumpnis domus.* P3. = *Erepta est modo e ruinis domus.* P4. = *Eripi modo domos, erui modo et incendiis.* 𝔗 ... 𝔈2. = *Eripimus aerumnis domos.* Germ. ci. Agric. m𝔈2. = *Eripui me nudum domo.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. Col. Ort. ∾. D(cr. ∾) E = *et incensus undique.* 𝔈2. ... 𝔏 𝔍u + *per flammas* contra mstos etiam Gr. Iur.

*quis casus* = BGVADE (E = *cusus*). 𝔗 ... 𝔅o = *qui casus.* sG = *et sentior.* V — *et* ante *hostilia.* G = *omnia videtis tantum* [D (cr. ∾) E =] *integre censum meum incolumemque* om. *esse.* V = *censum meum integrum incolumemque* om. *esse.* A = *incolumenque.* 𝔐 + *teneo habeoque* (hoc laudat Grut. ex ed. Rom., sed Par. et Com. ∾) contra mstos etiam Gr.

3. *victoremque* = BGVAE Gr. 𝔗𝔅 𝔊ro ... 𝔅o. D 𝔈1. ... 𝔏4. — *que.* E — *te.* G(m∾) = *et demum mutantia.* P2. Ort. 𝔗𝔅 = *et dominium mutantia.* D = *et dominum imitantia.* mD = *dominam.* VD (cr. ∾) E = *ubi sunt.* V = *que ad res meas pertinent.* G = *pertinet necesse* [m∾] *sunt mei* [lit.] *erunt.* V = *mecum sunt erunt* om. *mecum.* D (cr. ∾) E = *pertinet necesse sunt inesse erunt.* B = *et magni pudoris impendio.* Col. = *et magna pu-*

rum et loca exercendis in publico uitiis destinata. feneratores 4
perdiderunt tabellas quibus auaritia falso laeta diuitias imaginatur: ego quidem omnia integra inlibataque habeo. Proinde istos interroga qui flent, qui lamentantur, strictis gladiis nuda pro pecunia corpora opponunt, qui hostem onerato sinu fugiunt.
Ergo ita habes, Serene, perfectum illum uirum humanis diui- 5
nisque uirtutibus plenum nihil perdere. Bona eius solidis et inexsuperabilibus munimentis praecincta sunt. Non Babylonios illi muros contuleris quos Alexander intrauit, non Carthaginis aut Numantiae moenia una manu capta, non Capitolium arcemue: habent ista hostile uestigium. Illa quae sapientem tuentur et a flamma et ab incursu tuta sunt: nullum introitum praebent excelsa, inexpugnabilia, dis aequa. VII. Non est quod dicas, ita ut soles, hunc sapientem nostrum nusquam inueniri. Non fingimus istud humani ingenii uanum decus nec ingentem imaginem falsae rei concipimus, sed qualem confirmamus exhibuimus et exhibebimus, raro forsitan magnisque aetatum

*doris impendia.* Ort. = *exercendis publice vitiis.* G = *vitiis destituta.*

4. *tabellas quibus* = BGVADE. 𝔗...𝔚o + *tabellas suas quibus.* E = *divina imaginatur.* G(s∾) = *imaginarunt.* G = *eo quidem omnia* [E =] *integre* (sG ∾). V — *integra.* BG(s∾) = *illibata* om. *que.* D (m∾) E — *corpora.* E = *onerato suum fugiunt.*

5. *Ergo ita habes, Serene* = AD (s.m.) Col. Grutero non valde displicet. BGV P2. Ort. 𝔗𝔚 = *Erga ista habes Serene.* P4. Anic. Scal. Tronc. Germ. = *Ergo ista habes S.* P3. = *Ergo ista habes perfectum serenum illum virum.* D(p.m.) E 𝔈1. ...𝔚o = *Ergo ita habe Serene.* V *Bonis etiam solidis.* D = *solidisque* [n.] *et insuperabilibus* [cr.∾] *monumentis.* BG(s∾) A = ∾ *monimentis.* P2. 𝔗𝔚 = *munimentis praecisa sunt.* VP3. = *praecinctis* om. *sunt.* G = *Nam Babilonios.* 𝔗... 𝔏𝔍u = *Non Babylonis* contra mstos etiam Gr. Rom. Scal. G = *Carstaginis.* Lips. ci. = *pavent ista hostile.* sed ipse retractavit. Pinc. ci. = *patent ista hostili vestigio.* Bong. = *parent ista hostili vestigio.* G P4. = *hostile fastigiumque.* VD (cr. ∾) E Ort. = *hostile fastigium.* non improbat Grut. mG = *fastidiumque.* A (m∾) = *hostile fastidium.* P2. + *Habent ista non hostile vestigium vel fastigium.* 𝔗𝔚 + *habent ista: non hostile vestigium vel illa quae.* 𝔈1. + *non hostile vest.*

*et a flamma* = VA Col. Ort. P2. BG P3. 4. = *et flamma* om. *a.* D (cr.∾) = *tuerentur* om. *et a flamma.* E = *tuerentur et flamma* om. *a.* 𝔗...𝔚o = *a flamma* om. *et.* GVE + *et inexpugnabilia.* D = *et inexpugnabila.* Col. = *nulli interitum praebent.* 𝔗...𝔈2. + *habent nec praebent.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

Cap. VII.

BGVAD Gr. Anic. Scal. 𝔗𝔚 = *ista ut soles.* E = *sapientem virum.* V — *nostrum.* E = *invenire.* V = *non fingamus.* D (cr. ∾) = *non fugimus.* D(cr.∾) E = *falsae regi.* 𝔗𝔚 = *falsae virtuti.* 𝔈1....𝔊 = *falsae virtutis.* G(n.) + *et exhibuimus.* A (s∾) — *et* ante *exhibebimus.* V Ort. = *Raro namque.* P2. = *Raro si forsan.* Bong. Iur. = *aetatium.* Rell. ∾.

interuallis unum: neque enim magna et excedentia solitum
ac uolgarem modum crebro gignuntur. ceterum hic ipse M.
Cato a cuius mentione haec disputatio processit uereor ne supra
2 nostrum exemplar sit. Denique ualidius debet esse quod laedit eo
quod laeditur. non est autem fortior nequitia uirtute: non potest
ergo laedi sapiens. Iniuria in bonos nisi a malis non temptatur.
bonis inter se pax est: mali tam bonis perniciosi quam inter se.
Quodsi laedi nisi infirmior non potest, malus autem bono infir-
mior est, nec iniuria bonis nisi a dispari uerenda est: iniuria
in sapientem uirum non cadit. Illud enim iam non es admonen-
3 dus neminem bonum esse nisi sapientem. Si iniuste, inquit,
Socrates damnatus est, iniuriam accepit. Hoc loco intellegere
nos oportet posse euenire, ut faciat aliquis iniuriam mihi et ego
non accipiam, tamquam si quis rem quam e uilla mea subripuit
in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim.
Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit. Si quis cum
uxore sua tamquam aliena concumbat, adulter erit, quamuis

*unum* = A Col. B = *intervallis īnuūt.* P2. = *intervallis minuitur.* GVDE 𝔗...𝔅o = *intervallis invenitur.* B = *magna et incendia.* D(cr. ∾) E = *magna et extendentia.* GD(m∾) E — *Cato.* G(m∾) D(cr. ∾) E = *a cuius intentione.* Ort. = *super nostrum.* V = *supra vestrum.* Col. = *exemplum.*

2. D(s∾) = *Deinde validius.* A (cr. ∾) = *validus.* GDE = *nequitia fortior.*

*nisi a malis non templatur* = BGV ADE P2. 3. 4. Col. 𝔊ro...𝔅o. Ort. = *sapiens iniuria; et boni nisi a malis non tentantur.* 𝔗...𝔏4. = *non tentatur nisi a malis.*

*mali tam bonis perniciosi quam inter se* = GADE P4. Col. 𝔊ro...𝔅o. B = ∾ *cum inter se.* V + ∾ *quam inter se sunt.* P2. = *mali tamen bonis perniciosi, quam mali inter se.* 𝔗...𝔈2. + *Mali tam bonis perniciosi sunt quam mali inter se.* Pinc. v. l. P3. Ort. Tronc. Scal. Auic. Germ. 𝔈𝔊 + *Mali tam bonis perniciosi sunt quam inter se.* probat Steph. (Prood. II, 2.) et dicit aut haec retinenda esse aut tollenda etiam *bonis inter se pax est.* 𝔐...𝔏4. — *mali ... inter se.* BG = *laedi natura infirmior.* D(cr. ∾) E = *natura firmior.* 𝔗...𝔈2. — *malus autem bono infirmior est.* Pinc. v. l. 𝔈𝔊 = *malus autem infirmior bono* om. *est.* V = *malus autem infirmior est bono.* G (cr. ∾) = *nec iniuria hominis.* Ort. = *nisi a disparibus verenda est.* GV D (m∾) E Pinc. v. l. P3. 𝔈...𝔐 (Par. Com. ∾) = *a dispari inferenda est.* G (cr. ∾) = *iam nos admonendus.* D(m∾) — *neminem.*

3. 𝔗...𝔏𝔍u = *Sed iniuste contra* mstos.

*inquit* = BGVA. DE 𝔗...𝔅o = *inquis.* B = *Socrotes.* D(m∾) E — *est* post *damnatus.* E = *accipit.* BG = *Hoc intelligere loco* (G p.m. — *Hoc*). BG = *ut aliquis faciat.*

*rem quam e villa* = AD (s.m.) Col. 𝔊ro ... 𝔅o. BGD (p.m.) E Pinc. v. l. Pall. 𝔈...𝔏4. = *rem cum e villa.* Ort. = *cum rem e villa.* V = *rem e villa mea cum.* 𝔗𝔅 = *rem si quis e villa.* 𝔈1. = *rem cum villa.* 𝔈2. = *rem cum in villa.* D (m∾) E — *mea.* V = *ille furtum fecit.* E + *furtum quod fecerit.* V = *ego nihil perdidi.* P2. (?) 𝔗...𝔏4. — *sua* post *uxore* contra mstos etiam Ort. Iur. (𝔅1. = *uxore suo*). VD P2. = *concubat.* Ort. = *concubuit.*

illa adultera non sit. Aliquis mihi uenenum dedit, sed uim suam 4
remixtam cibo perdidit: uenenum illud dando sceleri se obligauit,
etiam si non nocuit. Non minus latro est cuius telum opposita ueste
elusum est. Omnia scelera etiam ante effectum operis, quantum
culpae satis est, perfecta sunt. Quaedam eius condicionis sunt
et hac uice copulantur, ut alterum sine altero esse possit, alterum
sine altero non possit. Quod dico conabor facere manifestum. 5
Possum pedes mouere, ut non curram: currere non possum, ut
pedes non mouearn. possum, quamuis in aqua sim, non natare:
si nato, non possum in aqua non esse. Ex hac sorte et hoc est
de quo agitur. si iniuriam accepi, necesse est factam esse. si
est facta, non est necesse accepisse me. Multa enim incidere
possunt quae submoueant iniuriam. Ut intentata manu deicere
aliquis casus potest et emissa tela declinare, ita iniurias qualescumque potest aliqua res repellere et in medio intercipere, ut
et factae sint nec acceptae. VIII. Praeterea iustitia nihil iniustum pati potest, quia non coeunt contraria. iniuria autem
non potest fieri nisi iniuste: ergo sapienti iniuria non potest

4. G = *venenum mihi.*

*remixtam* = GADE P3. 4. 𝔗𝔚. BV = *remistam.* P2. = *remixta.* Ort. = *reiecto cibo.* quod non malum putat Grut. 𝔈1. . . . 𝔚o = *remixtum.* G (cr. ∾) = *cito perdidit.* D + *venenum etiam.* G (cr. ∾) = *dandi.*

menta metuens sua quorum modo copia, modo inopia rumpitur, anxiae sollicitaeque tutelae, precarii spiritus et male haerentis qua, parum repentinum cum audit et ex inprouiso, sonus auribus grauis excutit, soli semper sibi nutrimentum uitiosum et inutile. Miramur in hoc mortem quae unius singulis opus est? 3
Numquid enim, ut concidat, magni res molimenti est? Odor illi saporque et lassitudo et uigilia et humor et cibus et sine quibus uiuere non potest mortifera sunt. Quocumque se mouit statim infirmitatis suae conscium, non omne coelum ferens,

*situ et otio iturum in ocium in tabem.* D + *situ et otio iturum in otium et in tabem.* P2.4. = *situ et otio iturum in otium in tabe.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 47.) = *situ et otio interiturum alimenta intuens sua.* mD quidam codd. Pinc. + *et semper alimenta.*

*modo copia, modo inopia rumpitur.* Haec verba si scripsit Seneca, hoc ordine videtur scripsisse. A = *modum in inopia rumpitur*, ut appareat vitium latere in syllabis *um in:* accedit, quod ex similibus prius saepius omittitur quam alterum. BG = *modum inopia rumpitur.* Vg P4. = *modus inopia rumpitur.* D = *quorum inopia modus rumpitur.* Col. = *modis et inopia rumpitur.* P2. = *modus inopia rupit.* P3. = *quorum modus etiam inopia rumpitur.* 𝔗 . . . 𝔊 = *modum inopia rumpit.* Pinc. ci. = *et semper alimenta metuens sua, quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur.* 𝔐 . . . 𝔅o = *quorum modo inopia, modo copia rumpitur.* D (m∾) = *solitaeque tutelae.* A = *praecare spiritus.* VP2. codd. Lips. 𝔗 . . . 𝔊 = *et male inhaerentis.*

*qua, parum repentinum cum audit et ex inproviso, sonus auribus gravis excutit.* Ita restituendus videtur locus corruptissimus, dum alius meliora invenerit. BA 𝔗 . . . 𝔏4. = *qua parum repentinum audiet et improviso sonus auribus gravis excutit.* GP3. = *quae parum repentinum audiet et improviso sonus auribus gravis excutit.* V = *quem parum repentinum audiet et ex improviso auribus sonus gravis excutit.* D P2. 4. = *quam parum repentinum audiet ex improviso sonus auribus gravis excutit.* g = *quem parum repentinum audiet et improviso aurilus sonus gravis excutit.* Col. = *qui parum repentinum audiet ex improviso sonus auribus excutit.* Cod. Lips. = *quam parum repentinum auditum ex impr.* Lips. ci. = *quem pavor repentinus aut item ex improviso sonus.* Gron. ci. 𝔊ro . . . 𝔅o = *quem pavor repentinus adiectusve ex improviso sonus auribus gravis excutit.* quae vix possunt latere in codicum scripturis. De *parum* Particulae vi minus usitata cf. Ep. 116, 6. *dolebimus, sed parum. concupiscemus, sed temperate.* G = *sibi olim sibi semper.* g + *nutrimentum quaerens.* BGA = *et inutili.*

3. V + *Miramur et.*

*mortem quae unius singulis opus est* = VAg (A = *singulius*). B = *morte quē unius singulis opus est.* G = *mortem quam unius singularis* [cr. *singulis*] *opus est.* D = *mortem quae singulis opus est* om. *unius.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *mortem unius quae singulis opus est.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *mortem unius qua singulis opus est.* V + *ut concidat iste.* P2. + *iste ut concidat.*

*magni res* = Ag. BGVD 𝔗 . . . 𝔅o = *res magni.* P3. = *molumenti est.* V P2. (m∾) 𝔗𝔅 = *emolumenti est.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *momenti est.* Rell. etiam Col. P4. ∾. V = *sapor et* om. *que.*

*se movit statim infirmitatis suae* = BGVAD (G p.m. = *statum*). g = *te movit* ∾. 𝔗 . . . 𝔅o = *se movet infirmitatis suae statim.* g = *conscius.* G = *conscium ut esse telum.*

**aquarum nouitatibus flatuque non familiaris aurae et tenuissimis causis atque offensionibus morbidum, putre, causarium, fletu uitam auspicatum: cum interim quantos tumultus hoc tam contemptum animal mouet? in quantas cogitationes oblitum condicionis suae uenit? Inmortalia, aeterna uolutat animo et in nepotes pronepotesque disponit, cum interim longa conantem eum mors opprimit. et hoc quod senectus uocatur pauci sunt circuitus annorum. XII. Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est, utrum sua spectat incommoda an eius qui decessit? Utrum te amisso filio mouet, quod nullas ex illo uoluptates cepisses, an quod maiores, si diutius uixisset, percipere potuisti? Si nullas percepisse te dixeris, tolerabilius efficies detrimentum tuum:**

flatuque non familiaris aurae = 𝔈2. . . . 𝔅o. A (p.m.) = flatuque non familiaris aura. A(s.m.) BGVDg Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. = flatuque non familiari aura. V + et non tenuissimis. G — causis.

putre, causarium, fletu vitam = Bong. ex Cui. cii. Grut. Lips. 𝔊ro . . . 𝔅o. BA = putre causarum fletu vitam. Col. = putra [?], causarum, fletu vitam. G P3. = putre causarum flatu vitam. V = putre casurum flatu vitam. P2 = putre casurum flatu vita. D = putrem al' [hoc n.] causarumque vitam. g = putre causarumque flatu vitam amittit. Tum interim quantos. P4. = putre casurum fletu [= mm𝔈1, 2.] vitam auspicavit (s∾). 𝔗 . . . 𝔈2. = putre causaque fletus vitam. Pinc. ci. 𝔖 . . . 𝔏4. = putre, cassum, a fletu vitam. mA = auspicatum id est cum auspicio nactum. D(m∾) P4. 𝔈2. . . . 𝔊 = ceterum quantos tumultus. 𝔈1. = caeteram q. t. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. BG = concep tum animal. A = animali. g = contemptum alias. VDg = in quantam cogitationum solicitudinem. mG + in quantas solicitudine cogitationes. g = oblitus suae conditionis. G(s∾) = oblitum proditionis. V = suae conditionis. D = conditionis suae venit oblitum. Vg P2. + et aeterna. G = volitant animo. g = voluptat animo. D (m∾) — in ante nepotes. G (cr. ∾) = longam cervicem eum mors. g = et hoc que senectus vocatur. A = paucissimo circuitus annor (s um). B = paucissim circuitus annorum. G = senectus vocatur potissimi vocatur [haec n.] potissimi circuitus annorum. V = paucissimi sunt circuitus annorum. D = paucissimi sit circuitus annorum. Bong. = paucissimo circuitu annorum.

Cap. XII.

Dolor tuus, si modo ulla illi ratio est = AD. B = Dolor tuus si m9 ulla illi ratio est. G = Dolor tuus si modo ulla tibi ratio om. est. V = Dolor tuus o Martia [Pall. =] si modo ulla tibi ratio est. g = Dolor tuus o Marcia si modo illi ulla ratio om. est. 𝔗 . . . 𝔈2. = Dolor tuus o Martia si modo tibi ulla ratio est. 𝔖 . . . 𝔅o = Dolor tuus, o Marcia, [ex. Fac. et Prim. Col. =] si modo illi ulla ratio est. G — sua ante spectat. g = spectet. B = an vis decessit. A = anius decessit. G(s∾) = anius qui decessit. D = an huius qui decessit. V 𝔗 . . . 𝔅o ∾.

Utrum te amisso filio movet = BG VA Scal. Rom. 𝔗 . . . 𝔊. D = Utrum te inmisso filio movet. g(s.m.) = Utrum te amissio filii movet. 𝔐 . . . 𝔅o = Utrumne amisso filio movet. G = voluntates.

cepisses = BGVADg. 𝔈2. . . . 𝔅o = cepisti. 𝔗𝔈1. = coepisset. 𝔅 = coepisses. g = percipere potuisses. Rell. ∾.

percepisse te = VA. BGDg 𝔗 . . .

minus enim homines desiderant ea ex quibus nihil gaudii laeti-
tiaeque perceperant. Si confessa fueris percepisse magnas uo-
luptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed
de eo gratias agere quod collegisti. Prouenerunt enim satis 2
magni fructus laborum tuorum ex ipsa educatione: nisi forte hi
qui catulos auesque et friuola animorum oblectamenta summa
diligentia nutriunt fruuntur aliqua uoluptate ex uisu tactuque et
blanda adulatione mutorum, liberos nutrientibus non fructus
educationis ipsa educatio est. Licet itaque nil tibi industria eius
contulerit, nihil diligentia custodierit, nihil prudentia suaserit:
ipsum quod habuisti, quod amasti, fructus est. At potuit lon-
gior esse, maior. Melius tamen tecum actum est quam si 3
omnino non contigisset, quoniam si ponatur electio utrum satius
sit non diu felicem esse an numquam, melius est discessura

𝔅o = *te percepisse.* G (cr. ∾) = *homines desiderint ex quibus.* V — *laetitiaeque.*

*perceperant* = BGAD 𝔗 ... 𝔐. Vg 𝔈 ... 𝔅o = *perceperunt.* Vg = *magnas percepisse.* g (m∾ ead. m.) — *quod detractum est queri, sed de eo.* g + *mamas* [an *mãmas* i. e. *maximas*?] *gratias.* D + *magnas gratias.* A = *de eo quod gratias agere quod colligit.* Col. = *quod colligit.* VD(m∾) g Pinc. v. l. = *quod cepisti.* Rell. etiam Pall. ∾.

2. *Provenerunt enim* = BG Pinc. v. l. Col. 𝔊 ... 𝔅o. VADg P2. 3. 𝔗 ... 𝔈2. = *Pervenerunt enim.* P4. = *Pervenit enim satis magnus fructus.* G = *ex ipsas educationes* [haec cr. ∾] *si forte.* A = *ex ipsa educat nisi f.* B = *ex ipsa educati om̃s nisi f.* G = *avesque ex frivola.* V = *frivola eorum oblectamenta.* G = *oblectamenta sine diligentia.* GV Pall. 𝔗𝔅 + *et fruuntur.* g + *fruunturque.* G = *aliqua orbitate.* B = *ex visu iactuque.* A (cr. ∾) = *ex sui actuque.* sG + *non nutrientibus.* g + *liberos vero nutrientibus.*

Olim scribere institueram: *non fructus educati, ipsa educatio est*, ut 'Ανακόλουθον esset. Nam BA = *non fructus educat ipsa* [in A videtur prius fuisse *ipsae*] *educatio est.* G = *non fructus educat ipsa educatio* [s *est*]. *Licet.* Quaedam exx. Pinc. = *non fructus educat ipsa educatio.* Vg P2. + *non fructus educati sed ipsa educatio fructus est.* En, habes coniecturam nostram explicatam. Bong. = *non fructus ipsa educatio est.* D = *nutrientibus ipsa educatione fructus acquiruntur. licet.* P3. = *non fructus educatio, ipsa educatio est.* P4. = *non fructus educatu, ipsa educatio fructus est.* Col. = *non fructus educitur ipsa educatione.* 𝔗 ... 𝔊 𝔅2. = *non ipsa fructus educatione acquiritur. Licet.* quae sic in plerisque codd. Pinc. legi male asseverat Exterus a Grutero deceptus. mD 𝔐 ... 𝔑u 𝔅o ∾.

*nil tibi* = BDAD. Vg Bong. = *nihil tibi.* 𝔗 ... 𝔅o = *tibi nihil.* 𝔗𝔅 = *licet nil diligentia.* 𝔈1. 2. + *licet nihil dil.* contra mstos etiam Pinc. Gr. B — *nihil diligentia custodierit.*

*nihil prudentia suaserit.* Ita scripsi ex divinatione. BGVADg Gr. 𝔗 ... 𝔊1. = *nihil* [D = *nil*] *prudentia sua. ipsum.* 𝔊2. ... 𝔊 = *nihil prudentia quaesierit sua.* 𝔐 ... 𝔅o = *nihil prudentia quaesierit.* g = *ac potuit.*

*longior esse, maior* = BA Col. G g Pall. 𝔗 ... 𝔊 + *longior esse, non maior.* G(s.m.) V ex. Fac. et Prim. + *longior esse maiorque.* 𝔐 ... 𝔅o + *longior esse et maior.*

3. A — *non ante contigisset.* G = *quam si ponatur.* Vg = *esse felicem.* g = *aut nunquam.* BG — *est* post

**nobis bona quam nulla contingere. Utrumne malles degenerem aliquem et numerum tantum nomenque filii expleturum habuisse an tantae indolis quantae tuus fuit? Iuuenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, ci-**
**4 to sacerdos, omnia tamquam praepropera. Nulli fere magna bona et diuturna contingunt. non durat nec ad ultimum exit nisi lenta felicitas. Filium tibi di inmortales non diu daturi statim talem dederunt qualis diu effici potest. Ne illud quidem dicere potes electam te a dis cui frui non liceret filio. Circuice per omnem notorum, ignotorum frequentiam oculos: occurrent**

*melius.* B = *dicessura.* G = *discesserat vobis bona quam nunquam contingere.* BG = *degenere aliquem.*

*an tantae indolis* = VD (s.m.) g 𝔗 ... 𝔚o. A (p.m.) = *ante indolis.* A(s.m.) BG — *an.* D(p.m.) = *ante tantae indolis.* A = *quanta et vis fuit.*

*Iuvenis cito prudens, cito pius, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos, omnia tamquam praepropera.* Ita fere codd. A = ∾ *cito sacer; do omnia tamquam praepropera.* B = *Iuvenis cito prudens, cito maritus cito pater cito omnis officii curiosus cito sacer do io omnia tamquam praepropera.* G = ∾ *cito omnis affectio curiosus cito sacer do omnia tanquam prospera* (cr. *propera*). V = ∾ *cito socer. do omnia tanquam propria.* D = ∾ *cito sacer ad* [m *al. sacerdos al. socer*] *omnia tanquam propria.* P2. = *Iuvenis cito prudens, post cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos omnia tanquam prospera.* P3. = *cito pius cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacer do omnia. tanquam prospera.* P4. = ∾ *cito sacerdos.* de extremis nil proditur. Col. = *cito pius, cito maritus, cito omnis officii curiosus, cito sacer. do omnia* [m *dominia*] *propria.* 𝔗 ... 𝔈2. = *Iuvenis cito prudens, cito maritus, cito pater, cito omnis officii curiosus, cito sacerdos, omnia tanquam prospera.* 𝔈𝔊 = ∾ *cito sacerdos,* [ci. Pinc. =] *omnia tam praepropera.* 𝔐 = ∾ *cito pater, cito curio* [= ci. Lips. Electt. I, 10.], *cito sacerdos, omnia tam propera.* 𝔏 ... 𝔚o = ∾ *omnia tam propera.* Bong. voluit *omnia propera.*

4. *Nulli fere magna bona* = GVA g. sGBD 𝔈1. ... 𝔚o + *et magna.* Scal. + *Nulli fere propera et magna bona.* 𝔗𝔅 = *Nulli referta et magna bona.* G Scal. = *nec ad ultimum hesit nisi.* Vg = *nec ad ultimum venit nisi.* 𝔗𝔅 = *exit verbi lenta.* g = *duraturum statim.* 𝔗 ... 𝔈2. = *non diu dant. statim tibi talem.* Pinc. v. l. 𝔈𝔊 + *statim tibi talem.* G (n.) + *daturi et statim.* Vg = *Nec illud quidem.* 𝔗 ... 𝔈 = *Ne dicere illud quidem.* 𝔊 = *Nec dicere illud quidem.* B 𝔈1. = *eiectam te a diis.* P4. = *eiectam te diis.* D = *eiectum* [m *electam al. eiectam*] *te a diis.* G = *eiectante* [= 𝔗𝔅] *a diis cui fovi non l.* Vg = *abiectam te a diis.* Ex. Fac. et Prim. = *abiectam te a diis, cum frui non licuerit.*

*Circuice per omnem notorum, ignotorum frequentiam oculos.* Ita de coniectura scribere non dubitavi. A Bong. = *Circui per omnem notorum ignotorum frequentiam oculos.* BDg Col. P3. 4. = *Circui per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculos.* G = *Circui per omnem notarum et ingnotatum frequentiam oculos.* V 𝔗𝔅 = *Circue per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculos.* P2. = *Circue per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculorum.* 𝔈1. ... 𝔐 = *Circumfer per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculos.* 𝔏 ... 𝔚o = *Circui*

tibi passi ubique maiora. Senserunt ista magni duces, sense-
runt principes. ne deos quidem fabulae inmunes reliquerunt,
puto, ut nostrorum funerum leuamentum esset etiam diuina con-
cidere. Circumspice, inquam, omnis: nullam miseram nomi- 5
nabis domum quae non inueniat in miseriore solatium. Non
mehercules tam male de moribus tuis sentio, ut putem posse te
leuius pati casum tuum, si tibi ingentem lugentium numerum
produxero: maliuoli solatii genus est turba miserorum. Quos-
dam tamen referam, non ut scias hoc solere hominibus accide-
re. ridiculum est enim mortalitatis exempla colligere. sed ut
scias fuisse multos qui lenirent aspera placide ferendo. A feli-
cissimo incipiam. L. Sulla filium amisit: nec ea res aut mali- 6
tiam eius et acerrimam uirtutem in hostes ciuesque contudit aut
effecit, ut cognomen illud usurpasse saluo uideretur quod amisso
filio adsumpsit. nec odia hominum ueritus quorum malo illae
nimis secundae res constant nec inuidiam deorum quorum illud

*per omnem notorum et ignotorum frequentiam oculis.* G = *occurrere.*

*passi ubique maiora* = Ag Col. Pall. ci. Grut. (Suspicc. XII, 17.) 𝔊ro ... 𝔚o. BD Bong. Pinc. v. l. = *passim ubique maiora.* G = *possim ubique maiora.* V = *tibi passim que* [hoc in lit.] *maiora senserunt.* 𝔗𝔚 = *occurrent passim ubique quae maiora senserunt.* 𝔈1. = *occurrent passim. ubique maiora senserunt.* 𝔈2. = *occurrent passim. ubique qui maiora senserunt.* 𝔖𝔊 = *occurrent passim tibi maiora.* 𝔐 ... 𝔏 𝔍u = *occurrent tibi ubique maiora.* 𝔏4. = *tibi ubique passi maiora.* Fortasse scribendum: *tibi passi utique maiora.* G (m∾) — *duces.* BD(m∾) 𝔗 ... 𝔈2. = *magni iudices.* A (cr. ∾ p.m.) = *dulces.* Vg Pinc. v. l. ∾. Vg + *et principes.* Vg = *nec deos q.* Bg = *relinquerunt.* G = *lavamentum.* V = *et divina.*

5. D = *Circumspice itaque.*

*omnis* = B. G + *omnis turba.* Vg 𝔗 ... 𝔚o = *omnes.* AD n. l.

*nullam miseram* = BGVADg P2. Col. 𝔗 ... 𝔊. P3. 4. = *nullam miseriam.* 𝔐 ... 𝔚o + *nullam tam miseram* (𝔚2. = [*tam*]).

*mehercules* = BGVg. 𝔗 ... 𝔚o = *mehercule.* AD n. l. sed vid. ad XIII, 2. V = *ut putem levius ferre* om. *posse.* V = *ut putem te posse levius ferre.*

*lugentium numerum* = VAg. BG D 𝔗 ... 𝔚o = *numerum lug.* (𝔗𝔚 = *lugientium*). G (cr. ∾) = *seduxero.* A = *solacium.* g = *turbã miserorum.* G = *Quosdam tantum.* B = *ut non scias hoc.* G = *hoc solite.* V = *sed ut scias esse multos.*

*qui lenirent* = BG(s.m.) AD(s.m.) Gr. D(p.m.) = *qui lenirentur.* G (p.m.) = *qui venirent.* Vg 𝔗 ... 𝔚o = *qui lenierunt.*

*placide ferendo* = BGVADg. 𝔗 ... 𝔚o = *ferendo placido.* D (cr. ∾) = *At felicissimo.* g + *incipiam loqui.*

6. G = *Cum Silla.* V = *Lu. Sylla.* P2. = *incipiam Lucio Sylla.* D + *filium suum.* P3. (s.m.) ci. Lips. 𝔊ro ... 𝔚o = *aut militiam.* Rell. etiam Gr. ∾. P2. = *aut acerrimam.* D + *virtutem eius.* BG (cr. ∾) V Pall. 𝔗𝔚𝔊 = *contulit.* Col. = *concudit.* A (s∾) = *aut efficit.* g = *aut efficiet.* G = *hominum virtus.*

*quorum malo illae nimis secundae res constant.* Ita scripsi codices imitatus, quoad fieri potuit. A Pinc. v. l. Col. = *quorum male illo nimis secundae res constant.* BG P3. 𝔗𝔚 =

**crimen erat Sulla tam felix. Sed istud inter res nondum indicatas abeat qualis Sulla fuerit: etiam inimici fatebuntur bene illum arma sumpsisse, bene posuisse. hoc de quo agitur constabit, non esse maximum malum quod etiam ad felicissimos peruenit. XIII. Ne nimis admiretur Graecia illum patrem qui in ipso sacrificio nuntiata filii morte tibicinem tantum tacere iussit et coronam capiti detraxit, cetera rite perfecit, Puluillus effecit pontifex cui postem tenenti et Capitolium dedicanti mors filii nuntiata est: quam ille exaudisse dissimulauit et sollemnia uerba concepit gemitu non interrumpente precationem et ad filii sui nomen Ioue propitiato. Putasses eius luctus aliquem finem esse debere cuius primus dies, primus inpetus ab altaribus publi-**
**2 cis et fausta nuncupatione non abduxit patrem. Dignus meher-**

*quorum illos male nimis secundae res constant* (G = *constat*). V = *quorum male illos nimis scelere* [m *sedere*] *res constant.* g = *quorum male* [cr. *e malo*] *ille* [cr. *illo*] *nimis secundae res constant.* D = *quibus male* [m *quorum malo*] *nimis secunde res constant.* P2. = *quorum illos* [s *illo*] *male nimis sedere res constat.* P4. = *quorum illos male nimis secundum* [m *secundae*] *res constant.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *quibus male nimis secundae res constant.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔅o = *quorum malis illius nimis secundae res constabant.* D = *invidia.* G = *Si istud inter.*

*abeat* = AD(s.m.) Bong. ex Cui. P4. Iur. D (p.m.) = *habeat.* P3. = *eat.* G (p.m.) = *habeantur.* BG(s.m.) Vg Col. P2. 𝔗 . . . 𝔅o = *habeatur.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *et inimici.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *at inimici.* G(cr. ∾) = *constabitur.* A = *etiam ad fectissimos pervenit.* g = *ad perfectissimos pervenit.*

Cap. XIII.

G 𝔗 . . . 𝔏𝔍u = *Nec nimis.* V = *Graecia admiretur.* g = *admiratur.* A (s∾) g — *tantum* ante *facere.* BG D(m∾) P3. Col. — *iussit.*

*Pulvillus effecit* = BAD Col. P3. 4. Brux. 𝔏4. . . . 𝔅o. Branca putat hoc ortum esse ex *haec fecit.* G = *Pulus effecit.* V 𝔗 . . . 𝔏𝔍u = *Pulvillus hoc fecit.* gP2. = *Pulvillus effectus.* P2. = *potestatem tenenti.* Vg = *quam ille audisse.*

*dissimulavit et sollemnia verba concepit.* Ita fere scripsisse videtur Seneca. BA = *dissimulare* [ortum ex *dissimulav̄* vel *dissimulav'*] *et sollemnia pontificia* [B = *pontifica*] *carmina* [sAB = *carmini*] *verba concepit.* Col. + *et sollemnia pontificia carmini verba concepit* (quomodo hic et rell. Gr. superiora conceperint, non constat). D + *dissimulavit et sollemnia pontificali carmine verba concepit.* Vg = *dissimulans* [ex. Fac. et Prim. =] *sollemnia Pontifica* [mG =] *perfecit* (g = *soll. pontificia peregit*). G = *dissimulans et sollemnia pontifica carmini verba concepit.* 𝔗 . . . 𝔅o = *dissimulans* [P2. 4. =] *et sollemnia pontificalis carminis verba concepit.* P3. + *et solemnia Pontificalium verba concepit.* Ut explicarentur *sollemnia verba* adiecta sunt *pontificia carmina:* haec deinceps mutata et ceteris accommodata. Etiam La Grange omisit voces *pontificalis carminis* vertendo: *Il feignit de ne pas entendre, et proféra la formule solemnelle.* g = *gemitū.* gP3. = *Putas eius.* P2. + *Non putasses.* A + *est primus inpetus.* A (s.m.) Dg + *et primus impetus.*

2. *mehercules* = GVAD (s.m.) g. Testatur Branca codicem A ita ubique scribere. D (p.m.) = *hercules.*

**cules fuit memorabili dedicatione, dignus amplissimo sacerdotio qui colere deos ne iratos quidem destitit. Idem tamen, ut rediit domum, et inpleuit oculos et aliquas uoces flebiles misit et peractis quae mos erat praestare defunctis ad Capitolinum illum rediit uoltum. Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies quo uinctum ante currum egit Persen duos filios in adoptionem dedit: quos sibi seruauerat extulit. Quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset? Non sine motu uacuum Pauli currum populus Romanus adspexit. concionatus est tamen et egit dis gratias, quod conpos uoti factus esset: precatum enim se ut, si quid ob ingentem uictoriam inuidiae dandum esset, id suo potius quam publico damno solueretur. Uides quam magno animo tulerit? orbitati suae gratulatus est. Ecquem magis poterat permouere tanta mutatio? solatia simul atque auxilia perdidit: non contigit tamen tristem Paulum Persi uidere.**

B𝔗...𝔚o = *mehercule*. Vg = *dedicatione memorabili*. V = *deos nec quidem destitit*. g = *nec iratos quidem*. 𝔗𝔚 = *ne iratus quidem*. g = *quibus mos erat pr. defuntis*. BG = *ut redit domum*.

*ad Capitolinum illum rediit voltum* = A cod. Iur. 𝔊ro...𝔚o. probant Grut. Lips. B = *ad Capitolium illum redit vultum*. Col. = *ad Capitolium redit vultum*. G = *ad Capitolium ilari redit vultu*. V = *ad Capitolium hilari redit vultu*. P 4. = *ad Capitolium illum reddit multum*. g P2. 3. 𝔗...𝔏4. = *ad Capitolium hilari rediit vultu*. Pinc. v. l. (?) 𝔗...𝔏𝔍u = *quo victum ante currum* contra mstos etiam Gr. Rom. 2. G = *ante cursum egit*. BG = *egit Perse*. 𝔈1. = *Persae*. P2. 4. = *per se*. 𝔗𝔚 = *Persaei*. V = *Perseum*. Pinc. v. l. 𝔖𝔊 = *Persem*. g — *Persen*.

BVg P2. 4. 𝔗...𝔊𝔏...𝔚o + *incliti regis nomen, duos filios*. G + *incliti nomen regis duos filios*. AD n. l. Sed Gruterus quoque haec glossema esse perspexit, et Col. P3. 𝔐 ∾. Lips. ci. + *inclitum regis nomen, duos filios*. G (cr. ∾) = *tamen inter commodatas*.

*Scipio fuisset* = A Col. 𝔈2. ... 𝔚o. BGVDg P2. 4. 𝔗 ... 𝔈1. = *suspicio fuisset*. P3. = *suspitiosus sed*.

3. g — *quod conpos*. V = *Precatum etiam se*. g = *Precatus etiam ut si*. A = *victor invidiae*. G = *invidiam*. G (s∾) — *id* ante *suo potius*.

*publico damno solveretur* = B GVADg Gr. Scal. 𝔗...𝔈1. 𝔊ro... 𝔚o. 𝔈2....𝔏4. = *p. d. lueretur*. G (m∾) — *orbitati suae*.

*Ecquem magis poterat permovere* = cod. Iur. B = *Et quem magis* [= P2.] *poterat permovere*. G = *Et que magis poterat monere*. V = *Et quem magis poterat promovere*. g = *Et quem magnos poterat permovere*. P3. 4. = *Et quam magis*. Col. = *et quem magis poterat permovere*. Ex. Fac. et Prim. fere = *Ecquem magis poterat (movere?)*. 𝔗 ... 𝔈2. = *et qui magis poterat movere*. ℭ...𝔚o = *Ecquem magis poterat movere*. AD n. l. V = *et auxilia*. GD 𝔗𝔚 = *continegit*.

*Persi videre* = A (p.m. ut videtur) 𝔏4....𝔚o. A (s.m.) = *Persen videre*. BG = *Persii videre*. V = *Persiis Paulum tristem reddere*. D = *Persis videri*. mD = *Persem videre*. g = *prorsus Paulum tristem reddere*. Ex. Fac. et Prim. = *Persae tristem Paulum videre*. P2. 4. = *Paulum per se videre*. P3. Col.

**XIV.** Quid nunc te per innumerabilia magnorum uirorum exem-
pla ducam et quaeram miseros, quasi non difficilius sit inuenire
felices? Quota enim quaeque domus usque ad exitum omnibus
partibus suis constitit in qua non aliquid turbatum sit? Unum
2 quemlibet annum occupa et ex eo magistratus cita: Lucium si
uis Bibulum et C. Caesarem, uidebis inter collegas inimicissi-
mos concordem fortunam. L. Bibuli, melioris quam fortioris
uiri, duo simul filii interfecti sunt, Aegyptio quidem militi lu-
dibrio habiti, ut non minus ipsa orbitate auctor eius digna res
lacrimis esset. Bibulus tamen qui toto honoris sui anno ob in-
uidiam collegae domi latuerat postero die quam geminum funus
3 renuntiatum est processit ad solita imperii officia. Quid minus
potest quam unum diem duobus filiis dare? tam cito liberorum
luctum finiuit qui consulatum anno luxerat. C. Caesar cum
Britanniam peragraret nec Oceano continere felicitatem suam
posset, audiit decessisse filiam publica secum fata ducentem.
In oculis erat iam Cn. Pompeius non aequo laturus animo quem-

= *Persis videre.* 𝔗 ... 𝔏𝔍u = *Persae videre.*

Cap. XIV.

Vg = *Quid te nunc.* D (m∾) — *magnorum.* V = *sit difficilius.*

*Quota enim quaeque.* Ita scribendum duxi. BVA = *Quod enim quaeque.* G P3. = *Quid enim quaeque.* D = *Quid enim.* *Que* (s *que*). g P2. = *Quae enim quaeque.* P4. = *Quod est quoque domus.* 𝔗𝔅 — *Quota enim.* 𝔊1. = *Quae domus.* 𝔊2. ... 𝔅o — *enim.* G — *suis* post *partibus.* D = *perturbatum sit.* B = *Unum quemlibet aĩm.* D (m∾) = *Unum quilibet animum.* P4. = *animum occupa.* V (m∾) g Pinc. v. l. = *animo occupa.* Rell. etiam Bong. ex Cui. Col. P2. 3. ∾. V 𝔊1. ... 𝔊 = *magistratu.* 𝔗𝔅 = *magistratu circa.* Rell. etiam Bong. ∾.

2. g + *Cita Lucium.* G = *Livium si vis.* ℜu 𝔅o = *Marcum si vis* et infra *M. Bibuli* contra mstos. G = *G. Caesarem,* ut solet. V = *L. Bibuli melius accidit quam melioris viri duo* rell. om. G = *filii simul.* D cod. Lips. = *orbitate auctoris digna.* unde Lips. ci. = *auctores.* Refutatur ab I. M. Heusing. Emendd. p. 242. BG = *lacrimis est.* G (m∾) = *Bidiculus tamen.* A = *tot honoris sui anno.* V = *tot honoris sui annis* [g =] *invidia collegae.* D (cr. ∾) = *tor honoris sui annis.* G = *postremo die.* g = *postera die qua.*

*ad solita imperii officia* = Vg. A = *ad solita imp. officia.* B = *ad solita in .p. officia.* mD = *ad solita imperatoris officia.* G = *ad solita imp ublica officia.* 𝔗 ... 𝔐 = *ad solita in publicum officia.* D 𝔏 ... 𝔅o = *ad solita et publica officia.*

3. *Quid minus potest* = BGVADg Gr. 𝔗 ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔅o = *Quid minus poterat.* g = *luctum finiit.* 𝔗𝔅 = *anno lus erat.* Germ. + *aperto oceano.* 𝔗𝔅 = *nec apto anno.* D (m∾) = *oceanus.*

*continere felicitatem suam* = VAg. BGD 𝔗 ... 𝔅o = *fel. s. continere.*

*audiit.* Sic scripsi: nam ADg = *audit.* V = *audi.* G = *aut id.* B = *aut decessisse.* sVsD 𝔗 ... 𝔅o = *audivit.* g = *prisca secum fata.* g = *In oculos erat Cn. Pomp.* om. *iam.* V — *iam.* G = *non aequo lacunas animo quam olivi*

quam alium esse in Republica magnum et modum inpositurus incrementis quae grauia illi uidebantur, etiam cum in commune crescerent: tamen intra tertium diem imperatoria obiit munia et tam cito dolorem uicit quam omnia solebat. XV. Quid aliorum tibi funera Caesarum referam? quos in hoc mihi uidetur interim uiolare fortuna, ut sic quoque generi humano prosint ostendentes ne eos quidem qui dis geniti deosque prosint ostendentes ne eos quidem qui dis geniti deosque genituri dicantur sic suam fortunam in potestate habere quemadmodum alienam. Diuus Augustus amissis liberis, nepotibus, exhausta 2
Caesarum turba adoptione desertam domum fulsit. Tulit tamen fortiter quam cuius iam res agebatur cuiusque maxime intererat de dis neminem queri. Tiberius Caesar et quem genuerat et quem adoptauerat amisit: ipse tamen pro rostris laudauit filium stetitque in conspectu posito corpore, interiecto tantummodo uelamento quod pontificis oculos a funere arceret et flente populo Romano non flexit uoltum. experiendum se dedit

*esse.* g = *animo laturus.* g = *in rep. esse.* g (lit.) = *n e c modum.* 𝔗 . . . 𝔊2. = *q u o n i a m gravia illi* contra mstos etiam Pinc. Gr. g ex. Fac. et Prim. Col. = *cum in c o n c i v e m crescerent.* probat Pinc. G(cr.∾) = *imperator i a m.* BGAD (s∾) = *ob i t.* g — *obiit.* V(s.m.) D = *i n i u r i a et tam cito.* mD = *n u m i n a et tam cito.* G (cr.∾) = *v i n cit.*

Cap. XV.

G (s∾) = *Caesarum f e ram.*
*videtur interim* = BGVAD(s.m.)g. D (p.m.) = *videtur in t a n t u m.* 𝔗 . . . 𝔅o = *interim videtur.* P3. 𝔐 = *pros i t ostend e n s.* g 𝔊𝔊 = *prosint, ostend e n s.* Mss. etiam Col. P2. 4. ∾. g = *n e c eos quidem.* G(cr.∾) = *ne eos qui q u i diis.* G = *genituri dic a tur.* g = *dic u n tur.* g = *fortunam suam.* g + *in s u a potestate.* g + *d i c a n t u r quemadmodum i n alienam.*

2. g + *e t nepotibus.* Vg Scal. = *domum r e s t i t u i t.*
*Tulit tamen fortiter q u a m c u i u s iam res ag e b a t u r cuiusq u e maxime* = BA Bong. ex Cui. cf. Drkb. ad Liv. II, 56, 9. D = *Tulit tamen t a m fortiter cuius res iam agebatur cuiusque maxime.* G = *Tulit tamen quam cuius iam res agebatur cuiusque maxime.* V = *Tulit tamen fortiter* [*m t a n quam cuius*] *iam res agebatur cuiusque maxime.* g P2. 4. 𝔅2. = *Tulit tamen fortiter t a n quam cuius iam res agebatur cuiusque maxime.* probat Grut. P 3. = *Tulit tamen fortiter, q u o n i a m e i u s iam res agebatur, e i u s que maxime.* quod aliquando unice probabam. Col. = *Tulit tamen fortiter q u o n i a m e i u s iam res agebatur cuiusque maxime.* 𝔗𝔅 = *Tulit tamen fortiter t a n quam e i u s iam res agebatur cuiusque maxime.* 𝔊1. = *Tulit tamen fortiter t a n quam e i u s iam res agebatur cuius maxime.* 𝔊2. . . . 𝔊 = *Tulit tamen fortiter t a n quam e i u s iam res agebatur cuius q u a m maxime.* 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o = *Tulit tamen fortiter, t a n quam e i u s iam res ager e t u r, cuius c u m maxime.* G = *de h i i s neminem queri.* A = *T. Caesar.* BGV = *G. Caesar.* D = *G a i u s Caesar.* g 𝔗 . . . 𝔊1. = *C. Caesar.* D (cr. ∾) = *qu a m genuerat et q u a m.* G(m∾) — *et quem post genuerat.* g — *tamen* ante *pro rostris.* G (cr. ∾) = *pro rostris laudab a t.* B = *pro rostris l a t u i t.* D = *in conspect u m.* g = *a funere arc e t.*

3 Seiano ad latus stanti quam patienter posset suos perdere. Videsne quanta copia uirorum maximorum sit quos non excepit hic omnia prosternens casus, in quos tot animi bona, tot ornamenta publice priuatimque congesta erant? Sed uidelicet it in orbem ista tempestas et sine delectu uastat omnia agitque ut sua. Iube singulos conferre rationem: nulli contigit inpune nasci. XVI. Scio quid dicas: Oblitus es feminam te consolari, uirorum refers exempla. Quis autem dixit naturam maligne cum mulierum ingeniis egisse et uirtutes illarum in artum retraxisse? Par illis, mihi crede, uigor, par ad honesta (libeat) facultas est. dolorem laboremque ex aequo, si consueuere, patiuntur. In qua istud urbe, di boni, loquimur? in qua regem Romanis capitibus Lucretia et Brutus deiecerunt: Bruto libertatem debemus, Lucretiae Brutum. in qua Cloeliam contempto hoste et

G(cr.∾) = *ad latus statim.* BG AD 𝔗 . . . 𝔊 = *patienter possit.* V mDg ∾.

3. sGVD (m∾)g = *quos sic excepit.* g = *haec omnia.* A = *prosternes* s.m. *prosternet.* A = *et quos tot animi.* BG (s∾) = *privatimque gesta.* g = *Saevit in orbem ista.* G Col. P2. = *Sed videlicet id in orbem.* P3. = *Sed videlicet adit ista temp.* P4. = *Sed videlicet ibi mortem ista.* 𝔗𝔚 = *Sed vide ut in orbe ista.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *Sed vide ut in orbem* (mm𝔈1. 2. 𝔈 = *videlicet*). Rell. etiam Bong. ex Cui. omnis Pinc. v. l. ∾.

*sine delectu* = Vg 𝔗 . . . 𝔊. G = *sine dilecti.* B 𝔐 . . . 𝔚o = *sine dilectu.* AD n. l. G = *vastet omnia agitque insula. Iube.* g cod. Lips. = *Iubet singulos.* Cod. Lips. = *rationi.* BVD 𝔗 . . . 𝔈1. = *contingit.*

Cap. XVI.

Vg = *te feminam.* A = *refer exempla.*

*Quis autem dixit* = BGA. 𝔗𝔚 = *Quis enim dixit.* VD = *Quis autem dixerit unquam.* g = *Quis autem dixerit intam.* Pinc. v. l. (?) 𝔈1. . . . 𝔐 = *Quis enim dixerit* (etiam Bong. = *autem*). 𝔏 . . . 𝔚o = *Quis autem dixerit.* Vg = *maligne naturam.*

*cum mulierum ingeniis* = D (s.m.). BGA Col. P3. 4. = *cum mulieris ingeniis.* Vg = *cum mulieris egisse ingeniis.* P2. 𝔗𝔚 = *cum mulieris ingenio.* D Bong. = *cum mulieribus ingeniis.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *cum mulieribus ingenuis.* Pinc. v. l. 𝔐 . . . 𝔚o = *cum muliebribus ingeniis.* G𝔗 . . . 𝔈2. = *virtutem.* Rell. etiam Pinc. v. l. Gr. ∾. g = *virtutes illorum.* V = *traxisse in arctum.* g = *detraxisse in arctum.* G = *Par credere* [re n.] *mihi* om. *illis.* Germ. + *Par illis ratio mihi crede.* 𝔗𝔚 = *Par illis ratio crede. vigor par: ad honesta libera facultas* om. *est.* VD = *libera facultas est.* 𝔈1. . . . 𝔐 = *libera facultas* om. *est.* g — *libeat.* Pinc. v. l. P2. — *est* post *facultas.* Rell. etiam Bong. Gr. ∾.

*dolorem laboremque* = BGVADg Bong. 𝔗 . . . 𝔈2. = *dolorem, laborem ex aequo.* Pinc. v. l. 𝔈 . . . 𝔚o = *laborem doloremque* (sed errasse videtur Pincianus: nam pervertit verborum ordinem etiam in 𝔈1. 2. laudando *laborem, dolorem*). G = *.s. consuere patiuntur.* A = *se consuevere.* P2. (s∾) = *In qua iustum urbe.* P4. = *Etiam qua istud urbe.* Col. = *In illa istud urbe.* praefert Grut. G = *rege Romanis.* Vg + *a Romanis.* A = *In quo Coeliam.* B = *Cloheliam.* G = *Coheliam.* V = *Choeliam.* D = *Corneliam.* mD = *Clohelia.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *Cocliam.* A + *in hoste.*

flumine ob insignem audaciam tantum non in uiros transcripsimus. Equestri insidens statuae in sacra uia, celeberrimo loco, Cloelia exprobrat iuuenibus nostris puluinum escendentibus in ea illos urbe sic ingredi in qua etiam feminas equo donauimus.
Quod tibi si uis exempla referri feminarum quae suos fortiter 2
desiderauerint, non ostiatim quaeram: ex una tibi familia duas Cornelias dabo: primam Scipionis filiam, Gracchorum matrem. duodecim illa partus totidem funeribus recognouit. et de ceteris facile est quos nec editos nec amissos ciuitas sensit, Tiberium Gracchum et Caium quos etiam qui bonos uiros negauerit magnos fatebitur et occisos uidit et insepultos: consolantibus tamen miseramque dicentibus, *Numquam*, inquit, *non felicem me dicam quae Gracchos peperi.* Cornelia Liuii Drusi cla- 3
rissimum iuuenem illustris ingenii uadentem per Gracchana uestigia inperfectis tot rogationibus intra penates interemptum suos amiserat incerto caedis auctore: tamen et acerbam mortem filii et inultam tam magno animo tulit quam ipse leges tulerat. Iam

g + *et hoste.* G = *tantum non vires* om. *in.* g = *incidens statuae.* G = *insistens statuae.* B — *sacra via.* Ag = *Cloeliam.* B = *Cloheliam.* V = *Choelium.* G = *Coheliam* (*m* n.). D = *Corneliam* (*m* n.). mD = *Clohelia.* 𝔗𝔅 = *Cocliam.* 𝔈1. = *Coclia.* BGV 𝔗 . . . 𝔈1. = *exprobat.*

*pulvinum escendentibus* = BA Bong. ex Cui. cod. Iur. 𝔊ro 𝔅2. probat Opsop. P3. = *plus virium escendentibus.* g = *plurimum ascendentibus.* G = *pulvinum deiscentibus.* VD P2. 4. 𝔗 . . . 𝔏4. 𝔅1. ℜu 𝔅o = *pulvinum ascendentibus.* Col. = *pulvinum incumbentibus.* D = *in eam illos urbem.* GVD(m∾) = *sic ingressos.* G (cr. ∾) = *equo dampnavimus.*

2. D = *Quid tibi si vis.* D(a.m.) = *Quid si tibi vis.* V = *Quod si tibi vis* [g =] *feminarum exempla referri.* Pinc. v. l. = *Quod si tibi vis ex. ref.* Rell. etiam Gr. ∾.

*desideraverint* = BA. GVDg 𝔗 . . . 𝔅o = *desideraverunt.* GVg 𝔗 . . . 𝔊 = *hostiatim.* G = *et una tibi familias duas.* g = *non editos.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *civitas sentit* contra mstos etiam Pinc. Gr. BA — *et Caium.* G = *G. Grachum quos oñis bonos viros.* V = *G. Gracchum quos etiam qui bonos viros.* D = *Ti. Gracchum et alios Gracchos quos etiam qui.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *T. Gracchum et G. quos.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *T. Gracchum et C. quos.* G = *fatebitur et otiosos vidit.* B G (s∾) — *et* ante *insepultos.* Vg = *inquit infelicem.* G (m∾) — *dicam.* G — *quae* post *dicam.*

3. *Cornelia Livii Drusi* = ci. Lips. ℜu . . . 𝔅o. BGVADg Gr. 𝔈1. = *Cornelia divi Drusi.* 𝔗𝔅 = *C. divi Drusii.* 𝔈2. . . . 𝔅1. = *C. Livium Drusum.* D(cr. ∾) = *clarissimi.*

*per Gracchana vestigia* = BGAD Gr. Iur. Scal. 𝔊ro . . . 𝔅o. V = *per Graccaria vestigia.* g = *per Gracchanaria vestigia.* 𝔗𝔅 = *per gracchona vest.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *per Gracchorum vest.* Vg = *penates suos int.* D + *interemptum vidit. et suos.* G = *amisit.*

*et inultam* = mD 𝔈1. . . . 𝔅o. AD P3. 4. Col. = *et inuitam.* sAB = *et invitatam.* G = *et invictam.* Vg P2. 𝔗𝔅 = *et iniustam.* V = *tam magno tulit animo.* BG — *animo.* G = *quam ipso.* V = *leges tu-*

cum fortuna in gratiam, Marcia, reuerteris, si tela quae in Scipiones Scipionumque matres ac filios exegit, quibus Caesares petiit ne a te quidem continuit.
4 Plena et infesta uariis casibus uita est: a quibus nulli longa pax, uix induciae sunt. Quatuor liberos sustuleras, Marcia: nullum aiunt frustra cadere telum quod in confertum agmen inmissum est. Mirum est tantam turbam non potuisse sine inuidia damnoue praeteruehi? At hoc iniquior fortuna fuit, quod non tantum eripuit filios, sed elegit. Numquam tamen iniuriam dixeris ex aequo cum potentiore diuidere. duas tibi reliquit filias et harum nepotes et ipsum quem maxime luges prioris oblita non ex toto abstulit: habes ex illo duas filias, si male fers, magna onera, si bene, magna solatia. In hoc te perduxit, ut illas cum uideris, admonearis
5 filii, non doloris. Agricola euersis arboribus quas aut uentus radicitus euulsit aut contortus repentino inpetu turbo praefregit sobolem ex illis residuam fouet et amissarum semina statim plantasque disponit: et momento (nam ut in damna ita ad incrementa rapidum ueloxque tempus est) adulescunt amissis laetiora.

*lerant.* g = *cum fortunā.* BG = *Scipiones Scipio nunquam matres.*

*exegit* = BGVADg Pinc. v. l. P3. 4. Col. 𝔊ro ... 𝔅o. defendit Gron. P2. 𝔗 ... 𝔏4. = *egit.* BGAD 𝔗𝔅 = *Caesares petit.* sGV = *nec a te q.*

4. V praescribit *Pars VII.* G = *Pena et infesta.* D + *vixque induciae.* B — *est* post *vita.* G (s∾) — *longa* ante *pax.* Vg = *sustuleras Martia.*

*aiunt frustra cadere telum* = B sGmA Bong. ex Cui. P2. 3. Col. 𝔏 ... 𝔅o. DP4. = *autem frustra cadere telum* (*aiūt* = *aiunt. aūt* = *autem*). Vg 𝔗 ... 𝔐 = *autem frustra cadet telum.* G quidam codd. Pinc. = *amat frustra cadere telum.* A (m∾) — *frustra ... confertum.* g = *consertum agmen.* Col. — *est* post *Mirum.* Pinc. ci. = *Mirum esset.* B = *tantam turbari.* Vg quaedam exx. Pinc. — *non potuisse.* 𝔗 ... 𝔊 = *iam potuisse.* sGVg eadem exx. Pinc. = *sine damno praetervehi.* BG = *damnone.* P4. = *damno te praetervehi.* Rell. etiam alia exx. Pinc. P2. 3. Col. ∾. BADg Col. 𝔈1. 2. = *Ad hoc iniquior.* P2. 𝔗𝔅 = *Adhuc iniquior.* GV Pinc. v. l. P3. 4. ∾.

*eripuit filios* = VAg. BGD 𝔗 ... 𝔅o = *filios eripuit.* G = *nepotes ipsum quam maxime.* G = *oblito.* BVAD Gr. = *similes. fers magna onera* (A s.m. = *fer*). Gg = *sileres. fers magna onera.* 𝔗 ... 𝔈1. = *similes patri. Fers magna onera.* 𝔈2. ... 𝔐 + *similes patri, si male fers.* Pinc. notat *similes patri* in v. l. non esse. g + *et virtutis magna solatia.* Lips. ci. = *In hoc tibi produxit.* g + *doloris exemplum.*

5. V 𝔗𝔅 = *evulsis arboribus.* BD = *avulsit.* V = *eversit.*

*praefregit* = AD. BGVg 𝔗 ... 𝔅o = *perfregit.* 𝔐 ... 𝔊ro = *subolem* contra mstos. BGVA 𝔗 ... 𝔊 = *fovit.* BGVAD(s.m.) P4. (m∾) = *et inmissarum.* gP3. + *et in amissarum.* unde poteris coniiccre + *et in amissarum locum.* D (p.m.) P2. Col. 𝔗 ... 𝔅o ∾. P3. = *planetasque.* V Col. = *deponit.* g + *et in momento.* BG(s∾) — *ut* post *nam.* A = *a damna.* sA = *ad damna.* g + *et ad incrementa.*

**Has nunc Metilii tui filias in eius uicem substitue et uacantem 6
locum exple. Unum dolorem geminato solatio leua. Est qui-
dem haec natura mortalium, ut nihil magis placeat quam quod
amissum est. iniquiores sumus aduersus relicta ereptorum de-
siderio: sed si aestimare uolueris quam ualde tibi fortuna, etiam
cum saeuierit, pepercerit, scies te habere plus quam solatia:
respice tot nepotes, duas filias. XVII. Dic illud quoque, Mar-
cia: Mouerer, si esset cuique fortuna pro moribus et numquam
mala bonos sequerentur: nunc uideo exempto discrimine eodem
modo malos bonosque iactari. Graue est tamen quem educaue-
ris iuuenem, iam matri, iam patri praesidium ac decus, amitte-
re. Quis negat graue esse? sed humanum est. Ad hoc genita
es ut perderes, ut perires, ut sperares, metueres, alios teque
inquietares, mortem et timeres et optares et quod est pessimum
numquam scires cuius esses status. Si quis Syracusas petenti 2
diceret: Omnia incommoda, omnes uoluptates futurae peregri-
nationis tuae ante cognosce, deinde ita nauiga. Haec sunt quae**

6. V(s.m.) = *Has nunc filii tui.* P3. = *Has nunc met. illi.* P4. = *Mecillii.* 𝔗...𝔊 = *Mecilii filii tui.* 𝔐 + *Metilii filii tui.* Rell. etiam Pinc. v. l. P2. Col. ∾. B = *sustitue.* G = *substituet* [*t* n.] *vacantem.* A = *explet. Unum.* A(s.m.) D(s.m.) + *et unum.*

*Est quidem haec natura mortalium* = BGVADg Pinc. v. l. P3. 4. 𝔅2. P2. Col. = *Et quidem* ∾. 𝔗𝔅 = *Quidem hoc natura mortalium est.* 𝔈1.... 𝔑u 𝔅o = *Haec quidem natura mortalium est.* BGVAD = *ereptorum desideria.*

*quam valde tibi* = BGAg. VD 𝔗 ... 𝔅o = *quam tibi valde.* g = *cum saeviret pepercit.* P2. = *cum saevit.* Col. = *cum senuit.* G = *perceperit.*

Cap. XVII.

𝔗 (ex. meum) = *Sic illud quoque.* Germ. 𝔅...𝔊 = *Hic illud quoque.* g Col. = *Dic quoque illud.* P3. = *Dicit illud quoque Marcia.* Grut. haec quatuor verba pro glossemate habet: sed rell. etiam Gr. ∾.

*Moverer, si esset* = A P2. non improbat Grut. BG P4. Col. = *Moveret si esset.* P3. = *Moverem si esset.* 𝔗...𝔐 = *Movet me, si esset.* Pinc. prodit tantum in v. l. esse *moveret*, non *movet.* 𝔏...𝔅o = *Moveret me, si esset.* g = *Moveret me, si sic esset.*

*fortuna pro moribus* = VAg. BG Dg 𝔗...𝔅o = *pro moribus fortuna.*

*et numquam* = BGVADg Col. P2. 3. 𝔗...𝔈1. probat Grut. P4. = *ut numquam.* 𝔈2....𝔅o — *et.* V = *exempto crimine.*

*eodem modo* = BGVADg. 𝔗...𝔅o + *et eodem modo.* Vg = *bonos malosque.* D(cr. ∾) = *quam educaveris iuvenem quam matri.* g = *educaveris inventum.* Vg Col. = *iam patri iam matri.* Pinc. ex cod. Fac. et Prim. = *iam patri, iam matri residuum amittere:* reliqua otiosa esse. g = *et decus.* BGVAg Gr. 𝔗𝔅 = *Ad hoc genitus es.* D ∾. G — *ut perires.* G = *ut saperes metueres.* g + *ut metueres.* BG(s.m.) g 𝔗𝔅 = *cuius esset status.* G(p.m.) = *cuius esset statutus.* Cod. Lips. = *stares* pro *status.*

2. A(s∾) = *perigrinati tuae.* V + *Haec sunt autem.* A(p.m.) = *quae mirari possit.* A(s.m.) Bg P2. 4.

**mirari possis: uidebis primum ipsam insulam ab Italia angusto interscissam freto quam continenti quondam cohaesisse constat. subitum illo mare inrupit et**

***Hesperium Siculo latus abscidit.***

**deinde uidebis (licebit enim tibi auidissimum maris uerticem restringere) stratam illam fabulosam Charybdim, quamdiu ab austro**

Col. 𝔗𝔅 = *quae mirari possint.* G V = *quae mirari possunt.* P3. = *quae admirari possunt.* D = *quae mirari potes.* 𝔈1. . . . 𝔅o ∾. Vg = *primo ipsam.*

*interscissam* = A. D (s.m.) = *interscisam.* D(p.m.) BGVg 𝔗 . . . 𝔅o = *intercisam.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quam in continenti quondam cessisse* (m𝔈1. = *a cont.*). P2.(m∾) 𝔈2. = *quam continenti quondam cessisse* (m𝔈2. = *iunctam esse*). Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *subito illum mare.* Germ. 𝔗 . . . 𝔈2. = *subito illud mare.* P2. = *subitum illud mare.* B = *irrumpit.* Grut. ex 𝔈2. male laudat *erupit* et ait consentire P2. g = *esperum Siculo.* 𝔗 = *experum Siculo.* 𝔗 = *hesperum.*

*licebit enim* = BADg P3. 𝔗 . . . 𝔏4. Col. P4. 𝔊ro . . . 𝔅o = *licet enim.* G = *licebit tibi* om. *enim.* V = *videbis* [P2. =] *celebrem et avidissimum.* Col. = *tibi avidem.*

*verticem restringere) stratam illam fabulosam Charybdim, quamdiu ab austro vacat, at si quid inde vehementius spiravit, magno hiatu* = Bong. et ita fere optimi libri. A = *verticem restringere stratam illam fabulosam Charibdi aquam. diu vacat* [s.m. *vacatam*] *at si quid inde vehementius spiravit magno hiatu.* B = *verticem restringere constitutam illam fabulosam Charybdi aquam diu ab austro vacatam. at si quit inde vehementius spiravit magno hiatu.* G = *verticem restringere stractam illam fabulosam Caribdim aquam diu ab austro vooaturam. at si quid inde vehementius spiravit magno hyatu.* V = *verticem constringere stratam illam fabulosam Charybdim aquam diu ab austro vacatam. at si quis inde ventus spiravit hiatu magno.* D = *verticem constringere stratam illam fabulosam caripdis aquam diu ab austro vocaturam* [cr. *vacaturam*] *at si quis* [cr. *quid*] *inde vehementius spiravit magno hiatu.* g = *verticem constringere stratam illam fabulosam Caribdim aquam diu ab Austro vocatam. at si quis ventus inde vehementius spiravit magno hiatu.* P2. = *verticem restringere stratam illam fabulosam Caribdim aquam diu ab Austro vocatam at si quis ventus inde vehementius spiravit magno hiatu.* P3. = *verticem restringere stratam illam fabulosam Caribdi aquam diu. ab austro vocatam at si quid inde vehementius spiravit magno hiatu.* P4. = *verticem restringere stratam illam fabulosam, aripidi aquam, diu ab austro vocatam. at si quid inde vehementius spiravit magno hiatu.* Col. = *verticem conrestringere stratam illam fabulosam Caribdim aquam diu ab Austro vocatam. at si quid inde vehementius inspiravit magno hiatu.* Cod. Lips. = *verticem restringere stratam illam fabulosam Caripidis aquam diu ab Austro vocaturam, si quid inde vehementius spiravirt.* Lips. ci. = *stratam illam fabulosam Charybdin, quamdiu ab Austro vacat; verum si quid inde vehementius spiravit.* Pinc. voluit *perstringere.* 𝔗𝔅 = *mari verticem restringere: stratam illam fabulosam Charybdim: aquam diu ab austro vocatam. At si quis inde vehementius spiravit hiatu magno.* 𝔈1. = *maris verticem restringere, stratum illam fabulosam Charybdis aquam, diu ab austro revocaturam. Aut si quis inde vehaementius spiravit hiatu magno.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *verticem restringere, fretum, illam fabulosam Charybdim dico, quamdiu ab austro vacat, quietam, at si quis inde ventus spiravit, hiatu magno* (𝔊 = *restringere*) *fretum*).

uacat, at si quid inde uehementius spirauit, magno hiatu pro-
fundoque nauigia sorbentem. Uidebis celebratissimum carmi- 3
nibus fontem Arethusam, nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni,
gelidissimas aquas profundentem: siue illas ibi primum nascen-
tis inuenit, siue id ipsum terris flumen integrum subter tot ma-
ria et a confusione peioris undae seruatum reddidit. Uidebis
portum quietissimum omnium quos aut natura posuit in tutelam
classium aut adiuuit manus, sic tutum, ut ne maximarum qui-
dem tempestatum locus furori sit. Uidebis ubi Athenarum po- 4
tentia fracta, ubi tot milia captiuorum ille excisis in infinitam
altitudinem saxis natiuus carcer incluserat, ipsam ingentem ci-

𝔐...𝔏4. = *verticem stringere*) *illam fabulosam Charybdim dico, quamdiu ab Austro vacat, quietam, at si quis inde ventus spiravit, hiatu magno.* 𝔊ro...𝔅o = *verticem stringere*) ∾. G = *navigii sorbientem.*

3. G + *Aretusamque.* D = *nitidissimum ac perlucidum.* V = *ac lucidissimi.* P2. = *ac lucidi:* idem Grut. laudat ex 𝔐, sed edd. Comm. et Paris ∾. 𝔗...𝔊 = *ac perlucidissimi.* V = *gelidas aquas.*

*illas ibi primum nascentis invenit.* Ita fere mss. BA Col. = *illa sibi primum nascentis inv.* G = *illa se sibi* [cr. *illas ibi*] *primum nascentes inv.* g = *illas sibi primo nascentes inv.* D = *illas sibi primum nascens inv.* V = *illas sibi primum nascentes inv.* Pinc. v. l. = *illas ibi primum* [cod. Lips. =] *nascens inv.* probant Lips. et Hemsterh. ad Luc. II. p. 357. P2. 𝔗...𝔈1. = *illas primum nascentes inv.* P3. = *illa sibi primum nascentes inv.* P4. = *illa sibi primum nascens inv.* 𝔊...𝔅o = ∾ *nascentes inv.*

*sive id ipsum terris flumen.* Ita scripsi coniectura facili. VAD Bong. Col. Bruxell. = *sive in ipsum terris flumen.* BGg Pinc. v. l. P4. = *sive in ipsum trans flumen.* Quidam codd. Pinc. = *sive in ipsum tris* [an potius *t'ris* i. e. *terris?*] *flumen.* P2. 𝔗...𝔈1. = *sive trans flumen integrum* [Col. =] *subtus* (𝔈1. = *subter*). P3. = *sive in ipsum trans flumen integrum subeunt.* Cod. Lips. = *sive ipsum terris fl.* om. *id.* non spernit Lips. et *ipsum* refert ad *fontem.* 𝔈2. = *sive flumen int.* rell. om. Pinc. ci. 𝔊...𝔅o = *sive immersum terris flumen.* Ruben. ci. = *sive immissum terris fl.* Gron. ci. = *sive Pisa means flumen.* Hemsterh. l l. ci. = *sive in ipsum penetrans flumen.* BGA P2. 3. Col. 𝔗𝔅 = *et ad confusionem.* P4. = *et confusionem.* D = *servatum reddit.* D = *quem aut natura.* G = *aut quos natura.* BGAD = *in tutela classium.* VAD = *aut adiuvit munus.* quod verum puto et pro *aedificatione* accipio. G P2. 𝔗𝔅 = *aut adiuvit minus.* P4. = *aut adiuvit. Minus.* B = *aut adiuvit sic tutum minus.* Col. = *aut adiuvit ut ne minus.* P3. = *aut adiunt manus.* g 𝔈1. ... 𝔅o ∾. Vg = *nec maximarum q.*

*locus furori sit* = BGV Pall. 𝔗...𝔊. Ex. Fac. et Prim. Col. 𝔐...𝔅o = *furori locus sit.* Rell. n. l.

4. GV — *in* post *excisis.*

*nativus carcer* = ci. Lips. A = *altitudinem* [s *saxis*] *naulivus carcer.* V = *multitudinem saxis naulius carcer.* D = *multitudinem saxis naulimis* [cr. *naulinus*] *carcer.* BP4. = *altitudinem saxis naulinus sacer.* G = *altitudinem naulinus sacer.* P2. = *altitudinem saxis Naulus* [al. m. *Naulius*] *carcer.* g P3. cod. Lips. = *altitudinem saxis naulinus carcer.* Col. 𝔗...𝔊 = *altitudinem saxis naulius carcer.* 𝔐...𝔏4. = *altitudinem saxis nobilis carcer.* Pinc. ci. 𝔊ro ... 𝔅o = *altitudinem*

**nitatem et laxius territorium quam multarum urbium fines sunt lepidissima hiberna et nullum diem sine interuentu solis. Sed cum omnia ista cognoueris, grauis et insalubris aestas hiberni coeli beneficia corrumpit. Erit Dionysius illic tyrannus, libertatis, iustitiae, legum exitium, dominationis cupidus etiam post Platonem, uitae etiam post exilium: alios uret, alios uerberabit, alios ob leuem offensam detruncari iubebit. accerset ad libidinem mares feminasque et inter foedos regiae intemperan-**
**5 tiae greges parum erit simul binis coire. Audisti quid te inuitare possit, quid absterrere: proinde aut nauiga aut resiste. Post hanc denuntiationem si quis dixisset intrare se Syracusas uelle, satisne iustam querelam de ullo nisi de se habere possit qui non incidit in illa, sed prudens sciensque uenisset? Dicit omnibus nobis natura: Neminem decipio. tu si filios sustuleris,**

*saxis lautumius.* Oudend. (ad Appul. vol. II. p. 335. a) ci. = *nubilus carcer.* Lips. et Ruhk. laudant ex „libris vulgatis" *Nablius carcer*, quod nusquam offendi. V (P2.) 𝔗 . . . 𝔐 + *et ipsam ingentem.* Rell. etiam Col. P3. 4. ∾. P4. — *civitatem.*

A = *Incipit ad Callionem de vita beata.* D = *Anney lucy senece cordubensis de beata vita ad Galionem liber primus Incipit feliciter.* E = *Incipit liber senece de beata vita.* G = *Incipit liber eiusdem de beata vita ad Gallionem.* 𝔑...𝔚 = *Incipit liber Lucii Annei Senecae ad Galionem de vita beata.* 𝔈1. = *Lucii Annei Senecae De Vita Beata Ad Gallionem Fratrem Liber Primus.* 𝔈2....𝔚1. 𝔚o = *Lucii Annaei [Annei] Senecae De Vita Beata Ad Gallionem Fratrem Liber Unus.* 𝔑u = *De Vita Beata Ad Gallionem Fratrem Liber Unus.* 𝔚2. = *L. Annaei Senecae De Vita Beata Et De Otio Sapientis Libri.* Fischerus voluit: *L. Annaei Senecae De Vita Beata Ad Gallionem Fratrem Liber.*

Cap. I.

P3. = *Si vere Gallio frater vivere omnes se beate volunt.* P2. = *Vivere Gallio semper omnes.* P4. Ort. + *omnes quidem beate volunt.* D P2. 3. 𝔑... 𝔈1. = *ad providendum.* Ort. = *ad praevidendum.*

*ut eo quisque ab ea* = A. BGDE 𝔑...𝔚o = *ut ab ea quisque eo.* 𝔐...𝔏𝔍u = *citatius fertur.* D(cr. ∾) = *concitatius ferunt.* Rell. etiam Gr. ∾. sG P3. = *sic via lapsus est.* P4. = *sic vir lapsus est.* Ort. = *sicut via lapsus est.* 𝔑...𝔚 + *si via concitatius lapsus est.* P2. = *quae ibi in contemptum ducit.* 𝔑...𝔚 = *quae ibi in contrarium d.* P4. = *quam in contr. d.* Col. 𝔈1. ...𝔊 — *ubi.* Rell. etiam Pinc. P3. Ort. ∾. 𝔏4. = *intervalli causa sit.* sE = *Providendum est itaque.* 𝔐...𝔏𝔍u = *quid sit quod petamus* contra mstos etiam Gr. Col. = *appetemus.*

*circumspiciendum* = A. BGDE 𝔑...𝔚o + *circumspiciendum est.* D = *possumus.* mG P3. Ort. (m ∾) Scal. 𝔑...𝔊 = *quantum cotidie proficiamus.* Rell. etiam Pinc. Gr. m𝔈1. ∾. G(cr. ∾) DE (cr. ∾) = *ab eo sumus.*

2 nos cupiditas naturalis inpellit. Quamdiu quidem passim uaga-
mur non ducem secuti, sed fremitum et clamorem dissonum in
diuersa uocantium, conteretur uita inter errores breuis, etiam si
dies noctesque bonae menti laboremus. Decernatur itaque, et
quo tendamus et qua, non sine perito aliquo cui explorata sint
ea in quae procedimus: quoniam quidem non eadem hic quae in
ceteris peregrinationibus condicio est. In illis conprensus ali-
quis limes et interrogati incolae non patiuntur errare: at hic
3 tritissima quaeque uia et celeberrima maxime decipit. Nihil er-
go magis praestandum est, quam ne pecorum ritu sequamur
antecedentium gregem pergentes non quo eundum est, sed quo
itur. Atqui nulla res nos maioribus malis inplicat, quam quod
ad rumorem conponimur optima rati ea quae magno adsensu re-
cepta sunt quorumque exempla nobis multa sunt, nec ad ra-
tionem, sed ad similitudinem uiuimus: inde ista tanta coacerua-
4 tio aliorum super alios ruentium. Quod in strage hominum
magna euenit, cum ipse se populus premit, nemo ita cadit, ut
non et alium in se adtrahat, primique exitio sequentibus sunt,
hoc in omni uita accidere uideas licet: nemo sibi tantummodo

2. G = *in diversa vocantur.*

*conteretur vita* = BA Col. P2. 𝔑 ... 𝔚. GD(s.m.) EP4. Ort. 𝔊1. ... 𝔚o = *conteritur vita.* P3. = *contētur vita.* D = *ideoque contigit vita.* G = *Decernetur itaque.* E = *et aqua. non sine.* G(m∾) D(cr.∾) = *hec quae in ceteris.*

*conprensus* = A. A(s.m.) mD = *conpressus.* E = *comprehensis.* BGD 𝔑 ... 𝔚o = *comprehensus.* 𝔑 ... 𝔚 = *at hic certissima quoque via.* Ort. = *certissima quaeque.* mOrt. = *tutissima quaeque.*

3. *non quo eundum est, sed quo itur* = BGAD quinque Gr. 𝔑 ... 𝔊 𝔚2. E + ∾ *sed quo vir itur.* 𝔐 ... 𝔑u 𝔚o = *non qua eundum est, sed qua itur.* E — *nos* ante *maioribus.* G(cr.∾) = *componitur.*

*quorumque exempla nobis multa sunt* = 𝔏 ... 𝔚o. AmDE Col. P2. Ort. = *quodque exempla bonis multa sunt.* BG = *quod q̄ exempla bonis multa sunt.* D = *que exempla bonis multa sunt.* P3. = *quod exempla bonis multa sunt.* P4. = *quodque exempla boni, nulla bonis multa sunt.* Exx. Pinc. atque Fac. et Prim. = *quodque exempla boni multa sunt.* Rell. Pinc. omnes = *quodque exempla multa sunt.* nec scio an Pron. *nobis* retinendum non sit. Pinc. ci. 𝔊 ... 𝔐 = *quorumque exempla multa sunt.* 𝔑 ... 𝔚 = *quidque exempla bonis multa sunt.* 𝔊1. 2. = *quodque exempla pro bonis multa sunt.* D(cr.∾) E = *Idem ista tanta.* A(cr.∾ p.m.) mD = *tanta concertatio.*

*aliorum super alios* = BGAD(s.m.) Gr. 𝔊ro ... 𝔚o. cf. Appul. Oudend. vol. III. p. 262. b. DE = *alio super alios.* 𝔑 ... 𝔏4. = *aliorum supra alios.*

4. 𝔑 ... 𝔚 — *se* ante *populus.* D(m∾) = *cadit non alium* om. *ut* atque *et.* G 𝔑 ... 𝔚o (exc. 𝔏4.) — *et* ante *alium.* Rell. ∾.

*primique* = AmD. BGDE 𝔑 ... 𝔚o = *primi* om. *que.* P4. = *nemo soli.*

*tantummodo errat* = BADE Gr.

errat, sed alieni erroris et causa et auctor est. Nocet enim adplicari antecedentibus, et dum unusquisque mauult credere quam iudicare, numquam de uita iudicatur, semper creditur uersatque nos et praecipitat traditus per manus error: alienis perimus exemplis. Sanabimur, si modo separemur a coetu: nunc uero stat contra rationem defensor mali sui populus. Itaque id euenit quod in comitiis in quibus eos factos esse praetores iidem qui fecere mirantur, cum se mobilis fauor circumegit. Eadem probamus, eadem reprehendimus: hic exitus est omnis iudicii in quo secundum plures datur. II. Cum de beata uita agetur, non est quod mihi illud discessionum more respondeas: Haec pars maior esse uidetur. Ideo enim peior est. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant: argumentum pessimi turba est. Quaeramus ergo quid optimum factu sit, non quid usitatissimum. et quid nos in possessione felicitatis aeternae constituat, non quid uolgo, ueritatis pessimo interpreti, probatum sit. Uolgum autem tam chlamydatos

𝔊ro . . . 𝔅o. G = *tantum erret.* 𝔑 . . . 𝔏4. = *tantum errat.* 𝔐 . . . 𝔏𝔍u = *alii erroris.* 𝔑 . . . 𝔏𝔍u — *et* ante *causa.* G = *et causa et actor est.* P4. — *et* ante *auctor.* Rell. etiam Gr. ∾.

*alienis perimus* = A. sABGDE 𝔑 . . . 𝔅o + *alienisque perimus.*

5. D (s∾) E = *sanabitur.*

*si separemur modo* = G (s.m.) AD E. BG = *si separaremur modo.* mD = *si separabitur modo.* 𝔑 . . . 𝔅o = *si modo separemur.* D = *Non vero stat.* D (m ∾) E = *contraponere defensor.*

*Itaque id evenit* = BGADE Gr. 𝔊ro . . . 𝔅o. 𝔑 . . . 𝔅 = *Itaque idem venit.* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *Itaque idem evenit.*

*factos esse praetores* = BGADE Gr. 𝔑 . . . 𝔅o — *esse.* B 𝔑 . . . 𝔊 = *idem qui.* G = *Eadem properamus.* 𝔑 . . . 𝔅 + *et eadem repr.* E — *est* post *exitus.* G = *omnes iudicii.* P3. = *communis iudicii.* Ort. = *quod secundum plures datur.* Col. + *in quo secundum plures sententia datur.* 𝔈2. . . . 𝔏𝔍u + *in quo lis secundum plures datur.* Nostram scripturam et ferunt reliqui libri omnes (etiam P2. 3. 4. Bruxell.) et probat Gron.

Cap. II.

*Cum de beata vita agetur* = BGA DE Scal. 𝔑 . . . 𝔅. D (s.m.) Iur. (iñ m𝔍u) 𝔈1. . . . 𝔅o = *Cum de beata vita agitur* (𝔈1. =, *cum de*). G D Pall. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *illud dissensionum more.* D = *illud distentionum more.* Col. = *distentionem.* B AmDE Rod. Agric. 𝔈2. . . . 𝔅o ∾. BG(s.m.) DE P2. Col. 𝔑 . . . 𝔊 = *cum rebus humanis geritur.* G = *cum rebus humanis bene geritur.*

*Quaeramus ergo quid optimum factu sit* = A. mD = *Quaeramus ergo quid optimum factum sit.* Ex. Fac. et Prim. = *quid optimum factu sit.* BE Bong. ex Cui. P3. Col. 𝔏4. . . . 𝔅o = *Quaeramus quid optimum factum sit.* GD P2. 4. Ort. 𝔑 . . . 𝔏𝔍u = *Quaeramus quid optime factum sit.* D = *numquid usitatiss.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *et quod nos in poss.* GE Bong. Col. P4. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 = *in possessionem.* probat Grut. Rell. ∾. 𝔑 . . . 𝔅 = *interprete.* GD (cr. ∾) E 𝔑 . . . 𝔊 = *Vulgus autem.*

*tam chlamydatos quam coronatos* = 𝔗 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔅o. Hoc Gron. interpretatur de sacerdotibus, illud de militibus Graecis, quales in comoediis spectabantur. BA (s. m.) mD

2 quam corouatos uoco. Non enim colorem uestium quibus praetexta sunt corpora adspicio. oculis de homine non credo: habeo melius et certius lumen quo a falsis uera diiudicem. Animi bonum animus inueniat. hic, si umquam respirare illi et recedere in se uacauerit, o quam sibi ipse uerum tortus a se fatebitur ac dicet: Quicquid feci adhuc infectum esse mallem. quicquid dixi cum recogito, in multis rideo. quicquid optaui inimicorum exsecrationem puto. quicquid timui, di boni, quanto
3 leuius fuit quam quod concupiui? Cum multis inimicitias gessi et in gratiam ex odio, si modo ulla inter malos gratia est, redii: mihi ipsi nondum amicus sum. Omnem operam dedi, ut me multitudini educerem et aliqua dote notabilem facerem: quid aliud quam telis me opposui et maliuolentiae quod morderet ostendi? Uides istos qui eloquentiam laudant, qui opes sequuntur, qui gratiae adulantur, qui potentiam extollunt? omnes aut sunt hostes aut quod in aequo est esse possunt. Quam magnus

P2. 4. Col. Ort. 𝔑 = *tam clamidatos quam coronatos.* Apud A prior scriptura prorsus abrasa est. G P3. = *tam clamitatos quam coronatos.* quod velim accuratius examines. DE = *tam dampnatos quam coronatos.* Grut. ex ed. Veneta tum (a.1594.) centum annorum laudavit *coloratos:* at in ed. Veneta II. a. 1492. legitur *coronatos.* Primam Venetam a. 1490. aut tertiam a. 1503. inspicere nunc non licet. 𝔐 ... 𝔏4. = *tam chlamydatos quam coronam.*

2. *praetexta sunt corpora* = BAD. E = *praetesta sunt corpora.* G 𝔑 ... 𝔚o = *praetexta corpora sunt.*

*et certius* = BGADE. 𝔑 ... 𝔚o = *certiusque.* P3. 4. 𝔈1. = *Hic si nunquam.*

*respirare illi et recedere in se* = B GA. D = *resp. illi et in se recedere.* E = *respicare* [n.] *et in se recedere.* 𝔑 ... 𝔅 = *ille resp. et rec. in se.* 𝔈1. ... 𝔚o = *illi resp. et rec. in se.* m𝔈1. = *expicare.* 𝔑 ... 𝔅 = *o quam si ipse.* D (cr. ∾) = *totus a se fatebitur.* E = *ac diceret.* 𝔐 — *Quicquid feci ... mallem.* G(cr. ∾) = *Quicquid fecit.* B — *quicquid dixi ... in multis rideo.* G(s∾) = *non recogito.* Col. = *cum regito* [?]. *In m.*

*in multis rideo* = mD ci. Lips. Lips. ci. etiam = *in multis rubeo.* GADE Col. P2. 3. 𝔑 ... 𝔏4. = *in multis video.* P4. = *multis invideo.* Grut. ci. 𝔊ro ... 𝔚o = *mutis invideo.*

*quanto levius fuit* = BGADE P2. 4. Col. Ort. cod. Lips. cod. Dal. 𝔑 ... 𝔈2. 𝔊ro 𝔅1. 𝔚o. mG ex. Fac. et Prim. P3. 𝔈 ... 𝔏4. 𝔑u 𝔅2. = *quanto melius fuit.* G(s∾) D(m∾) E P3. 4. — *quod* post *quam.* G = *concupii.* B = *cupii.* E = *cupi.*

3. 𝔑 ... 𝔊 = *cum multis amicitias gessi* contra mstos etiam Pinc. Gr. DE = *nondum mihi ipsi.* DE = *educerem cum aliqua.* P2. Ort. 𝔑 ... 𝔈2. = *et aliquam dotem.* m𝔈2. = *aliquando rem.* P4. = *et aliqua dota.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G (cr. ∾) = *dote dotabilem.* D + *me notabilem.* 𝔑 ... 𝔅 = *etiam malivolentiae.* G(s.m.) = *mali violentiae.* D (cr. ∾) = *mordere ostenditur.* E = *morderer ostenditur.* B = *mordet.* A(s∾) — *istos* post *vides.* 𝔑 ... 𝔏 𝔍u + *Vides tu istos.* Rell. etiam Gr. ∾. B = *secuntur.* GDE 𝔑 ... 𝔈1. = *omnes autem sunt hostes* (in G haec verba quatuor sunt notata).

**mirantium tam magnus inuidentium populus est.** *III.* Quin potius quaero aliquod usu bonum quod sentiam, non quod ostendam: ista quae spectantur, ad quae consistitur, quae alter alteri stupens monstrat foris nitent, introrsus misera sunt. Quaeramus aliquid non in speciem bonum, sed solidum et aequale et a secretiore parte formosius. Hoc eruamus. nec longe positum est. inuenietur: scire tantum opus est quo manum porrigas. Nunc uelut in tenebris uicina transimus offensantes ea ipsa quae desideramus. Sed ne te per circumitus traham, aliorum qui- 2
dem opiniones praeteribo: nam et enumerare illas longum est et coarguere. nostram accipe. *nostram* autem cum dico, non adligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus: est et mihi censendi ius. Itaque aliquem sequar, aliquem iubebo sententiam diuidere: fortasse et post omnes citatus nihil inprobabo ex iis quae priores decreuerint et dicam, *Hoc amplius censeo.* Interim quod inter omnis Stoicos conuenit rerum naturae adsentior: ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est. Beata est ergo uita conueniens naturae 3
suae: quae non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis suae, deinde fortis

D (m∾) — *mirantium tam magnus.*

Cap. III.

*aliquod usu bonum* = BGADE Bong. ex Cui. *usu* pro Dativo videtur accipiendum. ℜ . . . 𝔅o = *aliquid usu bonum.* BG = *quam sentiam.* sG = *nunc quod ost.* ℜ . . . 𝔅 — *quod* ante *ostendam.* BG = *atque consistitur.* D = *adque consistunt.* E = *sperantur atque consistunt.* ℜ . . . 𝔈1. = *aliquod non in specie bonum.* Rell. omnes = *aliquid.* Ort. 𝔈2. = *aliquid non in specie bonum.* P2.3. = *in spem bonum.* G (cr.∾) = *in speciem boni.* Pinc. v. l. + *in solidum et aequale.* 𝔈2. . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *solidum et aequabile* contra mstos etiam Gr. Tronc. Verd. D(cr.∾) E = *positum est invenire.* Steph. (ad Dalech. Ep. 35.) ci. + *cito invenietur.* G (s.m.) D(s.m.) = *scire tamen.* D(cr.∾)E = *nec velut in tenebris.* D = *vicia transimus.*

*ea ipsa quae* = BAD (s.m.) Col. P3. GDE P2. 4. ℜ . . . 𝔈1. — *ea.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *in ipsa quae.*

2. *circumitus* = A. D (p.m.) = *circuimus.* BGD(s.m.) Eℜ . . . 𝔅o = *circuitus.* G (cr.∾) = *nostram accipere.*

*nostram autem* = AmD. D — *autem.* BGE ℜ . . . 𝔅o = *Nostram vero.* G(s∾) — *cum* ante *dico.* B G(s.m.) = *ad unum aliquod.* ℜ . . . 𝔈1. = *censendi vis.* E = *Itaque aliquem sequatur.* B = *aliquem video sententiam.* D (m∾) = *aliquem videbo sent.*

*ex iis quae* = A. BGA (s.m.) D E ℜ . . . 𝔅o = *ex his* vel *hiis quae.* E = *etiam dicam.* ℜ . . . 𝔈1. = *Haec amplius.*

*inter omnis* = B. D — *omnis.* G mD ℜ . . . 𝔅o = *inter omnes.* AE n. l. GDE Pall. Ort. ℜ . . . 𝔈1. = *r. n. assentio.* BA Col. ∾. Hic locus suspectus est Stephano Prood. I, 5.

3. *quae non aliter* bis habet G.

*deinde fortis* = BGADE Pinc. v. l. Gr. 𝔊ro 𝔅2. ℜ . . . 𝔈2. + *deinde*

ac uehemens, tunc pulcherrima et patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie. tum aliarum rerum quae uitam instruunt diligens, sine admiratione cuius-
4 quam usura fortunae muneribus, non seruitura. Intellegis, etiam si non adiciam, sequi perpetuam tranquillitatem, libertatem depulsis iis quae aut inritant nos aut territant. Nam uoluptatibus et pro illis quae parua ac fragilia sunt et in ipsis flagitiis noxia ingens gaudium subit, inconcussum et aequale. tum pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine: omnis enim ex infirmitate feritas est. IV. Potest aliter quoque definiri bonum nostrum, id est eadem sententia, non iisdem conprehendi uerbis. Quemadmodum idem exercitus modo latius panditur, modo in angustum coartatur et aut in cornua sinuata media parte curuatur aut recta fronte explicatur, uis illi, utcumque ordinatus est, eadem est et uoluntas pro iisdem partibus standi: ita

*sit fortis.* Pinc. ci. 𝔊...𝔏4. 𝔚1. 𝔑u 𝔚o + *deinde si fortis.*

*tunc pulcherrima* = BGADE. 𝔑...𝔚 — *tunc.* 𝔈1....𝔚o = *tum pulch.* 𝔑...𝔚 + *et patiens anxii.* unde fieri posse *auxilii* Erm. notat. D + *et apta,* E = *corpori suo pertinentibus.* B = *pertinentium que.*

*non anxie. tum aliarum rerum* = BAE. G = *non auxit tamen al. r.* (mG = *et al. rer. contemplationem*). D = *non anxie tamen ad al. rer. contemplationem quae vitam.* P2. = *non anxie et ad aliarum rer. contemplationem q. v.* P4. = *non anxio cum aliarum rer. quae v.* Col. = *non anxia; cum aliarum rer. quae.* probat Grut., modo scribatur *tum.* Ort. + *tum et aliarum rerum contemplationi.* 𝔑...𝔈1. = *non anxia tamen illarum rerum quae.* 𝔈2....𝔊 = *non anxie tamen illarum rer. q.* 𝔐...𝔏3u — *aliarum.* P3. 𝔏4....𝔚o = *non anxie tamen: aliarum r. q.* E(s∾) Pinc. v. l. P2. 4. Ort. 𝔑...𝔚 = *cuiusque.* 𝔈1. 2. = *cuiuscunque.* Rell. etiam Col. P3. Pinc. ci. ∾. G = *muneribus non servatam.*

4. D(m∾)E = *Intelligis que si non.*

*depulsis iis* = A. BGDE 𝔑...𝔚o = *depulsis his* vel *hiis.* sGD (n.) E + *aut territant nos.* 𝔑...𝔈1. = *aut tentant nos* (𝔑 = *temptant*).

*Nam voluptatibus* = BGADE 𝔑...𝔚. 𝔈1....𝔚o + *Nam pro voluptatibus.* 𝔑...𝔚 = *etiam pro illis.* 𝔑...𝔊 = *aut fragilia.* B P2. 4. Ort. = *et ipsis flagitiis* om. *in.* P3. = *et hiisdem flagitiis.* Col. = *et ipsis flagitiis obnoxia.*

*et aequale* = BGAD (s.m.) E Gr. 𝔑...𝔈1. 𝔏4. D = *et inaequale.* 𝔈2....𝔚o (exc. 𝔏4.) = *et aequabile.* GE P4. Ort. 𝔈1....𝔊 = *et pax cum concordia.* D (m∾) = *et pax concordia.* P2. = *capax et concors est animi magnitudo.* P3. = *tunc alias cum pax et concordia.* Col. = *cum pax est. et concordia.* 𝔑...𝔚 = *et pax et c.* Rell. ∾. D(m∾) P4. — *animi.*

Cap. IV.

G(m∾) P2. 4. Tronc. Germ. 𝔑...𝔚 — *Potest ... conprehendi verbis.* B + *Potest etiam.* BmG — *quoque* post *aliter.* B = *idem eadem sententia.* mG = *cō eadem sent.* A = *non idem conpr.* mG = *non eundem compr.* mG = *et aut in cortina.* G (m∾) = *in cornua firmata.* 𝔑 = *in cornua sumata.* 𝔛𝔚 = *summata.* G = *vix illi utcunque.* G (s∾) — *et* ante *voluntas.* B G 𝔑...𝔐 = *pro eisdem partibus.*

finitio summi boni alias diffundi potest et exporrigi, alias colligi
et in se cogi. Idem itaque erit, si dixero: Summum bonum 2
est animus fortuita despiciens, uirtute laetus, aut, Inuicta uis
animi, perita rerum, placida in actu, cum humanitate multa et
conuersantium cura. Libet et ita finire, ut beatum dicamus ho-
minem eum cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque
animus: honesti cultor, uirtute contentus, quem nec extollant
fortuita nec frangant. qui nullum maius bonum eo quod sibi 3
ipse dare potest nouerit. cui uera uoluptas erit uoluptatum con-
temptio. Licet, si euagari uelis, idem in aliam atque aliam fa-
ciem salua et integra potestate transferre. Quid enim prohibet
nos beatam uitam dicere liberum animum et erectum et interri-
tum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum, cui
unum bonum sit honestas, unum malum turpitudo? Cetera uilis 4
turba rerum nec detrahens quicquam beatae uitae nec adiciens,
siue auctu ac detrimento summi boni ueniens ac recedens. Hoc
ita fundatum necesse est, uelit nolit, sequatur hilaritas continua
et laetitia alta atque ex alto ueniens, ut quae suis gaudeat nec
maiora domesticis cupiat. Quidni ista bene penset cum minutis
et friuolis et non perseuerantibus corpusculi motibus? quo die
infra uoluptatem fuerit et infra dolorem erit. V. Uides autem

*finito summi boni* = A. BG 𝔑 ... 𝔈1. = *diffinitio s. b.* E = *differo summi boni.* D 𝔈2. ... 𝔅o = *definitio s. b.* 𝔑 ... 𝔖 = *potest et porrigi.*

*Idem itaque erit* = A 𝔐 ... 𝔏4. D = *Idem utique erunt.* BGD(s. m.) E Gr. 𝔑 ... 𝔖 𝔖ro ... 𝔅o = *Idem utique erit.*

2. *Libet et ita finire* = GA. BDE = *Libet itaque finire.* 𝔑 ... 𝔖 = *Libet itaque definire* (𝔑 ... 𝔈1. = *diffinire*). 𝔐 ... 𝔅o = *Libet et ita definire.* BmGDE 𝔑 ... 𝔖 = *illum cui nullum bonum.* G = *illum clui* vel *dui.* A 𝔐 ... 𝔅o ∾. B = *non extollant.* G = *non extollent.* DE 𝔑 ... 𝔖 = *non extollunt.* A 𝔐 ... 𝔅o ∾. 𝔑 ... 𝔖 = *nec frangunt.* Rell. ∾.

3. 𝔈1. ... 𝔖 = *sibi ipsi* contra iustos etiam Piuc. Gr. G — *cui vera voluptas erit.* 𝔑 ... 𝔅 = *cui natura voluntas erit.* GA (cr. ∾) P2. 4. 𝔑 ... 𝔅 = *voluptatum contentio.* D(cr. ∾) = *voluptatum contemptum.* P3. = *vol. contemptus.* BE Col. ∾. G(m ∾) — *atque aliam.* E + *atque in aliam.* 𝔑 ... 𝔖 = *nos beatum dicere.* G P3. = *vitam beatam ducere.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*cui unum bonum sit* = BGADE P2. 4. Col. Ort. 𝔑 ... 𝔖 = *cui unum bonum fit hon.* 𝔐 ... 𝔅o — *sit.* quod Grutero quoque suspectum.

4. G (m ∾) = *ut detrahens quicquid.* sG ex. Fac. et Prim. = *detrahet.* D = *quicquam beatam vitam.* A(cr. ∾) = *adicies.* B(s ∾) = *sine actu.* A(cr. ∾) = *venies.*

*Hoc ita fundatum* = A. spectat ad *summum bonum.* BGDE = *Hoc itaque fundatum.* 𝔑 ... 𝔅o = *Hunc ita fundatum.* G = *Qui diu ista.* 𝔑 ... 𝔅 = *Quid in ista perisset bene.* 𝔈1. = *Quid ne.*

*bene penset* = BA. GDE 𝔈1. ... 𝔅o = *penset bene.* E 𝔑 ... 𝔅 = *cum inimicis et frivolis.* 𝔑 ... 𝔅 = *in dolore erit.*

quam malam et noxiosam seruitutem seruiturus sit quem uolu-
ptates doloresque, incertissima dominia inpotentissimaque, alter-
nis possidebunt. Ergo exeundum ad libertatem est: hanc non
alia res tribuit quam fortunae neglegentia. Tum illud orietur
inaestimabile bonum, quies mentis in tuto conlocata et sublimitas
expulsisque terroribus ex cognitione ueri gaudium grande et in-
motum comitasque et diffusio animi: quibus delectabitur non ut
2 bonis, sed ut ex bono suo ortis. Quoniam liberaliter agere
coepi, potest beatus dici qui nec cupit nec timet beneficio ra-
tionis. Quoniam et saxa timore et tristitia carent nec minus
pecudes: non ideo tamen quisquam felicia dixerit quibus non
est felicitatis intellectus. Eodem loco pone homines quos in nu-
merum pecorum et animalium redegit hebes natura et ignoratio
3 sui. Nihil interest inter hos et illa, quoniam illis nulla ratio
est, his praua et malo suo atque in peruersum sollers. Beatus
enim nemo dici potest extra ueritatem proiectus: beata ergo
uita est in recto certoque iudicio stabilita et inmutabilis. Tunc
enim pura mens est et soluta omnibus malis, cum non tantum
lacerationes, sed etiam uellicationes effugerit, statura semper
4 ubi constitit ac sedem suam etiam irata et infestante fortuna uin-

Cap. V.

G = *quoniam malum*. D(s.m.) = *mala*.

*noxiosam servitutem* = BGADE Col. Ort. (Col. Ort. = *subiturus sit*, quod probat Grut.). D(s.m.) = *noxiosa servitute*. P2. 𝔑 ... 𝔚o = *noxiam servitutem*. P3. = *quam mala et noxia servitute serviturus*. P4. = [*noxiam servitutem?*] *servaturus*. D(s∾) — *sit* post *serviturus*. G (s.m.) 𝔑 ... 𝔚 = *quae voluptates*. E = *voluptas*. P4. = *incertissima dominis potentissima*. 𝔑 ... 𝔚 = *incertissima divina*. Germ. = *incertissimi domini*. 𝔐 = *incertissimae dominae impotentissimaeque* contra mstos etiam Gr. Lips. ci. = *inertissima*. BG 𝔑 ... 𝔚 = *alterius possidebunt*. mG = *alterne*. D(cr.∾) E = *possidebuntur*. G(s.m.) = *hanc nunc alia res*. G = *Tunc illud*. 𝔑 ... 𝔊 = *oritur*.

*in tuto conlocata* = BADE (BDE = *coll.*). G = *in tuto collata*. 𝔑 ... 𝔚 = *in tuto collocare*. 𝔈1. ... 𝔚o = *in tuto collocatae*. P3. = *expressisque terroribus*. G(m∾) D (m∾) E quidam codd. Pinc. P4. Trist. Scal. = *expulsisque doloribus*. sG = *expulsisque coloribus*. Pinc. ci. m𝔊 = *expulsisque erroribus*. P2. 𝔑 ... 𝔈1. = *comitansque*. P3. = *communicasque et diffusio*. G(s∾) = *delectabimur*. G(m∾) — *suo* post *bono*.

2. A = *nec tristitia*. sA = *nec non tristitia*. DE = *in numero pecudum*. 𝔏4. = *in numero pecorum*. G(m∾) = *habes natura*. A(s.m.) D = *ignorantia sui*.

3. G = *illis mala ratio est*. 𝔐 = *his parva et malo* contra mstos etiam Gr.

*extra veritatem*. Ruhk., noli, inquit, emendare *virtutem*. *veritas* enim est h. l. rectum certumque iudicium. GADE = *quae non tantum*. B𝔑 ... 𝔚o ∾. sG = *sed et vellicationes*. D (m∾) — *sed etiam vellicationes*.

4. G = *ubi consistit*. G = *irata est et festante*. mG = *etiam*

dicatura. Nam quod ad uoluptatem pertinet, licet circumfundatur undique et per omnes uias influat animumque blandimentis suis leniat aliaque ex aliis admoueat quibus totos partesque nostri sollicitet: quis mortalium cui ullum superest hominis uestigium per diem noctemque titillari uelit, deserto animo corpori operam dare? VI. Sed animus quoque, inquit, uoluptates habebit suas. Habeat sane sedeatque luxuriae et uoluptatum arbiter, inpleat se eis omnibus quae oblectare sensus solent. deinde praeterita respiciat et exoletarum uoluptatum memor exsultet prioribus futurisque iam inmineat ac spes suas ordinet, et dum corpus in praesenti sagina iacet, cogitationes ad futura praemittat: hoc mihi uidebitur miserior, quoniam mala pro bonis legere dementia est. Nec sine sanitate quisquam beatus est 2
nec sanus cui futura pro optimis adpetuntur. Beatus ergo est iudicii rectus. beatus est praesentibus qualiacumque sunt contentus amicusque rebus suis. beatus est is cui omnem habitum

*infestante.* BA = *quod ad volu n tatem.* G (m∾) — *pertinet.*

*e t per omnes vias* = AmD. BGDE ℜ . . . 𝔅o — *et.* B = *blandimentis s u i i s leniat.* P2. = *l i niat.* P3. 4. = *le v iat.* ℜ . . . 𝔅 = *alia q u a e ex aliis.* A (s.m.) = *a m moveat.* D = *a m mo n eat.* E = *admo n eat.* BGE = *tot a s partes q u a e.* D (m∾) ℜ . . . 𝔅 = *quibus tot a s q u e partes nostri soll.* (ℜ . . . 𝔅 = *sollicit e n t*). P2. = *quibus n o s tot a s q u e partes nostri.* P3. + *quibus totos partesque p a r s q u a m nostri.* P4. Ort. = *quibus tot a s partesque nostri.* Col. = *quibus tot a s partes nostri.* . 𝔈1. . . . 𝔐ℜ = *quibus tot a s q u o q u e partes nostri.* A Pinc. v. l. ∾. D + *sollicitet. n o n c u r a t. quis.* E + *sollicitet. N o n c u r a t quis.* 𝔈1. = *sollicit e n o n c u r a t. Quis.* G (cr.∾) D (cr.∾) E P4. Col. Ort. = *cui n u l lum superest.* P2. 𝔅2. = *n i s i cui n u l lum superest.* BA P3. ℜ . . . ℜu 𝔅o ∾.

Cap. VI.

*Sed animus quoque* = BGADE. ℜ . . . 𝔅o + *Sed e t animus quoque.* P2. Col. = *inq u i s.* G (n.) + *e t habebit.*

*s e d e a tque* = BGADE ℜ . . . 𝔏4. 𝔊ro . . . 𝔅o = *c e d a tque.*

*eis omnibus quae* = BGAD(s.m.) E (E = *omnibus q u e*). D + *eis o m n i bus omnibusque.* ℜ . . . 𝔅o = *omnibus eis quae.* G (cr.∾) = *et exole r a t u m voluptatum.*

*ac spes suas ordinet* = BA. GDE ℜ . . . 𝔅o = *ac spes ordinet suas.*

*futura praemittat.* Ab his verbis incipit V, cui folium est exsectum. Lips. ci. = *ad futur a m.* V = *h i c mihi.*

*videb i t u r miserior* = BGVA P2. 3. Col. ℜ . . . 𝔅. E = *vid e t u r* om. *miserior.* DP4. Ort. 𝔈1. . . . 𝔅o = *vi d e t u r miserior.* mD = *c e r t e vi d e t u r miserior.* BG — *legere.* Ort. = *bonis e g e r e dem. e.* P = *bonis a p p e t e r e dem. e.* P2. ℜ . . . 𝔖 = *bonis a m p l e c t i dem. e.*

2. BV Col. P2. 3. 4. ℜ . . . 𝔅 — *sine* ante *sanitate.* non improbat Grut. GADE ∾. BDE P2. 4. = *quisq u i s beatus est.* Ort. ℜ . . . 𝔅 = *quisq u e.* V — *nec sanus.*

*cui f u tura* = BGVADE ℜ . . . 𝔅. 𝔈1. . . . 𝔅o = *cui o f futura.*

*Beatus ergo est* = BGAD. VE ℜ . . . 𝔅o = *Beatus est ergo.* V = *qualiacunque s i n t.*

*beatus e s t is* = BGVAD Trist. Scal. ℜ. E — *is.* 𝔗𝔈2. . . . 𝔅o — *est.* 𝔅𝔈1. = *beatus h i s cui.* A + *habitumq u e.*

rerum suarum ratio commendat. uidet et in illis qui summum
bonum dixerint quam turpi illud loco posuerint. Itaque negant
posse uoluptatem a uirtute deduci et aiunt nec honeste quemquam
uiuere, ut non iucunde uiuat, nec iucunde, ut non honeste quo-
3 que. Non uideo quomodo ista tam diuersa in eamdem copulam
coniciantur. Quid est, oro uos, cur separari uoluptas a uirtute
non possit? uidelicet quia omne bonis ex uirtute principium
est: ex huius radicibus etiam ea quae uos et amatis et expetitis
oriuntur. Sed si ista indiscreta essent, non uideremus quaedam
iucunda, sed honesta: quaedam uero honestissima, sed aspera,
per dolores exigenda. VII. Adice nunc quod uoluptas etiam
ad uitam turpissimam uenit: at uirtus malam uitam non admit-

*videt et in illis qui summum bonum dixerint* = A. i. e. homo iudicii rectus videt etiam, quam turpi loco summum bonum posuerint ii, qui hoc in illis (voluptatibus) esse dixerint. B P2. 3. 4. = *Videat et in illis* [P2. 3. = *hiis*] *qui summum bonum dixerint.* G = *Videat et in illis qui summum* [m *bonum*] *dixerint.* V = *Videat et qui summum bonum in hiis dixerunt quam illud turpi loco posuerint.* D = *Videat* [m *Videte*] *et in illis qui summum bonum voluptatem dixerunt quam turpi illud loco* [Dal. =] *posuerunt.* E = *Videant et in illis qui summum bonum voluptatem dixerunt* [= Col.] *quam turpi illud loco posuerunt.* Ort. = *Vide atque in illis qui.* Scal. = *Videant et illi.* ℜ ... 𝔅 = *Videant et in illis* ∾. 𝔈1. 2. = *Vide autem et in illis qui summum bonum voluptatem dixerint.* Ex. Fac. et Prim. = *Videant qui in his summum bonum dixerunt.* 𝔈𝔊 = *Videant qui in his summum bonum voluptatem dixerunt.* 𝔐 ... 𝔅o = *Videant et illi, qui summum bonum voluptatem dixerunt.* V = *voluptatem posse.* G P4. Ort. ℜ ... 𝔈2. + *et a virtute.* P2. + *etiam a virtute.* Rell. etiam Pinc. v. l. P3. Col. ∾.

*deduci* = BGVADE Gr. ℜ ... 𝔈2. Pinc. ci. 𝔊 ... 𝔅o = *diduci.* V = *vivere quemquam.* Ort. = *ut non iucunde vivat, nec iucundus ut non honeste quoque.* E = *vivat. nec iocundum ut non honeste quoque.* ℜ ... 𝔅 = *nec honeste quemque vivere ut non iocunde, ut non honeste quoque* rell. om. 𝔈1. 2. = *nec honeste quemquam vivere ut non iucunde, nec iucunde ut non honeste quoque.* 𝔊 ... 𝔏𝔍u = *nec honeste quemquam vivere, ut non iucunde; nec iucunde, ut non honeste vivat* om. *quoque.* Rell. etiam Bong. Pinc. Gr. ∾.

3. *ista tam diversa* = 𝔐 ... 𝔏4. Non dubito, quin Mur. hanc scripturam ex nostro A duxerit, qui habet *istam diversa.* BGVA(s.m.) DE ℜ ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o — *tam.* probat Gron.

*quia omne bonis ex virtute* = B AD (s.m.) Bong. P2. Col. G Ort. = *quia omne bonum ex virtute* [= DE P4.] *praecipuum est.* Tronc. = *omne bonum.* Scal. = *praecipuum est.* V = *quia omne boni ea virtute.* P3. ex. Fac. et Prim. 𝔅2. = *quia omne boni ex virtute.* ℜ ... 𝔈2. = *quod omne bonis ex virtute.* 𝔊 ... 𝔐u 𝔅o = *quod omne boni ex virtute.* E — *ea* post *etiam.* BG (m∾) = *amatis et expeditis.* V = *appetitis.* DE = *tamen videremus.*

*quaedam iucunda, sed honesta* = A P2. 3. BG P4. Ort. ℜ ... 𝔅 = *quaedam iucunda et honesta.* VE 𝔈1. ... 𝔅o + *quaedam iucunda sed non honesta.* D Col. = *quaedam iucunda sed inhonesta.* BG (s∾) A = *honestissime.*

*per dolores* = BGADE Bong. ℜ ... 𝔈1. VsD 𝔈2. ... 𝔅o + *et per dolores.*

Cap. VII.

ℜ = *Addice nunc.* 𝔐 ... 𝔏𝔍u = *Addite nunc* contra mstos etiam

**tit. et infelices quidam non sine uoluptate, immo ob ipsam uo-
luptatem sunt: quod non eueniret, si uirtuti se uoluptas inmi-
scuisset qua uirtus saepe caret, numquam indiget. Quid dissi-
milia, immo diuersa conponitis? Altum quiddam est uirtus, ex-
celsum et regale, inuictum, infatigabile: uoluptas humile, ser-
uile, inbecillum, caducum, cuius statio ac domicilium fornices
et popinae sunt. Uirtutem in templo conuenies, in foro, in 2
curia, pro muris stantem, puluerulentam, coloratam, callosas
habentem manus: uoluptatem latitantem saepius ac tenebras
captantem circa balinea ac sudatoria ac loca aedilem metuen-
tia, mollem, eneruem, mero atque unguento madentem, pal-
lidam aut fucatam et medicamentis pollinctam. Summum bonum 3
inmortale est, nescit exire. nec satietatem habet nec poeniten-
tiam: numquam enim recta mens uertitur nec sibi odio est. nec
quicquam mutauit optima. At uoluptas tunc cum maxime dele-
ctat exstinguitur. non multum loci habet: itaque cito inplet et
taedio est et post primum inpetum marcet. Nec id umquam cer-
tum est cuius in motu natura est. ita ne potest quidem ulla eius**

Gr. P2. — *immo ob ipsam voluptatem.* 𝔗...𝔈2. = *ab ipsa voluptate sunt.* P3. = *ad ipsam v.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. P4. Col. Ort. ∾. V = *si se voluptas virtute sustentaret.* BGV (m∾) 𝔗...𝔈l. = *quia virtus saepe.* V + *Quid et dissimilia.* G = *Altum quidem est.*

*excelsum et regale* = BGVADE Gr. 𝔑...𝔊𝔚2. (B = *regnale*). 𝔐...𝔑𝔲𝔙𝔬 — *et.* D = *imbecille.* V = *et domicilium.*

2. *convenies* = A Bong. VmG = *in templo venientem.* BGDE 𝔗...𝔙𝔬 = *invenies.* D (m∾) — *muris...voluptatem.* B = *calas habentem.* sE P2. Col. = *callas habentem.* P3. = *call'as habentem.* A = *gallas habentem.* Bong ex Cui. = *g'allas habentem.* VmG + *manus invenies.* V + *voluptatem vero.* V — *saepius ac.* G = *ac tenebris.*

*circa balinea* = A. BGVA(s.m.) DE 𝔗...𝔙𝔬 = *circa balnea.* V = *atque sudatoria.* G Scal. + *etiam mollem.*

*pallidam aut fucatam* = mGA ex. Fac. et Prim. P3. Col. 𝔊𝔊 𝔏4.... 𝔙𝔬. B = *pallidam aut fuscatam.* P2. 4. = *callidam aut fucatam.* G = *calidam aut frigidam.* V = *pallidam atque fucatam.* D 𝔗... 𝔈2. = *pallidam ac fucatam.* E 𝔐 ...𝔏𝔷𝔲 = *pallidam, fucatam.*

*pollinctam* = A libri Mur. vetus ex. Steph. (Prood. II, 10.) 𝔐. BGVDE Gr. 𝔗...𝔊𝔏...𝔙𝔬 = *pollutam.*

3. Cod. Lips. = *nescit escire.* E = *nescit excidere.* A = *nec satietatem habet nec patientiam.* cui voci inscripta sunt haec. *i. e. non patitur.* 𝔗...𝔊 — *enim* post *numquam* contra mstos etiam Bong. 𝔈2. ...𝔊 = *recta mens uritur* contra mstos etiam Bong.

*nec quicquam mutavit optima* = B GVA Bong. P3. 4. Ort. 𝔐...𝔚1. E = *nec quisquam mutavit optima.* Col. = *nec quicquam mutabit optima.* D + *nec quicquam mutavit quia semper semper secuta est optima.* P2. 𝔗...𝔊𝔑𝔲...𝔙𝔬 + *nec quicquam mutavit, quia semper secuta est optima.* Gron. ci. = *nec quicquam mutavit a primo.* G = *ac voluptas.* 𝔊 = *Aut voluptas.*

*non multum* = VA. BGDE 𝔗 ...𝔙𝔬 = *Nec multum.* E = *multum ioci habet.* D (m∾) — *et* ante *taedio.* V = *marcet impetum.* D = *ita nec potest quidem nulla.* 𝔗...

esse substantia quod uenit transituе celerrime in ipso usu sui periturum. Eo enim peruenit ubi desinat, et dum incipit, spectat ad finem/ VIII. Quid, quod tam bonis quam malis uoluptas inest? nec minus turpes dedecus suum quam honestos egregia delectant. Ideoque praeceperunt ueteres optimam sequi uitam, non iucundissimam, ut rectae ac bonae uoluptatis non dux, sed comes sit uoluptas. Natura enim duce utendum est: hanc ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate uiuere et
2 secundum naturam. Hoc quid sit iam aperiam: Si corporis dotes et apta naturae conseruabimus diligenter et inpauide tamquam in diem data et fugacia, si non subierimus eorum seruitutem nec nos aliena possederint, si corpori grata et aduenticia eo nobis loco fuerint quo sunt in castris auxilia et armaturae leues. Seruiant ista, non imperent: ita demum utilia sunt menti. Incorruptus uir sit externis et insuperabilis miratorque tantum sui, fidens animo atque in utrumque paratus artifex uitae. Fiducia eius non sine scientia sit, scientia non sine constantia: ma-
3 neant illi semel placita nec ulla in decretis eius litura sit. Intellegitur, etiam si non adiecero, conpositum ordinatumque fore talem uirum et in iis quae aget cum comitate magnificum. Erit

𝔈 = *Ita non potest quidem ulla.* 𝔊 = *Ita non potest quidem nulla.* E — *ita ne . . . quod venit.* V = *eius ulla esse.* 𝔈1. 2. 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *transitu celerrime* contra mstos etiam Pinc. Gr. V 𝔗 . . . 𝔊 = *ubi desinit.* D (m∾) — *et* ante *dum.*

Cap. VIII.

D = *voluntas inest.* G (s∾) = *turpis.* BG P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *suum* post *dedecus.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. GVA = *delectat.* V = *veteres praeceperunt.* B = *perceperunt.*

*sit voluptas* = VA. BGDE 𝔗 . . . 𝔅o = *voluptas sit.* V + *et beate vivere.* BG = *Hoc quod sit iam.*

2. G = *et apte nature.* V = *et acta naturae.* BA = *in diem datam.* Col. = *in diem data et fugitiva.* V = *servitutem eorum.* V = *grata et advenientia.* P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *et armatura levis.* P3. = *et armatura leves.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G(m∾) = *nec imperent.* G = *ita deinde utilia.* V = *utilia sint.* G(cr.∾) = *sunt mentiti.* G V P4. Ort. = *vir sit exterius.* P3. = *vir sit interritus.* BG P2. 4. 𝔗 . . . 𝔊 = *miratorque sui tantum.* Col. = *imitaturque tantum veri.*

*fidens animo* = BGVADE P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 (𝔊 = *fidet*). 𝔐 . . . 𝔅o = *fidens animi.* GD (cr.∾) = *utrinque paratus.* Ort. = *in utraque paratus.* P4. = *atque utrumque paratus.* P2. = *ad utrumque paratus.* A(s∾) = *partus.*

*scientia non sine constantia* = BGVADE Pall. Ort. 𝔊ro . . . 𝔅o. Col. = *Fiducia eius neu scientia sit, non sine constantia.* 𝔗 . . . 𝔏4. — *scientia.* BG(s∾)ADE 𝔗𝔅 = *illi semel placida.* V = *in eius decretis.* A = *litora sit* (s.m. *sint*). D(cr.∾) E (cr.∾) = *litura sint.* G = *libera sit.* mG = *littera sit.*

3. E = *forte talem virum.*

*in iis quae* = A. VE = *in hiis quae.* BGD 𝔗 . . . 𝔅o = *in his quae.* A = *magnificum erat vera.* *Ratio*

**uera ratio sensibus insita et capiens inde principia: nec enim habet aliud unde conetur aut unde ad uerum inpetum capiat, in se reuertatur. Nam mundum quoque, cuncta conplectens rectorque uniuersi deus in exteriora quidem tendit, sed tamen in totum undique in se redit. Idem nostra mens faciat, cum secuta 4**
**sensus suos per illos se ad externa porrexerit: et illorum et sui potens sit. Hoc modo una efficietur uis ac potestas concors sibi et ratio illa certa nascetur non dissidens nec haesitans in opinionibus conprehensionibusque nec in persuasione. Quae cum se disposuit et partibus suis consensit et, ut ita dicam, concinuit, summum bonum tetigit. Nihil enim praui, nihil lubrici 5**
**superest. nihil in quo arietet aut labet. Omnia faciet ex imperio suo nihilque inopinatum accidet: sed quicquid agetur in**

*senibus inrita.* D = *magnificum erit vera* [m *errat natura. Ratio vero*] *sensibus insita.* E = *magnificum errat* [n.] *vera ratio vera* [n.] *senibus indita.* B = *magnificum erat actum. vera ratio vera senibus irrita.* G = *erat* [s *actum*] *vera ratio vera* [cr. *vero*] *senibus* [s *sensibus*] *irrita et* [hoc n.] *capiens* (s *capiat*). V = *magnificentie acturum vera ratio vero irrita est.* P3. = *magnificum erat, alias acturum vera, nam ratio nam senibus irrita.* P4. Ort. = *magnificum. Erat vera ratio vera senibus irrita.* Col. = *magnificaturum vera. Ratio ubi a sensibus irritata.* P2. 𝔗...𝔚o ∾. G(s.m.) VP3. — *ad* ante *verum impetum.* Col. = *aut unde verum impetu capiat.* mG Ort. = *impetum quam ut in se revertatur.* 𝔗...𝔚o + *et in se revertatur* contra mstos etiam Gr.

*Nam mundum quoque, cuncta conplectens* = BGA P4. Ort. + *Nam mundum quoque a cuncta complectens.* unde Grut. ci. + *Nam mundum quoque ac cuncta complectens.* quod fere probo. V = *Nam mundum cunctaque complectens.* E = *Nam mondum quoque cunota rectorque universi* om. *complectens.* DP2. 3. Col. 𝔗...𝔚o = *Nam mundus quoque* ∾. 𝔗...𝔈2. = *tendit et redit* rell. om. contra mstos etiam Pinc. Gr. DE = *reddit.*

4. A (cr. ∾) = *ad externam.* 𝔗...𝔈2. = *porrexit* contra mstos etiam ex. Fac. et Prim. Gr.

*et sui potens sit. Hoc modo* = BG VA P2. 3. 4. Col. Ort. 𝔗...𝔈2. D + *et sui potens sit. et ut ita dicam conitiat* [s.m. *connitiat*] *summum bonum. Hoc modo.* E + *et sui potens sit. et ut ita dicam convinciat summum bonum. Hoc modo.* Ex. Francisc. 𝔊...𝔚o + *et sui potens sit; et* (*ut ita dicam*) *devinciat* [𝔊 = *devincat*] *summum bonum. Hoc modo.* V = *efficitur una vis et potestas sibi concors.* GD (cr. ∾) E = *et ratio illi certa.* 𝔗...𝔈2. = *non diffidens nec.* Col. = *non dissuadens nec.*

*nec in persuasione* = VA Col. P3. BGDE 𝔗...𝔚o + *nec in sua persuasione.* D (m ∾) E — *cum* ante *se disposuit.* 𝔗...𝔊 = *se disponit.*

*concinuit* = A 𝔐R...𝔚o. Col. = *continuit.* BGV Pall. Ort. 𝔗...𝔊 = *concinit.*

5. B = *Nihil enim* $\overset{a}{p}$*tu.* G(m ∾) = *nihil subici* [cr. *subiti* = P2. Tronc. Scal. 𝔗...𝔈2.] *superest.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. A (s ∾) = *nihil in quo ariet.* mGV Ort. = *arietet aut labatur.* P3. = *aut labat, vel labatur.* V — *ex* ante *imperio.* G (s et m ∾) = *nihilque opinatum faciet. sed.* B + *faciet et allia lictera accidet.*

*sed quicquid agetur* = BGVADE

bonum exibit facile et parate et sine tergiuersatione agentis. Nam pigritia et haesitatio pugnam et inconstantiam ostendit. Quare audaciter licet profitearis summum bonum esse animi concordiam. Uirtutes enim ibi esse debebunt ubi consensus atque unitas erit: dissident uitia. IX. Sed tu quoque, inquit, uirtutem non ob aliud colis, quam quia aliquam ex illa speras uoluptatem. Primum non si uoluptatem praestatura uirtus est, ideo propter hanc petitur: non enim hanc praestat, sed et hanc, nec huic laborat, sed labor eius, quamuis aliud petat, hoc quoque adsequetur. Sicut in aruo quod segeti proscissum est aliqui flores internascuntur: non tamen huic herbulae, quamuis
2 delectet oculos, tantum operis insumptum est. aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit: sic et uoluptas non est merces nec causa uirtutis, sed accessio. nec quia delectat, placet, sed si placet, et delectat. Summum bonum in ipso iudicio est et habitu optimae mentis: quae cum suum inpleuit et finibus se suis cinxit, consummatum est summum bonum nec quicquam amplius desiderat. Nihil enim extra totum est, non magis quam ultra

Gr. 𝔗 . . . 𝔅o = *sed quicquid aget.* P2. — *in* ante *bonum.* P3. = *in bonum exiit.* A = *facile et parte* (s id est *parate*). G — *et haesitatio pugnam.* VP3. = *ostendunt.* P2. = *offendit.*

*audaciter* = BA. GVDE 𝔗 . . . 𝔅o = *audacter.* D (n.) + *et licet.* G = *animum concordiam.* G (s∾) = *debebant.* G(m∾) — *unitas.* V mG = *discedent vitia.* 𝔗𝔅 = *discident.*

Cap. IX.

VP3. Ort. = *Sed tu quoque dicis.* P2. Col. 𝔗 . . . 𝔖 = *inquis.* P4. = *Si tu quoque inquid.* B = *ab aliud.* G = *quia aliquem ex illa.* G (m∾) — *Primum non si voluptatem.* D (m∾) E — *non* post *Primum.* G = *praestituram.* G(s.m.) V = *praestitura.* Rell. ∾. Col. = *non enim ut hanc praestat ne huic laborat.* Ort. = *Non enim hanc praestat, sed habet nec huic laborat.* G (s∾) — *et* post *praestat, sed.* D (m∾) P2. 𝔗 . . . 𝔈2. — *et hunc.* E = *si hanc nec.* V — *hanc nec.* Rell. etiam exx. correctiora Pinc. P3. 4. Col. ∾.

*aliud petat* = BGVADE 𝔗 . . . 𝔖 𝔅1. . . . 𝔅o. 𝔐 . . . 𝔖ro = *aliud petet.* VE = *assequitur.* V + *Sicut et in arvo.* D = *Sic in arvo.* Apud G *Sicut* in litura est. 𝔗 = *Sicut in auro quod.* 𝔅𝔈1. = *Sicut in agro quod.* BA 𝔈1. = *segeti pro cissum est.* mGV P3. Ort. 𝔗𝔅 = *pro cisum.* mG P4. = *praecisum.* Scal. = *praescissum.* G = *s. percussum est.* P2. = *s. pretiosum est.* DE Col. ∾. G = *tantum opus.*

2. *sic et voluptas* = BGVDE Gr. 𝔖ro . . . 𝔅o. A = *si cum voluptas.* 𝔗 . . . 𝔏4. — *et.* G + *delectat et placet.*

*sed si placet, et delectat* = VA. BGDE 𝔗 . . . 𝔅o = *sed quia placet, delectat.* E — *in* ante *ipso iudicio.*

*quae cum suum inplevit* = BGVA Pinc. ex. domest. P3. 4. Col. Ex. Fac. et Prim. = *quem cum implevit.* P2. 𝔗 . . . 𝔖 𝔖ro . . . 𝔅1. = *quae cum sinum implevit.* Ort. + *quae cum sinum suum implevit.* DE cod. optimus Lips. 𝔐 . . . 𝔏4. + *quae cum suum habitum implevit.* Lips. ci. 𝔐u . . . 𝔅o + *quae cum suum ambitum implevit.* BG 𝔗 . . . 𝔖 = *Nihil est extra totum.* D (m∾) E — *enim* post *totum.* B = *ut magis quam.*

finem. Itaque erras, cum interrogas quid sit illud propter quod
uirtutem petam: quaeris enim aliquid supra summum. Interro- 3
gas quid petam ex uirtute? ipsam. nihil enim habet melius,
ipsa pretium sui. An hoc parum magnum est? Cum tibi dicam,
Summum bonum est infragilis animi rigor et prouidentia et sub-
tilitas et sanitas et libertas et concordia et decor: aliquid etiam-
nunc exigis maius ad quod ista referantur? Quid mihi uolupta-
tem nominas? Hominis bonum quaero, non uentris qui pecu-
dibus ac beluis laxior est. X. Dissimulas, inquit, quid a me
dicatur: ego enim nego quemquam posse iucunde uiuere, nisi
simul et honeste uiuit. quod non potest mutis contingere ani-
malibus nec bonum suum cibo metientibus. Clare, inquit, ac
palam testor hanc uitam quam ego iucundam uoco non sine ad-
iecta uirtute contingere. Atqui quis ignorat plenissimos esse
uoluptatibus uestris stultissimos quosque? et nequitiam abundare
iucundis animumque ipsum non tantum genera uoluptatis praua,
sed multa suggerere? In primis insolentiam et nimiam aestima- 2
tionem sui tumoremque elatum super ceteros et amorem rerum

V = *erras itaque*. G(m∾) V — *illud* post *quid sit*. V = *virtutem petas*. GD(m∾) D — *enim* post *quaeris*.

3. DE + *et interrogas*. Pinc. v. l. = *interrogans quid petam*. G Ort. 𝔗...𝔊 = *extra virtutem ipsam*. V Col. P3. = *ex virtute ipsa*. P2. 4. = *quid petam extra fortunam ipsam* (? nam idem Grut. male laudat ex 𝔈2.).

*nihil enim habet melius, ipsa pretium sui* = VA P2. 3. 4. Col. 𝔊ro ... 𝔚o. BG = ∾ *pretii sui*. D = *nihil enim habet aliud melius ipsa precii* [cr. *precium*] *sui*. E + *nihil enim habet melius. Est enim ipsa pretium sui*. 𝔗...𝔊 + ∾ *pretium sui est*. 𝔐...𝔏4. = *nihil enim est melius: ipsa pretium sui est*. DE P2. 4. Ort. 𝔗...𝔊 = *infrangibilis animi rigor*. Rell. etiam P3. Col. ∾. G = *rigor et prudentia*. 𝔗...𝔊 — *et* ante *subtilitas*. D (cr. ∾) E = *et subtili*. 𝔐 — *et subtilitas* contra mstos etiam Gr. D (m∾) — *et* ante *libertas*. E — *et concordia*. 𝔗...𝔏𝔍u — *et* ante *concordia* contra mstos etiam Gr. B = *et nunc exigis*. 𝔈2. ... 𝔚o = *etiamnum* contra mstos. G = *exigit*. BGD(cr.∾) E 𝔗...𝔈1. = *referuntur*. BV = *quod mihi voluptatem*.

Cap. X.

E (n.) = *P usimulas*. 𝔗𝔚 = *Dissimulas nunquid*. P2. = *inquis*. Ort. — *inquit*. G — *quid* post *inquit*.

*vivit* = BGADE Scal. VA(s.m.) 𝔗...𝔚o = *vivat*. G = *cito metientibus*. *clara*.

*inquit* = VAE exx. Francisc. Fac. et Prim. P3. Col. 𝔖𝔊. BD = *inquid*. GmD P2. 4. Ort. 𝔗...𝔈2. 𝔐...𝔚o = *inquam*. V — *ergo* ante *iucundum*. A = *non si adiecta*.

*Atqui quis*. Ita scribere non dubitavi. A = *At quiquis*. BGE 𝔗𝔚 = *At quisquis*. VD 𝔈1....𝔚o = *At quis*. V Pall. = *voluptatibus nostris*. BG P2. 4. = *stultissimos quoque*. 𝔗...𝔊 — *quosque*. AE P3. 4. Col. Ort. — *non tantum*. quod ferri potest, si scribatur: *et multa*. Gron. ci. = *animumque ipsum genera voluptatum* [an *voluptatis*?] *prava sed et multa*. BG = *sed multa suggere*.

2. GV = *insolertiam et nimiam*. E = *violentiam et iniuriam*. VD (cr.∾) E 𝔗𝔚 = *timoremque*.

*super ceteros* = BGVADE 𝔗𝔚. 𝔈1....𝔚o = *supra ceteros*.

**suarum caecum et inprouidum, delicias fluentis et ex minimis ac puerilibus causis exsultationem, iam dicacitatem ac superbiam contumeliis gaudentem, desidiam dissolutionemque segnis animi indormientis sibi. Haec omnia uirtus discutit et aurem peruellit et uoluptates aestimat, antequam admittat: nec quas probauit magni pendit (utique enim admittit) nec usu earum, sed temperantia laeta est. temperantia autem cum uoluptates minuat, summi boni iniuria est. Tu uoluptatem conplecteris, ego conpesco. tu uoluptate frueris, ego utor. tu illam summum bonum putas, ego nec bonum. tu omnia uoluptatis causa facis, ego nihil. Cum dico me nihil uoluptatis causa facere, de illo loquor sapiente cui soli concedis uoluptatem. XI. Non uoco autem sapientem supra quem quicquam est, nedum uoluptas. Atqui ab hac occupatus quomodo resistet labori et periculo, egestati et tot humanam uitam circumstrepentibus minis? quomodo conspectum mortis, quomodo doloris feret? quomodo mundi fragores et tantum acerrimorum hostium? an molli aduersario uictus? Quicquid uoluptas suaserit faciet. Age, non uides quam multa suasura sit? Nihil, inquit, poterit turpiter suadere, quia adiuncta uirtuti est. Non uides iterum quale sit summum**

*fluentis et ex* = ABVDE (BVDE = *fluentes*). etiam Gr. = *et ex minimis*. G = *fluentes ex ex*. 𝔗 ... 𝔅 = *fluentes ex*. V = *puerilibusque causis* [Col. =] *exsultantem*. Col. — *iam*.

*dicacitatem ac superbiam* = BGVA DE Pinc. v. l. Gr. 𝔗 ... 𝔐 + *dicacitatem et loquacitatem ac superbiam*. 𝔏 ... 𝔅o = *dic. et superbiam*. D (cr.∾) E = *animi in tormentis sibi*.

3. E = *virtus excutit*. BG(cr.∾) VAE P3. = *nec quasi probavit*. unde olim videbatur restituendum: *nec quas inprobavit*. Col. + *nec quas si probavit*. Ex. Franc. — *nec quas ... admittit*. D P2. 4. Ort. 𝔗 ... 𝔅o ∾. D (m∾) — *temperantia laeta est*. D (m∾) E — *bonum* post *summum*. B — *nec* ante *bonum*. V = *voluptatis causa omnia*. BGA — *facere* post *voluptatis causa*. de quo vide. D(m∾) — *sapiente ... quicquam* (XI, 1.). Col. = *concedo voluptatem*.

Cap. XI.

B = *necdum*. A 𝔗 ... 𝔊1. = *At qui ab hac*. E P2. 4. Scal. Trist. = *At ab hac*. Ort. = *Ac ab hac*. D = *At* [m *qui*] *ob hanc*. Rell. etiam P3. Col. ∾.

*et periculo* = BGVADE. 𝔗 ... 𝔅o = *ac periculo*. D + *et egestati*.

*doloris* = BGVA (Pall. Col.) 𝔗 ... 𝔑u 𝔅o. DE Ort. 𝔅2. = *dolores*. non improbat Grut. sG = *ferret*. BGV = *fert*. V = *et tot acerrimorum*. 𝔗 ... 𝔊 — *tantum*. G (m∾) — *hostium*.

*an molli adversario victus* = BA mD. GD P4. = *aut molli adv. v.* V P3. Col. = *a molli adv. v.* P2. Ort. 𝔗 ... 𝔊ro 𝔐 (ed. Par.) = *tam molli adv. victus*. 𝔐 (ed. Comm.) 𝔅1. ... 𝔅o = *a tam molli adv. v.* V = *Aie non vides*.

*Nihil, inquit* = BGVADE (D = *inquid*). mD 𝔗 ... 𝔅o = *Nihil, inquis*.

*turpiter suadere* = BGVADE. 𝔗 ... 𝔅o = *suadere turpiter*.

*Non vides* = BGVADE. 𝔗 ... 𝔅o + *Non tu vides*.

bonum cui custode opus est, ut bonum sit? Uirtus autem quo- 2
modo uoluptatem reget quam sequitur, cum sequi parentis sit,
regere imperantis? a tergo ponis quod imperat? Egregium au-
tem habet uirtus apud nos officium uoluptates praegustare. Sed
uidebimus an apud quos tam contumeliose tractata uirtus est
adhuc uirtus sit: quae habere nomen suum non potest, si loco
cessit. interim, de quo agitur, multos ostendam uoluptatibus ob-
sessos in quos fortuna omnia munera sua effudit, quos fatearis
necesse est malos. Adspice Nomentanum et Apicium, terra- 3
rum ac maris, ut isti uocant, bona conquirentis et super men-
sam recognoscentis omnium gentium animalia. Uide hos eos-
dem e suggestu rosae spectantis popinam suam, aures uocum

A = *cui custodem*. G (cr. ∾) = *cui custodes*.

2. 𝔗 . . . 𝔈1. = *quam sequatur*. V + *regere vero*.

*a tergo ponis* = Col. Scal. Tronc. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔚2. BGVAD (s.m.) Pall. = *at ergo ponis*. Ort. = *Ac ergo ponis*. DE = *At ergo potius quod imperat*. 𝔈2. . . . 𝔑u 𝔅o = *A tergo ponitis*.

*Egregium autem habet virtus apud vos* = BAE exx. Franc. Fac. et Prim. P3. Ort. 𝔏4. D Col. — *autem* post *Egregium*. V = ∾ *apud vos habet virtus*. P2. = *Egregium est autem virtutis apud vos*. G — *habet*. P4. = *Egregium autem virtus apud nos*. 𝔗 . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *Egregium autem virtutis apud vos* (𝔗 . . . 𝔊 = *apud nos*). 𝔗 . . . 𝔊 = *voluptates praestare* contra mstos etiam Bong. exx. Franc. Fac. et Prim. Gr. V = *contumeliose virtus tentata*.

3. A = *Nomentanum et Apicum*. VE = *Momentanum* [= P3. 4. Col. Ort.] *et Apicum*. BG = *Momentanum et Apicium*. D = *Momentanum et Apicion* (hoc cr. ∾). P2. = *Momentarium*. 𝔗𝔚 = *Momentaneum et Rapicium*. V = *et maris*.

*conquirentis et super mensam recognoscentis* = BGVADE (D p.m. = *conquerentis*). sG 𝔈1. . . . 𝔅o = *conquirentes* ∾ *recognoscentes* (P2. 𝔗 . . . 𝔈1. = *conquerentes*). Bong. P3. Col. Ort. = *concoquentes*. P4. = *concoquant*. 𝔗 . . . 𝔊 = *omnium generum animalia* contra mstos etiam Pinc. Gr.

4. E — *nec ante parent*. ℜ . . . 𝔅 = *non parent*. D = *nec paret f. nec spectet*. Barthius l. l. ci. = *nec capient s. portent f. nec spectent*. Pinc. „*exspectent* pro meliore lectione" existimat. Mss. etiam Gr. ∾. G = *non autem multos*. D = [m *in*] *multos paratus* (m *imperatus*). E P2. = *in multos paratus* (E = *patus*). Col. = *multos praeparatus*. Quaedam exx. Pinc. = *nec in multos paratus dies*. alia = *nec ante multos imparatus dies*. Pinc. ci. = *nec multos ante paratus dies*. BG P4. ℜ . . . 𝔏4. = *non ante multos paratus dies*. sGVA Bong. ex Cui. P3. mOrt. 𝔊ro . . . 𝔅o ∾. ℜ . . . 𝔈2. = *nihil habent* [P2. 3. Col. =] *accersiti pretio, sed*. V = *arcesiti pretio sed*. B = *accersita pretio sive*. Pinc. v. l. 𝔊𝔊 = *accersiti pretio sive*. A = *arcessiti pretio sive*. D = *arcessiti precio sed* (s.m. *preciosum*). GE P4. cii. Pinc. Lect. 𝔐 . . . 𝔅1. = *accersiti pretiosive*. Ort. = *accersiti pretiosi* om. *ve*. Pinc. v. l. = *ubi licet*. P4. = *ubique*. ℜ . . . 𝔈2. = *habilibus* [ℜ = *abilibus*] *non defuturus* (m𝔈2. ∾). Rell. etiam Gr. Pinc. ci. ∾.

*nec patrimonio nec corpori gravis, non rediturus* = A. B = *nec patrimonio nec corporis gravis* [P2. 3. Col. =] *non rediturus*. VE = *nec p. nec c. gravis* [P4. Ort. =] *nec rediturus*. G = *nec patrimonio gravis nec corpori gravi, non rediturus*. D = *nec patr. gravis nec corp. gravis. Nec rediturus*. ℜ . . . 𝔅 = *nec de patrimonio gravis nec corpori nec rediturus*. 𝔈1. . . . 𝔅o = *nec patr. gravis nec corp. nec rediturus*.

*qua intraverit* = BGVADE Gr. ℜ . . . 𝔅 = *quaque intervenit*. 𝔈1. = *quaque intervenerit*. 𝔈2. . . . 𝔅o = *qua intraverat*. Barthius l. l. ci. = *rusticis pateris*.

*sine ullo nomine artificis* = BGVA DE Bong. Pinc. v. l. Gr. Rom. Anic. Scal. Tronc. ℜ . . . 𝔅o + *sine ullo opere nomine artificis*. G = *maculorum*.

*dominorum elegantium* = BGE. A = *dom. elegantum*. VD ℜ . . . 𝔅o = *elegantium dominorum*. D = *ac mensa*. GE Rom. 2. Scal. = *sed in usu posita*. V = *ullius convivae*. E = *nec voluptatem*. G(s∾) = *accendit*. D (cr. ∾) = *accedat invidie*. V = *invidie*. E = *invidiam*.

5. BVE = *placuerint*. Rell. ∾. G ℜ . . . 𝔈1. = *perstringit*. BGVD E Bong. ex Cui. P2. 3. Col. Ort. ℜ . . . 𝔈1. = *paedagogi*. A = *paedagogii*. Agric. ci. 𝔈2. . . . 𝔊 = *paedagii*. P4. ∾. E = *diligentis*. ℜ . . . 𝔈1. + *de luxuria praedictorum diligentius*.

*quam in tralatu vestita* = BA mD Bong. cod. Iur. 𝔊ro . . . 𝔅o (BA mD = *intra latu*. Bong. adiicit: „ut in transitu etc. ut in seductu"). G V P2. 3. Col. = *quam intra lc vestita*. D = *quam intra lar*

uestita et auro culta mancipia et agmen seruorum nitentium. iam domus etiam qua calcatur pretiosa et diuitiis per omnes angulos dissipatis tecta ipsa fulgentia et adsectator comesque patrimoniorum pereuntium populus. Quid perlucentis ad imum aquas et circumfluentes ipsa conuiuia, quid epulas loquar scena sua
6 dignas? Circumfudit me ex longo frugalitatis situ uenientem multo splendore luxuria et undique circumsonuit. Paulum titubat acies: facilius aduersus illam animum quam oculos adtollo. Recedo itaque non peior, sed tristior. nec inter illa friuola mea tam altus incedo tacitusque morsus subit et dubitatio numquid illa meliora sint: nihil horum me mutat, nihil tamen non concutit. Placet uim praeceptorum sequi et in mediam ire rempublicam. placet honores fascesque non scilicet purpura aut uirgis adductum capessere, sed ut amicis propinquisque et omni-

del.] *vestita.* E P4. = *quam intra larum vestita.* Ort. = *diligentius iam inter latus vestita.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *quam iam intra latus vestita.* Pinc. v. l. = *quam intra larem vestita.* non improbant Grut. Lips. Agric. ci. = *quam intra privatum vestita.* Pinc. ci. = *quam in privato lare vestita.* 𝔖 . . . 𝔏4. = *quam iam intra privatum larem vestita.* Cod. Lips. = *quam intra lacum vestita.* Lips. ci. = *diligentiusque iam intra larem vestita.* 𝔑 . . . 𝔅 = *et a gratia* [𝔑 = *a gracia*] *servorum.* mD 𝔑 . . . 𝔖 = *etiam quae calcatur* contra mstos etiam Bong. Gr. (Ort. = *culcatur*). G (cr. ∾) = *per omnes angelorum.* E = *terra ipsa fulgentia.* E = *adsectatorum.* 𝔑 . . . 𝔖 = *assentator* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr.

*perlucentis* = BG. V 𝔈2. . . . 𝔚o = *perlucentes.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *prolucentes ad rivum.* ADE n. l. D = *epulas loquatur.* G = *loquar seva sua.* DE + *scena sua est.* Col. = *coena sua dignitas* (etiam P4. = *dig̃tas*). D = *digna* (s a s. m.). B (cr. ∾) G (cr. ∾) E = *dignitas.* mD = *secta sua dignitas.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *scenas sua dignitate dignas.* m𝔈1. = *Coenis sua est dignitas.*

6. P4. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 = *Circumfundit.* E = *veniente tumultu splendore.* G = *multus.* B (cr. ∾) = *multos.* V = *Paululum titubat.* 𝔑 . . . 𝔅 = *titubans acies.* V = *adversus illa animum.* V (lit.) = *inter ulla frivola.* D (m∾) — *illa.*

*tam altus incedo* = BGVADE P2. 4. Col. Ort. 𝔑 . . . 𝔖 𝔖ro . . . 𝔚o. P3. mm𝔈1. 2. = *cum altus incedo.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *tam laetus incedo.* G 𝔑 . . . 𝔈2. = *tantusque morsus.* E = *nũsquam morsus.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. V = *et dubitatio subit.* A = *nuncquid illa.* D (cr. ∾) E = *Non quod meliora sint.* 𝔑 . . . 𝔅 = *meliora sunt.* D (cr. ∾) = *nihil horum metat.* E — *horum.* A (cr ∾) = *non tamen concutit.* A = *Placet in. praeceptorum.* D = [m *placet*] *inde praeceptorum.* E = *vide viamque praeceptorum.*

*non scilicet purpura aut virgis adductum.* Ita scribendum videtur. BVA Pall. Col. = *non scilicet purpura aut virgis abductum.* quod poterat defendi, ut esset idem atque *abreptum*, vel *seductum* a proposito. Ort. = *non scilicet purpura aut et virgis abductum.* G = *non simul purpura aut* [hoc n.] *et virgis adductum.* D = *non purpura aut aureis virgis obductum* (m *sceptrum*). E = *non scilicet purpura aut aureis virgis obductum.* 𝔑 . . . 𝔅 = *non si*

**bus ciuibus, omnibus deinde mortalibus paratior utiliorque sim. Promptus, conpositus sequor Zenona, Cleanthen, Chrysippum: quorum tamen nemo ad rempublicam accessit et nemo non misit. Ubi aliquid animam insolitam arietari percussit, ubi aliquid occurrit aut indignum, ut in omni uita humana multa sunt, aut parum ex facili fluens, aut multum temporis res non magno aestimandae poposcerunt, ad otium conuertor et quemadmodum pecoribus fatigatis quoque uelocior domum gradus est, placet intra parietes suos uitam coercere. Nemo ullum auferat diem nihil** 8

*purpura aut et virgis abductum.* 𝔊1. = *non purpura aut aureis virgis abductum.* 𝔊2. . . . 𝔊 𝔏 . . . 𝔏4. = *non purpura aut aureis virgis adductum.* Pinc., In quibusdam, inquit, codd. verbum *aureis* non habetur. In aliis *abductum*, non *adductum* et *compescere*, non *capessere*. Lips. olim (Electt. I, 23.) ci. = *laureis virgis:* sed postea utrumque (*aureis* et *laureis*) voluit abiectum. Bong. notat alios legere *virga*. Bong. 𝔐 𝔊ro . . . 𝔅o — *scilicet*. G = *compescere, sed ut*. V Gr. 𝔑 = *capescere*. G — *et* ante *omnibus*. 𝔑 . . . 𝔊 = *propinquis ve*.

7. *Promptus, conpositus sequor Zenona, Cleanthen*. Ita scribendum. A = *promptus sim positus sequor Zenona Cleanthen* (etiam Bong. = *Zenona*). B = *promptus sim positus sequar Zenona Cleanthen* (s.m. *Cleanthem*). G = *propitius sim positus sequor et* [n.] *Zenonem Cleanthem*. V Col. = *promptus compositusque sequor Zenonem Cleanthem*. D = *promptius* [m *al' propius al' promptus compositus*. ibidem suppletur *positus*] *sequor et Zenonem Cleanthem*. P3. = *Promptus compositus sequor Zenonac* etc. Anic. Tronc. certe = *promptus compositus*. Ort. 𝔑 . . . 𝔊1. = *promptus compositus. Sequor Zenonem* etc. (𝔑 . . . 𝔊1. = *Cleantem*). P2. 𝔊𝔊 = *Propius positus sequor Zenonem Cleanthem*. P4. = *Propior sim positus sequor et Zenonem Cleanthem*. 𝔊2. = ∾ *Zenonem, Cleanthem*. Pinc. v. l. 𝔐 . . . 𝔏4. = *propius positus. Sequor Zenonem, Cleanthem*. 𝔊ro . . . 𝔅1. = *propius compositus. Sequor Zenonem, Cleanthem*. Lips. *compositus* non improbat. 𝔑u . . . 𝔅o = *Propius compositus sequor Zenonem, Cleanthem*. B = *quorum cum nemo*.

*et nemo non misit* = BGVAmDE Bong. Pinc. v. l. Gr. 𝔑 . . . 𝔅 m𝔊2. D — *non*. 𝔊1. . . . 𝔊 = *et nemo non omisit*. 𝔐 . . . 𝔅o — *et* ante *nemo*.

*Ubi aliquid animam insolitam arietari percussit* = BGAmD Bong. ex Cui. Pinc. v. l. mOrt. cod. Iur. VE = ∾ *permisit*. D = [m *ubi*] *aliquid animam insolitam arietari permisit*. P3. Col. = *Ubi animam insolitam arietari permisit* om. *aliquid* (?). P4. = *Ubi aliquid animam insolitum erietari percussit*. Ort. — *aliquid*. P2. = *Ubi aliquid animam insolutam arietari permisit*. 𝔑 = *aliquam animam insolitum arietari permisit* om. *Ubi*. 𝔗𝔅 = *aliquam animam insolitam arietari permisit*. 𝔊1. = *nisi aliquam animam insolitam arietari permisit*. 𝔊2. . . . 𝔏4. = *Ad quam cum animum insolitum arietari* [𝔐 = *arietare*] *permisi*. Lips. ci. 𝔊ro . . . 𝔅o = ∾ *animum insolitum* ∾. D (cr. ∾) E = *aut in omni*. G — *ut in omni*. V = *multa sint*. E — *ex facili*. BGAD Gr. 𝔑 . . . 𝔊1. = *rei non magno aestimandae*. VE = *res non magno aestimandum*. mD 𝔊2. . . . 𝔅o ∾. 𝔑 . . . 𝔅 = *praeposcerunt*. D (cr. ∾) E 𝔊1. = *posuerunt*. 𝔑 . . . 𝔊1. = *velocior demum*. V = *domum ingressus est*. BGVDE = *inter parietes*. A 𝔑 ∾. B = *vitam cohercere*. G(s∾) = *vitam coercere*. D = *vitam coherrere*. E = *vitam crescere*.

dignum tanto inpendio redditurus. sibi ipse animus haereat, se
colat, nihil alieni agat, nihil quod ad iudicem spectet. ametur
expers publicae priuataeque curae tranquillitas. Sed ubi lectio
fortior erexit animum et aculeos subdiderunt exempla nobilia,
prosilire libet in forum, commodare alteri uocem, alteri operam,
etiam si nihil profuturam, tamen conaturam prodesse, alicuius
9 coercere in foro superbiam male secundis rebus elati. In stu-
diis puto mehercules melius esse res ipsas intueri et harum causa
loqui, ceterum uerba rebus permittere, ut qua duxerint hac ine-
laborata sequatur oratio. Quid opus est seculis duratura con-
ponere? Uis tu non id agere, ne te posteri taceant? morti
natus es: minus molestiarum habet funus tacitum. itaque oc-
cupandi temporis causa, in usum tuum, non in praeconium ali-
quid simplici stilo scribe: minore labore opus est studentibus in
10 diem. Rursus ubi se animus cogitationum magnitudine leuauit,
ambitiosus in .uerba est altiusque ut sperare ita eloqui gestit et
ad dignitatem rerum exit oratio: oblitus tum legis pressiorisque

8. DE + *ut nemo.* V = *tanto imperio redditurus.* G Rom. Dal. = *sibi ipsi animus.* V = *sibi enim animus.* D (m∾) 𝔑 ... 𝔈1. = *habeat, se colat.* B = *hererent, se colat.* G = *privataque.* A = *cura et tranquillitas.* D (m∾) — *et aculeos.* 𝔑 ... 𝔖 — *et* ante *aculeos* contra mstos etiam Bong. V = *subdiderint.* E = *addiderunt.* D(m∾) E 𝔑 ... 𝔅 = *commendare alteri.* D + *et alteri operam.*

*etiam si nihil profuturam* = BA (s.m.) DE Bong. A = *etiam nihil prof.* om. *si.* GV 𝔑 ... 𝔅o = *etsi nihil prof.* V = *cōnaturam.* 𝔑 ... 𝔅 = *alicuius prodesse coercere.* 𝔈1. ... 𝔏4. = *alterius coercere* contra mstos etiam Pinc. P2. 3. Col. Ort. Scal. P4. — *alicuius ... superbiam.*

9. 𝔏 ... 𝔏4. = * *In studiis.* Nam Lips. hic defectum aut confusionem odorari videbatur.

*mehercules* = VA. BG (DE) 𝔑 ... 𝔅o = *mehercule.* G = *cetera verba rebus.* V = *rebus committere ut que dixerint.* P2. = *rebus praetermittere.* Col. = *rebus promittere.* B = *Quid opus est sed eris d.* BGA(s∾) E = *durata conponere.*

*Vis tu non id agere* = BGVAE P3. 𝔑 ... 𝔅1. D = *Vis tu id non* [m ne] *agere.* P2. = *Vix tu non id agere.* P4. Ort. = *Vis tu vero id agere.* Anic. = *Vis tu nunc id agere, quod posteri non taceant.* m𝔈2. 𝔑u ... 𝔅o = *Vis tu nunc id agere.* Col. = *Vis tu id agere* om. *non.* quod probo. E = *vere posteri tacent.* A = *morti natus est.* BGD (m∾) E = *occupandi corporis causa.* G — *labore.*

10. *cogitationum magnitudine* = sGVADE Bong. omnes codd. Pinc. Col. Ort. Anic. Scal. B = *cogitationem magnitudinem.* G = *cogitatione magnitudine.* P3. = *cogitationibus magn.* P2. 4. 𝔑 ... 𝔅o = *cogitationis magnit.*

*ut sperare* = BGVAD (s. m.) E Bong. omnes codd. Pinc. Gr. Tronc. Anic. Scal. 𝔑 ... 𝔐. 𝔈1. ... 𝔅o = *ut spirare.* probat Grut. D = *ut superare.* E = *elequi stetit.* E = *exit ratio.* 𝔐 = *exsurgit oratio.* Col. = *ex* [it] *oratio.* Ex. Fac. et Prim. = *exigitur oratio.* Rell. etiam Gr. ∾. BGVDE P2. 4. Ort. 𝔑 ... 𝔈1. = *oblitus tamen* (BG = *tñ*). P3. = *oblitus tui.* Col. = *oblitus cum.* mD = *oblitus tam.* A ∾. V — *legis.*

iudicii sublimius feror et ore iam non meo. Ne singula diutius persequar, in omnibus rebus haec me sequitur bonae mentis infirmitas: cui ne paulatim defluam uereor, aut quod est sollicitius, ne semper casuro similis pendeam et plus fortasse sit quam quod ipse peruideo. Familiariter enim domestica adspicimus et semper iudicio fauor officit. Puto multos potuisse ad sapientiam 11
peruenire, nisi putassent se peruenisse, nisi quaedam in se dissimulassent, quaedam opertis oculis transsiluissent. Non est enim quod magis aliena iudices adulatione nos perire quam nostra. Quis sibi uerum dicere ausus est? quis non inter laudantium blandientiumque positus greges plurimum tamen sibi ipse adsentatus est? Rogo itaque, si quod habes remedium quo hanc 12
fluctuationem meam sistas, dignum me putes qui tibi tranquillitatem debeam. Non esse periculosos motus animi nec quicquam tumultuosi adferentis scio. ut uera tibi similitudine id de quo queror exprimam, non tempestate uexor, sed nausia. Detrahe ergo quicquid hoc est mali et succurre in conspectu terrarum la-

𝔈1. = *levis.* 𝔈2. = *lenis.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*sublimius feror* = BVAD Pinc. v. l. P4. Ort. 𝔈𝔊. E = *sublimus feror.* G P2. 3. Col. 𝔎 . . . 𝔈2. 𝔐 . . . 𝔅o = *sublimis feror.* BAmD = *et ore tam non meo.* VDE P3. Col. = *et ore tamen non meo.* G = *et honore tantum meo.* P4. Ort. cod. Agric. 𝔎 . . . 𝔈1. = *et ore tantummodo* (*mo* = meo. *mo* = modo). P2. *et ore tamen non modo.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *et ore non tantum meo.* Agric. ci. = *et ore tantum non meo.* Bong. ∾. V 𝔎 . . . 𝔅 = *diutius prosequar.* E = *hoc me sequitur.* A = *defluam veriora ut.* E = *vereor autem.* E = *non semper casuro.* P2. + *fortasse in me sit.* unde Barthius l. l. facit *fortasse ruinae sit.*

*ipse pervideo* = BADE Bong. Pall. Col. 𝔎 . . . 𝔊 = *quod provideo* om. *ipse.* GV Ort. 𝔐 . . . 𝔅o = *ipse provideo.* Ad proximam sententiam spectat haec nota in mD: *amor enim est non parvus hostis recti iudicii. ut ait F. petra.* [Franciscus Petrarca] *in prohemio de vita solitaria.* V = *domestica accipimus.*

11. V = *nisi putarent.* 𝔅1. — *quaedam opertis oculis transsiluissent.*

*opertis oculis* = A ci. Lips. BGVD E 𝔎 . . . 𝔅o = *a pertis oculis.*

*transsiluissent* = BAD P2. 4. 𝔊ro 𝔑u . . . 𝔅o. Col. = *transivissent.* E = *disiluissent.* GV 𝔎 . . . 𝔅 𝔏 . . . 𝔏4. = *transilissent.* P3. 𝔈1. . . . 𝔐 = *transiliissent.* D (m ∾) — *est* ante *enim.*

*quod magis aliena iudices adulatione nos perire* = P2. 𝔅2. BGVAD E P2. 4. Col. Ort. 𝔎 . . . 𝔊 — *nos.* quod poterat a syllaba praecedente *ne* absorberi. 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o = *quod nos magis aliena i. ad. p.* E = *Qui non inter.* 𝔎 . . . 𝔊 (m𝔈2. ∾) = *adulantium blandientiumque* contra mstos etiam Bong. E = *inter laudantium pocius greges.* E = *sibi ipsi.* D — *ipse.*

12. *dignum me putes* = BVADE. G𝔎 . . . 𝔅o = *dignum putes me.* A (s∾) = *periculos motus.* V = *animi motus.*

*adferentis* = BGVADE 𝔎 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o = *afferentes.* DE Rom. = *sed ut natura* [sD = *vera*] *tibi simil.* E(u.) = *id quod quo.* B = *queror ad primam non tempestatem.* A(s∾) = *uxor.* D(m∾) E = *quicquid h*[illegible]*um.*

boranti. II. Quaero mehercules iam dudum, Serene, ipse tacitus cui talem adfectum animi similem putem: nec ulli propius admouerim exemplo quam eorum qui ex longa et graui ualitudine expliciti motiunculis leuibusque interim offensis perstringuntur et, cum reliquias effugerunt, suspicionibus tamen inquietantur medicisque iam sani manum porrigunt et omnem calorem corporis sui calumniantur. Horum, Serene, non parum sanum est corpus, sed sanitati parum adsueuit: sicut est quidam tremor etiam tranquilli maris utque lacus, cum ex tempe-
2 state requieuit. Opus est itaque non illis durioribus quae etiam transcucurrimus, ut alicubi obstes tibi, alicubi irascaris, alicubi instes grauis: sed illud quod ultimum uenit, ut fidem tibi habeas et recta ire te uia credas nihil auocatus transuersis multorum uestigiis passim discurrentium, quorumdam circa ipsam erran-
3 tium uiam. Quod desideras autem magnum et summum est

Cap. II.

D praefigit haec minio scripta: *Seneca respondet haec Sereno de tranquillitate animi.* 𝔑 ... 𝔅 praemittunt: *Nunc incipit de stabilitate mundi.* 𝔈1.... 𝔈: *De stabilitate mundi.* G(m∾) = *Quarto.*

*mehercules* = VA. BG(DE) 𝔑 ... 𝔅o = *mehercule.* B = *similem pute.*

*nec ulli propius admoverim exemplo* = V(s.m.)AD Bong. Pinc. v. l. P3. 4. Col. Tronc. Anic. Dal. cod. Lips. 𝔊ro ... 𝔅1. 2. BVD = *nec ulli proprius admoverim exemplo.* E = ∾ *admoveri exemplo.* P2. Ort. = *nec ulli proprius admoveri exemplo.* G = *nec ulli propius admoneris exemplo.* 𝔑 ... 𝔈1. = *nec ullius proprius* [𝔅 = *propitius.* 𝔈1. = *propius*] *admoneri exemplo.* 𝔈2.... 𝔏4. = *nec ullius propius admoneor exemplo.* 𝔑u 𝔅 = *nec ullius propius* ∾. D(cr.∾) = *expliciti monciunculis levibusque.* E = *explici* [n.] *mōtiunculis lenibusque.*

*et cum reliquias effugerunt* = GA DE Gr. B = *et conreliquias affugerunt.* V 𝔑 ... 𝔅o = *effugerint.* V = *sui calorem corporis.* A = *corpori.* E = *calumpniatur.* G = *num parum sanum.* 𝔑 ... 𝔈2. = *est corpus sanum.* E = *parum assuetum.* Cod. Rom. = *non purum et sanum est corpus et sanitati parum assuetum.* V = *sicut enim quidam tremor.* DE — *etiam* ante *tranquilli.*

*utque lacus, cum ex tempestate* = A (sed lacus legitur supra lineam). 𝔑 ... 𝔅 = *ut lacus qui ex temp.* om. *que.* B = *aut lacus que ex temp.* GDE 𝔈1.... 𝔊 = *aut lacus qui ex temp. requievit* (G p.m. = *requit*). V = *ut locus qui ex temp.* 𝔐 ... 𝔅o = *aut lacus cum ex temp.*

2. *quae etiam transcucurrimus* = Bong. A = *et tam transcucurrimus.* BGVDE 𝔑 ... 𝔅o = *quae etiam transcurrimus.* A Bong. = *ut alicube* ∾ *alicube* ∾ *alicube.* G = *alicubi ostes.* E = *alicui iras. caris.*

*instes gravis* = BVAD (s.m.) Pall. Col. 𝔈1. 2. GD Pinc. v. l. Ort. 𝔈 ... 𝔅o = *instes gravius.* 𝔑 ... 𝔅 = *stes gravis.* Lips. ci. = *sed illo quod ultimum venit.* E = *tibi habeat.*

*et recta ire te via* = A. BG = *et recta via ire credas.* V = *et recta via te ire credas.* 𝔑 ... 𝔅 = *et recta ire via credas.* DE 𝔈1. ... 𝔅o = *et recta ire via te.* BGV Ort. = *advocatus.* 𝔑 ... 𝔅 = *Nihil advocaturis.* Pall. Col. = *advocatis.* DE 𝔈1.... 𝔏4. + *et quorundam.* G = *quorum cura ipsam.* Rell. etiam Gr. ∾.

3. V = *Quod autem desideras.* B = *magnam et summum est.*

deoque uicinum, non concuti. Hanc stabilem animi sedem Graeci *εὐθυμίαν* uocant de qua Democriti uolumen egregium est: ego *tranquillitatem* uoco. nec enim imitari et transferre uerba ad illorum formam necesse est: res ipsa de qua agitur aliquo signanda nomine est quod adpellationis Graecae uim debet habere, non faciem. Ergo quaerimus quomodo animus semper aequalis secundoque cursu eat propitiusque sibi sit et sua laetus adspiciat et hoc gaudium non interrumpat, sed placido statu 4
maneat nec adtollens se umquam nec deprimens. Id *tranquillitas* erit. Quomodo ad hanc perueniri possit in uniuersum quaeramus: sumes tu ex publico remedio quantum uoles. Totum interim uitium in medium protrahendum est: ex quo agnoscet quisque partem suam. simul tu intelleges quanto minus negotii habeas cum fastidio tui quam hi quos ad professionem speciosam adligatos et sub ingenti titulo laborantis in sua simulatione pudor magis quam uoluntas tenet. Omnes in eadem 5
causa sunt, et hi qui leuitate uexantur ac taedio adsiduaque mutatione propositi quibus semper magis placet quod reliquerunt, et illi qui marcent et oscitantur. Adice eos qui non aliter quam quibus difficilis somnus est uersant se et hoc atque illo modo conponunt, donec quietem lassitudine inueniant: statum uitae

V = *hanc stabilem animi sedem. sed non concuti.* A = *Graeci eythymian vocant.* B = *Graeci eytimiã vocant.* G P4. = *Graeci etiam* [mG = *ethimiom*] *vocant.* V = *Graeci ethimiã vocant.* D = *Graeci tithimiam vocant.* E = *Graeci ethymiã vocant.* Col. = *athimiam.* P2. = *existimiam.* P3. = *exchimiam.* Ort. = *herimiam.* ℜ ... 𝔅 = *Graeci extimiam vocant.* ℜ ... 𝔈1. = *ego enim tranquillitatem voco.* 𝔈2. + *Ego eam tr. v.* contra mstos etiam Pinc. Gr. V P2. 3. Ort. Col. Germ. ℜ ... 𝔈1. = *nec enim immutari.* Anic. = *nec velim transmutari.* A = *ad illorum forma.* E = *ab illorum forma.* Ort. = *Ergo quaeramus.* V = *quo animus semper.* Lips. ci. ℜu ... 𝔅o = *aequali secundoque* contra mstos. G = *propitius sibi sit* om. *que.*

4. G = *nisi deprimens.* B = *protrahendum est equo.*

*agnoscet* = A 𝔐 ... 𝔏4. BGVD E Gr. ℜ ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o = *cognoscet.* BG (cr. ∾) VD (m∾) E P2. 4. Col. ℜ ... 𝔈1. = *Si multum intelliges.* P3. = *Sed multum intelliges.* Ort. = *si multum intelligas.* A ∾. V = *cum fastidio sui.*

*laborantis* = AE. BGVD ℜ ... 𝔅o = *laborantes.* G = *quam volũptas tenet.*

5. ℜ ... 𝔈1. = *assiduique.* B (cr. ∾) GV (cr. ∾) = *quod relinquerunt.* ℜ ... 𝔅 = *quod derelinquerint.*

*oscitantur* = BGADE P2. 4. Col. Ort. Rom. Scal. Anic. Germ. Bong. ci. ℜ ... 𝔈1. 𝔊ro ... 𝔅o (ℜ = *osscitantur*). V Bong. ex. Fac. et Prim. P3. = *ociantur.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *oscitant.*

*Adice eos* = BGVAmDE. D — *eos.* ℜ ... 𝔅o = *Adiice illos.* ℜ .. [illegible] *est* post *somnus* contra

**suae formando subinde in eo nouissime manent in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad nouandum pigra deprendit. Adice et illos qui non inconstantiae uitio parum leues sunt, sed inertiae. Uiuunt non quomodo uolunt, sed quomodo coeperunt. Innumerabiles deinceps proprietates sunt, sed unus effectus ui-**
**6 tii, sibi displicere. Hoc oritur ab intemperie animi et cupiditatibus timidis aut parum prosperis, ubi aut non audent quantum concupiscunt aut non consequuntur et in spem toti prominent. semper instabiles mobilesque sunt quod necesse est accidere pendentibus ad uota sua. omni uita pendent et inhonesta se ac difficilia docent coguntque. et ubi sine praemio labor est, torquet illos inritum dedecus nec dolent praua, sed frustra uoluisse.**
**7 Tunc illos et poenitentia coepti tenet et incipiendi timor subrepitque illa animi iactatio non inuenientis exitum, quia nec im-**

mstos etiam Gr. BG = *novissima manent.* G(m∾) = *sed senes ad novandum.*

*deprendit* = BV Bong. G𝔑 . . . 𝔅o = *deprehendit.* ADE n. l.

*qui non inconstantiae vitio* = G V P2. 𝔑 . . . 𝔏4. BADE quaedam exx. Pinc. P3. 4. Col. Ort. = *qui non constantiae vitio.* Facile potuit *in* absorberi. Pinc. ci. = *qui non constantia in vitio.* Lips. ci. 𝔊ro . . . 𝔅o = *qui non constantia in vita.*

*sed inertiae* = BGVADE P3. 4. Col. Ort. P2. 𝔑 . . . 𝔅o = *sed inertia.* A(m∾) = *et vivent non quomodo.* E (n.) = ĩmſ *non quomodo.* V + *et deinceps et.* 𝔑 . . . 𝔊 = *deinde proprietates* contra mstos. 𝔊1. = *unus affectus.* DE + *effectus est vitii.*

*sibi displicere* = BGVADE. 𝔑 . . . 𝔅 = *despicere sibi.* 𝔊1. . . . 𝔅o = *displicere sibi.*

6. D (m∾) E P4. Ort. 𝔑 . . . 𝔊 = *Hoc oritur ab intemperantia.* Rell. etiam ex. d. Mariae P2. 3. Col. ∾. P2. = *cupiditatibus tumidis.* G (cr. ∾) V = *ubi autem non.* G (s∾) = *non sequuntur.* B = *non consecuntur.* GV = *toti preminent.*

*semper instabiles mobilesque sunt* = BGVA (s.m.) DE Gr. 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o — *sunt.* A = *infabiles* [vel *insabiles*] *mobilesque sunt.* G — *est* post *necesse.* 𝔐 . . . 𝔏4. — *ad vota sua* contra mstos etiam Gr. BAD (s.m.) E = *omni via pendunt.* D = *omnia via pendunt.* GV P2. 3. Ort 𝔑 . . . 𝔅 = *omni via pendent.* 𝔊1. = *ad vota sua omnia via pendent.* Lips. dicit parum suaviter *pendent* repeti praeeunte pendentibus: sed passim haec esse interpolata. Ego quidem suspicor Senecam scripsisse: *ad vota sua. Omnia inpendunt* vel *Ad vota sua omnia inpendunt:* nam ita verba iungunt mss. fere omnes. At P4. Col. ∾. V = *etiam ubi sine praemio.* 𝔑 . . . 𝔊1. = *irritum decus.* BGA ex. Fac. et Prim. P3. = *nec dolent parva* [BG cr. ∾] *se frustra voluisse.* V = *nec dolent frustra, sed parva vol.* D = *nec dolent prava* [m *parva*] *frustra vol.* E = *nec dolent prava se frustra vol.* P2. = *nec dolent se prava se frustra vol.* Col. = *nec dolent parva se frustra doluisse.* 𝔑 . . . 𝔊1. = *nec dolent se prava frustra vol.* 𝔊2. . . . 𝔐 = *et dolent se prava frustra vol.* Ex. Fac. et Prim. P4. Ort. ∾.

7. BG(s∾) DE — *et* ante *poenitentia.* E = *copti tenet.* 𝔑 . . . 𝔅 = *coepti continet.*

*illa animi iactatio* = BVADE. G = *animi illa iactatio.* 𝔑 . . . 𝔅o = *illa iactatio animi.* D = *exitum que nec.*

perare cupiditatibus suis nec obsequi possunt, et cunctatio uitae
parum se explicantis et inter destituta uota torpentis animi situs.
Quae omnia grauiora sunt, ubi odio infelicitatis operosae ad
otium perfugerunt et ad secreta studia quae pati non potest ani-
mus ad ciuilia erectus agendique cupidus et natura inquietus,
parum scilicet in se solatiorum habens: ideo detractis oblecta-
tionibus quas ipsae occupationes discurrentibus praebent domum,
solitudinem, parietes non fert, inuitus adspicit se sibi relictum.
Hinc illud est taedium et displicentia sui et nusquam residentis 8
animi uolutatio et otii sui tristis atque aegra patientia. utique
ubi causas fateri pudet et tormenta introrsus egit uerecundia, in
angusto inclusae cupiditates sine exitu se ipsae strangulant.
Inde moeror marcorque et mille fluctus mentis incertae quam
spes inchoatae habent suspensam, deploratam, tristem. inde ille
adfectus otium suum detestantium querentiumque nihil ipsos ha-
bere quod agant et alienis incrementis inimicissima inuidia. Alit 9

*imperare cupiditatibus suis* = BGV ADE. 𝔑 . . . 𝔅o = *cup. suis imperare.* D(cr.∾) E = *quae omnia grauia sunt.* G = *ut odio.* D(cr.∾) = *ad odium.*

*perfugerunt* = BGVAD(s.m.)E Gr. Scal. Tronc. Anic. 𝔊ro . . . 𝔅o. 𝔑 . . . 𝔏4. = *profugerunt.* BGVA P3. 4. Col. — *et* ante *secreta.* mVDE Pinc. v. l. P2. Ort. ∾. BGV P2. 3. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 = *ad civilia rectus.* Rell. etiam P4. Col. ∾. D = *agendi* om. *que.* V(m∾) — *et natura inquies.*

*inquies* = A. A(s.m.) BGVDE 𝔑 . .·. 𝔅o = *inquietus.* G = *parum simul in se.* mGV 𝔑 . . . 𝔅 = *parum quidem in se.* Cod. Dal. = *parvum quidem solatium in se trahens.* B = *solationum.*

*ideo detractis* = BVADE. G𝔑 . . . 𝔅o + *ideoque detractis.* B = *olationibus.* G = *oblationibus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *solitudines.* G(m∾) — *parietes.*

*se sibi relictum* = AmD Col. Rom. 𝔐𝔑. BGVDE Pall. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 = *se sibi relictus est.* G(s.m.) 𝔈1. . . . 𝔊𝔏 . . . 𝔅o = *se sibi relictus.*

8. V Ort. = *Hinc id provenit taedium scilicet et displ.* P3. = *Hinc illud provenit taedium.* BGV = *voluptatio.* Anic. = *nisi causas.*

*et tormenta* = BGVADE P3. 4. Col. Ort. Anic. 𝔊ro . . . 𝔅1. 𝔅o. probant Grut. Lips. P2. 𝔑 . . . 𝔏4. 𝔑u 𝔅2. — *et.* Ruhk. „Lipsius, inquit: *et tormenta fortasse*, ut rotundior exiret oratio." quod unde duxerit, nescio: nisi forte voluit, *et tormenta,* fortasse ut etc. B(n.) + *et inclusae.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *se ipsas strangulant.* Mss. etiam Pinc. rell. Gr. ∾. V = *inde moeror rancorque.* BGV DE Pall. Ort. 𝔑 . . . 𝔈2. = *et ille fluctus.* A Pinc. v. l. Col. ∾.

*quam spes inchoatae suspensam habent, deploratam, tristem* = mVA. BVE P4. Ort. — *spes.* G = *quam inchoatae* [m *spes*] *habent suspensam* ∾. Col. + *quam spes inchoate suspensam habent, et deploratam tristem.* P3. = *quam inchoare suspensam habent. deploratam tristem.* P2. = *quam inchoate suspensam habent, et deploratam tristem.* D = *quam incoacte suspensam habent. deploratam. tristem.* 𝔑 .·. . 𝔅 = *quam inchoatae habent suspensam: deploratam tristem.* 𝔈1. = *quam inchoata habent suspensam* ∾. 𝔈2. . . . 𝔅o = *quam inchoata habent suspensam, deplorata tristem.* G(m∾) — *inde.* E(n.) = *affectus omni suum.* G(s∾) — *querentium.* mG + *habere permittit quod agant.* V = *et inimicissima alienis incrementis*

enim liuorem infelix inertia et omnes destrui cupiunt, quia se non potuere prouehere. et ex hac deinde auersatione alienorum processuum et suorum desperatione obirascens fortunae animus et de seculo querens et in angulos se retrahens et poenae incubans suae, dum illum taedet sui pigetque. Natura enim humanus animus agilis est et pronus ad motus. grata omnis illi excitandi se abstrahendique materia est, gratior pessimis quibus-
10 que ingeniis quae occupationibus libenter deteruntur. Ut ulcera quaedam nocituras manus adpetunt et tactu gaudent et foedam corporum scabiem delectat quicquid exasperat: non aliter dixerim his mentibus in quas cupiditates uelut mala ulcera eruperunt uoluptati esse laborem uexationemque. Sunt enim quaedam quae corpus quoque nostrum cum quodam dolore delectent, ut uersare se et mutare nondum fessum latus, et alio atque alio
11 positum uentilari. Qualis ille Homericus Achilles est, modo pronus, modo supinus, in uarios habitus se ipse conponens. quod proprium aegri est, nihil diu pati et mutationibus ut remediis uti. Inde peregrinationes suscipiuntur uagae et litora pererrantur et modo mari se, modo terra experitur semper prae-

9. E = *Aut enim livorem.* Ort. + *livorem illis infelix.*

*quia se non potuere* = BA P2. Col. VP3. = *quia* [apud V in lit.] *se provehere non possunt.* GDE P4. Ort. 𝔑 . . . 𝔅 = *quia se non potuerunt.* A — *et* ante *ex hac.* BVDE Pall. Ort. = *adversatione.* 𝔑 . . . 𝔅 = *Et ex hac animadversione aliorum processuum.* 𝔈1. = *Et ex hac deinde versatione alienorum.* GA Pinc. v. l. Col. ∾. G (m∾) = *oberrasset fortunae animus.* V = *in angulo se retrahens.* 𝔑 . . . 𝔅 = *se trahens.* sG Scal. Tronc. = *poenae incumbens suae.* V = *poenae suae incumbens.*

*dum illum taedet sui* = BA P3. 4. GDE Ort. = *dum illud taedet sui.* Col. = *dum ille cedet.* V = *dum illum sui taedet et piget.* P2. = *dum cedet.* 𝔑 . . . 𝔅o — *illum.* G = *et parvus ad motus.* 𝔐 — *abstrahendique.* m𝔈2. = *attollendique materia est.*

*gratior pessimis quibusque* = APinc. v. l. Pall. Ort. 𝔊ro . . . 𝔅o. BGVDE quaedam exx. Pinc. + *gratiorque pessimis quibusque.* Col. = *pessimis quoque.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *gratior quibusdam pessimis.* 𝔊 . . . 𝔏4. = *gratior quibusque pessimis.* mG = *libenter detinentur.*

10. D(cr. ∾) E = *nocturnas manus.* 𝔐 = *et feram corporum* contra mstos etiam Gr. G(m∾) — *corporum.* P4. = *et foedant corpus scabiem delectant.* Lips. ci. = *in quis cupiditates.* 𝔑 . . . 𝔊 = *ulcera erumpunt.* V — *quoque* post *corpus.*

*delectent* = BGVAD. E 𝔑 . . . 𝔅o = *delectant.* Pinc. ci. = *et motare nondum* coll. Virg. A. III, 581. *Et fessum quoties motat* [*mutet*] *latus.* V = *nundum.* A = *fessus.* D(m∾) — *atque alio.* Grut. ci. 𝔊ro . . . 𝔅o = *positu* contra mstos (etiam Gr.).

11. 𝔑 . . . 𝔅 = *in varios actus.* G = *proprium est aegri.* mE = *proprium pigri est.* E — *mutationibus . . . vagae.* A + *et in litora.* V = *et modo se mari experiuntur.*

sentibus infesta leuitas. Nunc Campaniam petamus. iam deli-
cata fastidio sunt: inculta uideantur. Bruttios et Lucaniae saltus
persequamur: aliquid tamen inter deserta amoeni requiratur in
quo luxuriosi oculi longo locorum horrentium squalore releuen-
tur. Tarentum petatur laudatusque portus et hiberna coeli mi- 12
tioris, regio uel antiquae satis opulenta turbae. Iam flectamus
cursum ad urbem. nimis diu a plausu et fragore aures uacaue-
runt. iuuat iam et humano sanguine frui. Aliud ex alio iter
suscipitur et spectacula spectaculis mutantur, ut ait Lucretius,

*Hoc se quisque modo semper fugit.*

Sed quid prodest, si non effugit? sequitur se ipse et urget gra- 13
uissimus comes. Itaque scire debemus non locorum uitium esse
quo laboramus, sed nostrum. Infirmi sumus ad omne toleran-
dum, nec laboris patientes nec uoluptatis, nec nostrae nec ullius
rei diutius. Hoc quosdam egit ad mortem, quod proposita saepe
mutando in eadem reuoluebantur et non reliquerant nouitati lo-
cum. Fastidio esse illis coepit uita et ipse mundus: et subit il-

mVDE + *est infesta levitas.* G = *Brucios.*

*et Lucaniae* = BGVADE P3. 4. Col. Ort. Rom. Anic. P2. ℜ . . . 𝔅o = *et Lucanos.* ℜ . . . 𝔅 = *prosequamur.* B = *scalore releventur.*

12. B(s∾) AP2. Col. = *laudatque portus.* VD(s.m.) P3. ℜ . . . 𝔅 = *laudaturque portus.* G P4. Ort. = *laudatur portus.*

*regio vel antiquae satis opulenta turbae.* Ita scripsi, dum meliora invenirentur. A = *recto* [m *regio*] *velanti quae satis opulenta turbae.* Saepissime in A nostro *t* ponitur pro *i* : c autem pro *g* in omnibus codd. antiquioribus passim legitur. G = *et recto* [m *pro tecto*] *vel antiquae satis opulentia turbae* (m *est*). B = *et recto velanti quae satis opulenta turbae.* V Bong. P3. ℜ . . . 𝔊1. = *et recto velantis quae satis opulenta turbae est.* DE exx. Pinc. et Franc. haec omittunt. mD = *et recto velantique satis opulenta turbe.* Ort. = *pro recto velantisque satis opulenta turbae est.* P2. Col. = *et tecto velantis, quae satis opulenta turbae est.* P4. = *et recto velanti, quae satis opulenta turbae est.* 𝔊2. . . . 𝔅o = *et tecta vel antiquae satis opulenta turbae.* Lips. (Electt. I, 10.) ci. = *et tecta Veliae Antiique satis opulenta turbae.* Ruhk. [ms.] ci. = *et tecta Veliae Antiique saxis opulenta turba* et laudat Hor. Epp. I, 15, 1. Strab. V, 3, 5. p. 158. (232. Cas.). D(m∾) — *iuvat . . . mutantur.*

*Aliud ex alio iter* = BGVAmDP2. 3. 4. Ort. Rom. Anic. 𝔊ro . . . 𝔅o. E = *Alius* [cr.∾] *ex alio item.* Col. = *aut ex alia iter.* ℜ . . . 𝔏4. — *iter.* P4. = *suspicitur.* ℜ . . . 𝔅 = *susceperunt.* B — *spectacula.* Ort. = *imitantur.* mOrt. = *invitantur.* P3. = *inutantur.* Lucret. III, 1081. *semper* adiecit Seneca.

13. G(m∾) — *Sed quid . . . effugit.* D(m∾) — *et* ante *urget.* P2. — *comes.* P2. ℜ . . . 𝔊2. + *Omnes itaque scire.* Mss. etiam Pinc. rell. Gr. ∾. G — *esse* post *vitium.* P4. = *nec ullius rei dulcius.* V + *quod voluntatis proposita.* mG Ort. + *et dum non reliquerant.* V = *voluptati locum.* BG P2. Ort. = *novitatis locum.*

*esse illis* = BADE. V = *et coepit illis esse vita fastidio.* Gℜ . . . 𝔅o = *illis esse.* D(cr.∾) = *subit illud lis rapidarum.* E = *et subit illud*

lud rabidarum deliciarum, *Quousque eadem?* III. Aduersus hoc taedium quo auxilio putem utendum quaeris. *Optimum erat,* ut ait Athenodorus, *actione rerum et reipublicae tractatione et officiis ciuilibus se detinere. nam ut quidam sole atque exercitatione et cura corporis diem ducunt athletisque longe utilissimum est lacertos suos roburque cui se uni dicauerunt maiore temporis parte nutrire: ita nobis animum ad rerum ciuilium certamen parantibus in opere esse non longe pulcherrimum est? Nam cum utilem se efficere ciuibus mortalibusque propositum habeat, simul et exercetur et proficit qui in mediis se officiis posuit commu-*
2 *nia priuataque pro facultate administrans. Sed quia in hac,* inquit, *tam insana hominum ambitione tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus parum tuta simplicitas est et plus futurum semper est quod obstet quam quod succedat, a foro quidem et publico recedendum est: sed habet ubi se etiam in priuato laxe explicet magnus animus. nec ut leonum animaliumque inpetus caucis coercetur, sic*
3 *hominum quorum maxime in seducto actiones sunt. Ita tamen*

*ra p idarum.* G(s∾) P4. Col. Ort. = *ra p idarum.* G (m∾) — *deliciarum.* Cod. Rom. = *t r i t a r u m deliciarum.* Lips. ci. = *sub i i t illum t a bidarum del.* ℜu 𝔅o = *rabid o rum deliciarum.* Rell. etiam P2. 3. ∾. V = *Quousque c a d i t.*

Cap. III.

ℜ . . . 𝔊 praescribunt: *De exercitatione animi.* V = *putem utendum auxilio.* B = *putem m u tendum.* G = *putem m i t t endum.* G = *ut ait T h e o d o r u s.* E = *quid e m sole* (hoc n.).

*a t q u e exercitatione* = BVADE. G = *sol e n t q u i a exercitatione.* 𝔗 . . . 𝔊1. = *a u t exercitatione.* 𝔊2. . . . 𝔅o = *e t exercitatione.* V = *corporis et cura.* 𝔗 . . . 𝔊1. — *diem.* 𝔊2. = *cur a m corporis* om. *diem.*

*d u c u n t* = A 𝔐 . . . 𝔏4. BGVD E Pinc. v. l. Gr. ℜ . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔅o = *e d ucunt.* GE = *e t a t is que.*

*l o n g e utilissimum* = BGVAE. D = *utilissimum longe.* 𝔗 . . . 𝔅o — *longe.* V = *e t robur.*

*cui se u n i d i c averunt* = A𝔐 . . . 𝔅o. BGDE Gr. ℜ . . . 𝔊 = *cui se v e n dicaverunt.* V = *cui se v e n dicaver i nt.* A = *ita v o bis.* 𝔗 . . . 𝔊 = *ad rerum civilium t u t amen* contra mstos etiam Pinc. Gr. BG = *pa r e n tibus.* D = *e s t* [n.] *p r o p e r antibus.* E = *p r ó p e r antibus.* D (m∾) E 𝔊1. . . . 𝔐 — *non* ante *longe.* Rell. etiam Gr. ∾. Sed Grut. putat *non* natum esse ex marginali voce *Nota.* D (cr.∾) = *efficere civ i l i bus.* E = *utilem se civ i l i bus* [hoc n.] om. *efficere.* G = *mortalibus* om. *que.*

2. V — *et* ante *exercetur.* D = *tam ins a c i a bili hominum.* G = *in deterio r i b u s recta.* G (m∾) = *pa rum c u r e simplicitas est.* BG — *est* post *semper.* V = *quod obst a t.* G — *quidem et.*

*in privato la x e explicet* = BVADE P3. Col. G P2. 4. 𝔗 . . . 𝔅o = *in privato la r e explicet.* Ort. = *etiam privato la r e expl.*

*maxime in seduct o* = BGADE Gr. Anic. Dal. 𝔊ro . . . 𝔅o. V = *in seducto maxime.* 𝔗 . . . 𝔏4. = *maxime in seduct u.* Lips. ci. = *maxim a e in sed.*

3. V + *d u m ita tamen.*

*delituerit, ut ubicumque otium suum absconderit prodesse uelit singulis uniuersisque ingenio, uoce, consilio. Nec enim is solus reipublicae prodest qui candidatos extrahit et tuetur reos et de pace belloque censet, sed qui iuuentutem exhortatur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia uirtute instituit animos, qui ad pecuniam luxuriamque cursu ruentis prensat ac retrahit et, si nihil aliud, certe moratur in priuato publicum negotium agit. An ille plus* 4 *praestat qui inter peregrinos et ciues aut urbanus praetor adeuntibus adsessoris uerba pronuntiat quam qui quid sit iustitia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, quid deorum intellectus, quam gratuitum bonum sit bona conscientia? Ergo si tempus in studia*

DE Pinc. v. l. = *delituer i n t . . . abscondèr i n t . . . vel i n t.*

*singulis universisq u e* = ADE. B GV = *singulis, universis* om. *que.* quod genuinum puto. V𝔗 . . . 𝔊 *singulis et universis.* 𝔐 . . . 𝔅o = *e t singulis e t universis.* V = *h i c solus.* D = *solus h i c.* V = *praeceptorum inopia bonorum.*

*virtute in s t i t u i t animos.* Ita scribendum videtur. A = *virtute m instituat. anim u s* [s.m. *anim i s*] *qui.* B Col. = *virtutem instituat* [= Scal. Tronc.] *animosq u e ad p.* P3. = *virtutem instituat. animos qui ad.* V = *virtute instituat e t qui animos ad p.* G = *virtutem* [m n.] *in s t r u a t anim u m* [m *animos*] *qui in* [m *ad*] *pecuniam.* D = *virtutem in s t r u a t. qui animos i n pec.* P4. = *virtute in s t r u a t anim u m. qui in pec.* E = *virtutem in s t r u a t anim i s qui in pec.* Pinc. v. l. = *virtute in s t r u i t qui animos ad p.* P2. = *virtutem in s t r u i t animos. Qui ad pec.* Ort. = *a n i m u m virtute in s t r u a t* [al' *institu a t*] *qui animos ad p.* 𝔗𝔅 = *virtute in s t r u a t animos: qui ad p.* 𝔊1. = *virtute in s t r u a t i n i m i c o s, qui ad p.* 𝔊2. . . . 𝔅o = *virtute in s t r u i t animos, qui dd p.* A(s.m.)D (cr. ∾) 𝔊𝔊 = *cursu m.* V — *cursu.* Grut. ci. = *curs i m;* sed retractavit. Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*ruent i s* = A. BGVDE𝔗 . . . 𝔅o = *ruent e s.* Pall. Col. = *p e nsat.* quod Grut. putat etiam in Pinciani libris fuisse: sed hic laudat *prensat.* mP4. = *alias p a u s a t id est retardat.* Grut. non improbat *pausat.* V = *prensat e t t r a hit.* Col. = *ac t r a hit.* G (m∾) = *r e c t e moratur.* D (m∾) E = *certe mo l i t u r.* V = *c e r t e publicum.*

4. V = *praest e t.* BGD(m∾)E — *qui* post *praestat.* BGADE𝔗 . . . 𝔊1. = *aut urban o s. praetor.* 𝔗 . . . 𝔊 = *adeuntibus assesso r i b u s verba pr.* 𝔐 = *aut urbanus praetor p r a e e untibus assesso r i b u s t r i a verba pr.* Pinc. ci. = *aut urbanus praetor adeuntibus a u t assessor a e r i s verba pr.* Mss. etiam Bong. ex Cui. Gr. cod. Lips. ∾.

*quam qui quid sit iustitia* = mD Bong. Pinc. v. l. A = *n a m qui* [s c] *quid sit iust.* B = *n a m q u i d quid sit iust.* GVD = *n a m quid sit iust.* E = *N o n quid sit iust.* Ort. (lit.) = *N a m e t quid sit iust.* Codd. Ermi Pall. Col. 𝔗 . . . 𝔊1. 𝔊ro = *quam quid sit iust.* probat Grut. Erm. ci. 𝔊2. . . . 𝔈4. 𝔅1. . . . 𝔅o + *quam qui d o c e t, quid sit iust.* (𝔅2. = [*qui docet*]). DE — *quid pietas.* GDE𝔗 . . . 𝔊 = *quid s a pientia.* V + *q u i d s a p i e n t i a quid patientia.* Rell. etiam Bong. ∾. B = *quid de h orum intellectus.*

*q u a m g r a t u i t u m b o n u m sit* = Scal. 𝔊ro . . . 𝔅o. sed veram hanc scripturam esse non assevero. A P2. Col. = *qua n t u m gratui t o r u m h o m i n u m sit.* VP3. Ort. = *qua n t u m gratui t o r u m h o m i n u m sit* [V =

*conferas, quod subduxeris officiis non deserueris nec mu-*
5 *nus detrectaueris. Neque enim ille solus militat qui in acie stat et cornu dextrum laeuumque defendit, sed qui portas tuetur et statione minus periculosa, non otiosa tamen fungitur uigiliasque seruat et armamentario praeest: quae ministeria quamuis incruenta sint, in numerum stipendiorum ueniunt. Si te ad studia reuocaueris, omne uitae fastidium effugeris nec noctem fieri optabis taedio lucis nec tibi grauis eris nec aliis superuacuus: multos in amicitiam*
6 *adtrahes adfluetque ad te optimus quisque. Numquam enim quamuis obscura uirtus latet, sed mittit sui signa: quisquis dignus fuerit uestigiis illam colliget. Nam si omnem conuersationem tollimus et generi humano renuntiamus uiuimusque in nos tantum conuersi, sequetur hanc solitudinem omni studio carentem inopia rerum agendarum. Incipiemus aedificia alia ponere, alia subuertere et mare submouere et aquas contra difficultatem locorum educere et male dispensare tempus quod nobis natura consumendum dedit.*
7 *Alii parce illo utimur, alii prodige. alii sic inpendimus, ut possimus rationem reddere, alii, ut nullas habeamus re-*

*sint*] *bona conscientia declarat.* D = *quantum hominum gratuitorum* [m *gnaviorum*] *bona sit conscientia bona* [hoc n.] *declarat.* B G P4. cod. Lips. = *quantum* [P4. = *quanto*] *gravidorum hominum sit.* E = *quantum gravideorum* [n.] *hominum sit.* Pinc. v. l. + *quam gratuitum bonum sit b. c. declarat.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quantum hominum sit b. c.* Germ. = *homini bonum.* m𝔈1. 𝔈2. . . . 𝔏4. = *quantum bonum sit b. c.* V ex. Fac. et Prim. P3. = *quod de officiis subduxeris.* P4. = *subduceris* om. *quod.* Ort. + *te officiis.* D (n.) + *in officiis.* D cod. Lips. + *te non deserueris.* Ex. Pinc. + *non te deserueris.* E = *deum deserueris* om. *non.* Rell. etiam Gr. ∾. Ex. Pinc. — *nec munus detrectaveris.* VD 𝔗𝔅 = *nec minus.* 𝔗 . . . 𝔊 = *detra claveris.*

5. BGDE Tronc. Scal. = *Nec enim.* VA 𝔗 ∾. Lips. ·ci. = *cornu dextro laevove.* A = *cornū.* E = *defendit et.* 𝔐 . . . 𝔅o + *sed et qui portas* contra mstos etiam Gr. B = *non otiosa tm̄.* V = *armamentario prodest.* E = *armentario* [n.] *prodest.* *que* [hoc n ] *in ministeria.* D = *in ministerio.* Torrent. ci. = *in numerorum stipendia* contra mstos etiam Gr. E — *vitae.* GP4. = *vitae studium.* P2. = *vitae studium.* Ort. = *fastidium fugeris* om. *vitae* (?). D = *confugeris.* V = *effugies.* V + *fastidio vel taedio lucis.* A = *gravis erit.* P2. + *optimus optimus quisque.*

6. E = *dignus fueris* ∾ *colliges. Nam si omnes.* B = *in nos cum conversi.* GD (cr. ∾) E P2. = *sequemur hanc.* 𝔗 . . . 𝔐 = *sequitur hanc.* Rell. etiam P2. 3. Ort. ∾.

*difficultatem* = BGVADE Ort. Pall. Col. (?) 𝔗 . . . 𝔅o = *difficultates.*

*educere* = BGADE P2. 4. Col. Ort. Tronc. Germ. Scal. 𝔗 . . . 𝔈2. V Pinc. v. l. P3. 𝔈 . . . 𝔅o = *ducere.* G (m∾) — *natura.* Tronc. = *natura conservandum.* 𝔗𝔅 = *consummandum.*

7. V = *Alii illo parce utuntur.* E = *illo utuntur.* G = *impedimus.* V = *impendunt et possint reddere rationem* ∾ *habeant reliquias.* E — *reliquias.*

*liquias: qua re nihil turpius est. Saepe grandis natu senex nullum aliud habet argumentum quo se probet diu uixisse praeter aetatem.* Mihi, carissime Serene, nimis uidetur submisisse temporibus se Athenodorus, nimis cito refugisse. Ne ego negauerim aliquando cedendum: sed sensim relato gradu et saluis signis, salua militari dignitate. Sanctiores tutioresque sunt hostibus suis qui in fidem cum armis ueniunt. Hoc puto 8
uirtuti faciendum studiosoque uirtutis: si praeualebit fortuna et praecidet agendi facultatem, non statim auersus inermisque fugiat latebras quaerens, quasi ullus locus sit in quo non possit fortuna persequi, sed parcius se inferat officiis et cum delectu inueniat aliquid in quo utilis ciuitati sit. Militare non licet? honores spectet. priuato uiuendum est? sit orator. silentium indictum est? tacita aduocatione ciues iuuet. periculosum etiam ingressu forum est? in domibus, in spectaculis, in conuiuiis, bonum contubernalem, fidelem amicum, temperantem conuiuam agat. Officia si ciuis amiserit, hominis exerceat. Ideo magno 9
animo nos non unius urbis moenibus clusimus, sed in totius orbis

*qua re nihil turpius est. Saepe grandis natu senex nihil aliud habet* = A (iungit tamen *quare*). V = *quare nihil turpius est. saepe* [m + *quam*] *grandis natu senex qui nullum habet aliud.* BGDE = *quare* [mD = *qua*] *nihil turpius est saepe quam grandis natu* [BG = *natus*] *senex qui nullum a. h.* 𝔗 . . . 𝔅o = *Quare nihil turpius est quam grandis natu senex qui n. a. h.* V = *Serene carissime.* G = *videtur minus submisisse.*

*Ne ego negaverim* = BGADE 𝔗𝔅. V = *Nec negaverim.* mV 𝔈1. . . . 𝔅o = *Nec ego negaverim.* E = *sensum.* E = *in fide.*

8. BG (s∾) = *studioque virtutis.* D(cr. ∾) = *studiose virtutis.* G(cr. ∾) P2. 4. Col. 𝔗𝔅 = *non statim adversus.* Rell. etiam P3. Ort. ∾.

*in quo non possit* = AmD P2. 3. Col. 𝔗𝔅 𝔊ro . . . 𝔅o. BGVDE P4. 𝔈1. . . . 𝔏4. — in. G = *fortunam persequi.* 𝔗𝔅 = *prosequi.*

*parcius se inferat* = BGAD quidam codd. Pinc. Gr. 𝔗𝔅 𝔊ro . . . 𝔅o. E = *paratius se inferat.* V = *parcius inferat se.* Pinc. ci. = *parcius se ingerat.* probat Steph. ad Dalech. Ep. 10. 𝔈1. . . . 𝔏4. = *parcius se inserat.*

*et cum delectu* = V 𝔈1. . . . 𝔊. 𝔗𝔅 = *et cum delectum.* BG 𝔐 . . . 𝔅o = *et cum dilectu.* ADE n. l. V = *sit civitati.* A = *utilis civitatis sit.* E = *in quo utilitati sit.* V + *Si militare.* sD = *Militares.* B = *honore spectet.* A = *honore spectat.* V — *spectet.* mD = *honores petat.* V = *si oratori silentium.* V = *advocatione tacita.* G (s∾) = *periculosum enim.* VP3. Ort. = *periculosum est etiam in foro ingredi.* D(m∾) = *ingredi in forum est.* P2. 4. Germ. 𝔗𝔅 + *in ingressu.* Scal. = *in forum ingredi.* BVDE 𝔗 . . . 𝔊 — in ante *spectaculis.*

*fidelem amicum* = BGVADE. 𝔗 . . . 𝔅o = *amicum fidelem.*

9. VA Pinc. v. l. P3. Col. Ort. — *si* ante *civis* (VPinc. v. l. = *amisit*). G D(cr. ∾) E = *si vix amiserit.* 𝔗𝔅 = *si cuius admiserit.* P2. 4. ∾. G(s∾) D(cr. ∾) E = *homines.* V — *non* ante *unius urbis.* G = *non huius urbis.*

*clusimus* = A 𝔗 . . . 𝔐. D =

commercium emisimus patriamque nobis mundum professi sumus, ut liceret latiorem uirtuti campum dare. Praeclusum tibi tribunal est et rostris prohiberis aut comitiis? respice post te quantum latissimarum regionum pateat, quantum populorum. numquam ita tibi magna pars obstruetur, ut non maior relinquatur. Sed uide, ne totum istud tuum uitium sit: non uis enim nisi consul aut prytanis aut ceryx aut sufes administrare rempublicam. Quid si militare nolis nisi imperator aut tribunus? etiam si alii primam frontem tenebunt, te sors inter triarios posuerit: inde uoce, adhortatione, exemplo, animo milita. Praecisis quoque manibus ille in proelio inuenit quod partibus conferat qui stat tantum et clamore iuuat. Tale quiddam facias: si a prima te reipublicae parte fortuna submouerit, stes tamen et clamore iuues et, si quis fauces oppresserit, stes tamen et

*cluximus.* B = *plusibus.* GE = *pluribus.* V𝔏 . . . 𝔅o = *clausimus.* V = *et in totius.* D (m∾) E = *totius urbis.* E = *omisimus.* V = *mundum nobis.* G(n.) + *in mundum.* E = *Non liceret.* BGV = *rationem virtuti campum.* D(m∾) ≐ *ratione virtuti campum.* E = *rationi virtutum campum.* G = *est tribunal.* E (cr. ∾) = *prohiberi.* A (cr. ∾) = *aut comittis.* D = *aut convitiis.* B = *respicere post te.* G = *latissimorum religionum.*

*ita tibi* = BGADE. mD = *tam tibi.* V = *ita magna pars tibi.* 𝔗 . . . 𝔅o = *tibi ita.*

10. V = *ne totum hoc.* D = *ne totum id.*

*tuum vitium sit* = BVADE. G𝔗 . . . 𝔅o = *vitium tuum sit.* VP3. Ort. — *aut pryt. . . . sufes.*

*aut prytanis aut ceryx aut sufes* = A 𝔅2. B = ∾ *aut fuses.* G = *aut* p̊ *stanis aut* ce*t*x *aut fuses.* (*va* / *cat*) D = *aut pirtanis. aut tenix. aut fuses.* E = *aut prytanis aut tirix aut funes* (hoc n.). P1. (immo 2.) = ∾ *aut ceris aut fules.* P4. = *aut praestans aut cetrix aut fuses.* Col. = ∾ *aut terix aut fuses.* 𝔗𝔅 = *aut pritanis : aut cerix : aut fasces.* 𝔊1. = *aut prytanes, aut ceryx, aut fasces.* 𝔊2. . . . 𝔑u 𝔅o = *aut prytanes* ∾. *terix* placuit Scaligero, qui asseverat vocem esse Syriacam et significare ἁρμοστήν. V = *primam frontem tenuerint.* DE + *et te sors.* D = *intus triarios.* Ort. = *inter criarios.* 𝔗 . . . 𝔊1. = *inter precarios.* 𝔊2. . . . 𝔊 = *inter gregarios.* Rell. etiam Bong. ex Cui. Pinc. Gr. Scal. ∾.

*posuerit* = BGVADE Ort. Pall. Col. (?) 𝔗 . . . 𝔅o = *posuit.* G = *voce adoratione.* V = *in proelio ille.* E — *conferat.* BGAE 𝔗 . . . 𝔊1. = *qui stat tamen.*

*Tale quiddam facias* = BVAD. G = *Tale quoddam fatias.* E = *Tale quidam facias.* 𝔗 . . . 𝔅o = *Tale quiddam facies.* 𝔗𝔅 = *si a patria te.* G = *si ad primam te re. fortuna.* V = *parte reip.* D — *fortuna.*

*materia est* = BGVDE Bong. Pinc. v. l. P4. Col. P2. 3. Ort. 𝔑 . . . 𝔅o — *est.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *alium super vestibulum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V = *liberos, hic amisisse.*

3. *nobis vitam* = BGVDE. 𝔑 . . . 𝔅o = *vitam nobis.*

*nascentium hominum* = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o = *nascentium omen.* G (s∾) = *ideo moderate* om. *que.* V — *si* ante *non finire.* 𝔑 . . . 𝔅 = *se non finire.* G = *si non f'ire.* D(cr.∾) E = *ac recte.*

4. G = *si cogitaverit nulli.* P2. Col. Ort. (cr.∾) = *cui praestare videtur.* V = *Torqueri te ille.* B(cr.∾) = *ille te autem non vult.* G (m∾) = *quam ei cui praestatur.*

*ingratum est* = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. Ex. Fac. et Prim. 𝔊 . . . 𝔅o — *est.*

Cap. V. [24.]

*Neminem esse toto orbe terrarum* = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔅o = *Neminem toto orbe terrarum esse.* Col. — *Quid*

te animum gerit eum esse tu credis fratris tui, ut cruciatu tui noceat tibi, ut te uelit abducere ab occupationibus tuis, id est a studio et a Caesare? Non est hoc simile ueri. Ille enim indulgentiam tibi tamquam fratri praestitit, uenerationem tamquam parenti, cultum tamquam superiori. ille desiderio tibi esse uult, tormento esse non uult. Quid itaque iuuat dolori intabescere
2 quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit? De alio fratre cuius incerta posset uoluntas uideri omnia haec dubie ponerem et dicerem: Siue te torqueri lacrimis numquam desinentibus frater tuus cupit, indignus hoc adfectu tuo est. siue non uult, utrique uestrum inertem dolorem dimitte: nec inpius frater sic desiderari debet nec pius sic uelit. In hoc uero cuius tam explorata pietas pro certo habendum est nihil esse illi posse acerbius quam hic si tibi casus eius acerbus est, si te ullo modo torquet, si oculos tuos, indignissimos hoc malo, sine ullo
3 flendi fine et conturbat idem et exhaurit. Pietatem tamen tuam

*ergo? ... § 3. id nunc tibi quoque faciendum est.*

*ut cruciatu tui* = BGDE Bong. Pinc. v. l. P2. 3. Ort. 𝔗𝔅. V P4. = *ut cruciatus tui.* 𝔈1. — *tui.* 𝔈2. ... 𝔅o = *ut cruciatu tuo.* Pinc. ci. = *ut cruciatu sui.* BG (n.) + *ut a te velit abducere.* DE cod. Lips. = *et private velit abducere.* mD = *et te velit abd.* V — *tuis* post *occupationibus.*

*et a Caesare* = BGVDE Gr. Rom. 2. Tronc. 𝔗𝔅 𝔊ro ... 𝔅o (D p. m. = *et a cessare*). 𝔈1. ... 𝔏4. — *a.* G = *indulgentia tibi.* G (m∾) — *fratri ... tamquam.* mG = *fratris.* Germ. 𝔗 ... 𝔈2. + *fratri ostendi et praestitit* contra mstos etiam Pinc. Gr. mG = *titulum tanquam superiori.* V — *esse* post *tormento.*

*dolori intabescere* = BVD (s. m) P2. 3. Ort. 𝔗𝔈2. ... 𝔊ro. G = *doloris tui intabescere.* Rom. Scal. = *doloris vi intabescere.* D𝔈1. = *doloribus intabescere.* EP4. = *doloris intabescere.* Pinc. v. l. 𝔅 = *doloris vi tabescere.* 𝔅1. ... 𝔅o = *dolore intabescere.*

*defuncti sensus est* = BGVDE Gr. 𝔗 ... 𝔊 𝔊ro 𝔅2. 𝔐 ... 𝔑u 𝔅o (exc. 𝔊ro) = *defunctis sensus est.*

2. GV = *voluptas videri.* BGV Bong. Pall. Ort. 𝔗 ... 𝔈1. + *non dubie ponerem.* Scal. = *dubia ponerem.*

*utrique vestrum inertem dolorem dimitte* = 𝔊ro ... 𝔅o. BGVDE P2. 4. Ort. = *utrique nostrum inherentem dolorem dimitte.* P3. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem dimittit.* 𝔗 ... 𝔊 = *uterque vestrum inertem dolorem dimittite.* Bong. = *uterque vestrum inhaerentem dolorem dimitte.* Scal. Tronc. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem dimitte.* Correctiora exx. Pinc. = *utrique vestrum inhaerentem dolorem* [= cod. Lips.] *dimitte* (sic ed. Par. a. 1587. Grut. laudat *dimittite.* ed. Par. a. 1602. habet *dimittere*). 𝔐 ... 𝔏4. = *utique inutilem dolorem dimitte.* P2. = *si desiderari* ∾ *si velit.* DE = *sic desiderare.* P4. Ort. = *desiderari velit, nec impius* [?] *si debet* om. priori *sic.* B = *nec plus sic vellit.* G = *nec plus sit si velit.* G = *posse illi acerbius quam sibi tibi.* 𝔐 = *quam hic si tibi casus eius* contra mstos etiam Gr. (P3. — *hic.* P4. — *eius*). G — *ulli flendi fine.*

*et conturbat* = BG (s. m.) DE Gr. 𝔊ro ... 𝔅o. G = *et conturbet.* V 𝔗 ... 𝔏4. — *et.* D (m∾) — *idem.* E = *et exharit.*

3. *Pietatem tamen tuam* = BGDE.

nihil aeque a lacrimis tam inutilibus abducet, quam si cogitaueris
fratribus te tuis exemplo esse debere fortiter hanc fortunae iniu-
riam sustinendi. Quod duces magni faciunt rebus adfectis, ut
hilaritatem de industria simulent et aduersas res adumbrata lae-
titia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem
uiderint, et ipsi collabantur: id nunc tibi quoque faciendum est.
Indue dissimilem animo tuo uoltum et, si potes, proice omnem 4
ex toto dolorem: si minus, introrsus abde et contine, ne ad-
pareat, et da operam, ut fratres tui te imitentur: qui honestum
putabunt quodcumque te facientem uiderint animumque ex uoltu
tuo sument. Et solatium debes esse illorum et consolator:
non poteris autem horum moerori obstare, si tuo indulseris.
VI. [25.] Potest et illa res a luctu te prohibere nimio, si tibi
ipse renuntiaueris nihil horum quae facis posse subduci. Magnam
tibi personam hominum consensus inposuit: haec tibi tuenda est.
Circumstat te omnis ista consolantium frequentia et in animum
tuum inquirit ac perspicit quantum roboris ille aduersus dolorem
habeat et utrumne tu tantum rebus secundis uti dextere scias

V 𝔗 . . . 𝔚o = *Pietatem tuam tamen.* G = *nisi aeque.*

*lacrimis iam inutilibus abducet* = D(s.m.) E Bong. Ort. BGDE (s.m.) = *lacrimis iam inutilibus adducet.* V = *a lacrimis iam inutilibus subducet.* Pall. 𝔗 . . . 𝔊𝔚2. + *a lacrimis iam inutilibus abducet* (𝔈𝔊 = *adducet*). Pinc. ci. 𝔐 . . . ℜu 𝔚o = *a lacrimis tam inutilibus abducet.* DE = *tuis exemplo te.* V = *sustinendo.* V P2. 𝔗 . . . 𝔐 = *rebus afflictis.* G DE P4. Ort. = *rebus affecti.* B Bong. fideliores codd. Pinc. P3. ∾. B = *simulentur.* V = *abscondunt.* VD E = *id nunc quoque tibi.* G𝔗 . . . 𝔈1. — *tibi.*

4. B — *animo.* D — *tuo.* D(m∾) = *et si potest.* E — *dolorem.*

*si minus* = BVDE 𝔗𝔚. G = *sinimus.* 𝔈1. . . . 𝔚o = *sin minus.* GDE Rom. 2. = *introrsus absconde.* E = *Continere ne* om. *et.* D(m∾) E = *ne imitentur.* G = *tui te inmutentur.* B = *tui te Imittentur.* G(m∾) Pinc. v. l. P4. Ort. — *qui* ante *honestum.* Col. — *qui honestum* . . . VI, 2. *decet nihil humile.* D(m∾) E = *quod honestum.* G(s∾) = *putabant.*

*te facientem* = B Bong. sGVDE P2. 4. Ort. (s.m.) = *facientem te.* P3. = *faciente te.* G𝔗 . . . 𝔚o — *te.* GD(m∾) E = *debet esse.* 𝔗 . . . ℜu 𝔚o = *et consolator illorum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V 𝔗𝔚 = *nisi tuo ind.* B G = *si tui ind.* (G p.m. = *indulgeris*). D + *si tuo non indulxeris.*

Cap. VI. [25.]

V = *nimio te prohibere si cogitaveris nihil eorum quae.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *tibi ipsi* contra mstos etiam Bong.

*Magnam tibi personam* = BVmD P2. 3. mOrt. 𝔗 . . . 𝔏4. GDE P4. Ort. cod. Lips. Rom. 2. 𝔊ro . . . 𝔚o = *Magnam tibi partem.* Grut. ci. = *Magnam tibi Spartam:* sed ipse reprobat. mD *personam* explicat per *prelationem vel officium.* V — *in* ante *animum tuum.* V = *ac prospicit quantum.* P2. = *ac perficit quantum.* P4. = *ac perfecit quantum.*

*rebus secundis uti dextere scias* = Bong. B = *rebus secundis uti id extere scias.* G = *rebus se ederis. id exercere* [m *secundis fortiter*] *scias.* Ort. Rom. 2. Scal. = *rebus se-*

an et aduersas possis uiriliter ferre: obseruantur oculi tui.
2 Liberiora omnia sunt iis quorum adfectus tegi possunt: tibi nullum secretum liberum est, in multa luce fortuna te posuit. omnes scient quomodo te in isto tuo gesseris uolnere: utrumne statim percussus arma submiseris an in gradu steteris. Olim te in altiorem ordinem et amor Caesaris extulit et tua studia deduxerunt: nihil te plebeium decet, nihil humile. Quid autem tam humile ac muliebre est quam consumendum se dolori com-
3 mittere? Non idem tibi in luctu pari quod tuis fratribus licet: multa tibi non permittit opinio de studiis ac moribus tuis recepta. multum a te homines exigunt, multum exspectant. Si uolebas tibi omnia licere, ne conuertisses in te ora omnium: nunc autem tibi praestandum est quantum promisisti omnibus illis qui opera ingenii tui laudant, qui describunt, quibus, cum fortuna
4 tua opus non sit, ingenio opus est. Custodes animi tui sunt: nihil umquam itaque potes indignum facere perfecti et eruditi uiri professione, ut non multos admirationis de te suae poeniteat. Non licet tibi flere inmodice: nec hoc tantummodò non licet, nec somnum quidem extendere in partem diei licet aut a tumultu

*cundis fortiter uti scias* (Ort. s.m. = *tua*). V P2. Germ. = *rebus secundis indulgere scias.* 𝔗...𝔊2. = *in rebus secundis indulgere scias.* D = *rebus secundi uti et te* [m *fortiter*] *exercere scias.* E = *rebus secundis uti et te exercere scias.* P3. 4. = *rebus secundis uti id exercere scias.* Exx. Franc. Schol. Fac. et Prim. 𝔈...𝔅o = *rebus secundis dextere uti scias.* 𝔊1. = *observabantur oculi tui.* 𝔊2. = *observabuntur oculi tui* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. BV = *Liberiora sunt omnia.* V = *his quorum.* BG Pall. Ort. = *regi possunt.* V = *possunt regi.* V = *in isto tuo te gesseris.* G = *statim prorsus arma.* GD(m∾) E(n.) P4. mOrt. = *an ingratus steteris.* P3. + *an si in gradu steteris.* 𝔗...𝔊 + *an in statu et in gradu steteris.* Rell. etiam Pinc. P2. Ort. ∾. G = *et studia tua.* G — *Quid autem tam humile.* G = *quam qui sumendum se.* E = *consumandum se.*

3. E = *in victu pari.* G = *in luctu p'ari.* GVDE 𝔗...𝔊2. — *tuis* post *moribus.* B Pinc. v. l. ∾. V = *non convertisses.* VDE + *tantum tibi praestandum.* D (m ∾) E cod. Lips. = *promisisti omnes illi.* 𝔗𝔅 = *promisisti: omnes illis.* Lips. non ambigit, quin haec clausula sic rescribenda et discernenda sit: *quantum promisisti. Omnes illi, qui o. i. t. l. q. d. q. c. f. t. o. n. s. i. opus est, custodes animi tui sunt.* Rell. ∾. B P3. 𝔗𝔅 = *qui describant.* D (cr. ∾) = *quid scribunt.* mD P2. = *quid describant.* B = *con fortuna tuo opus non sit.* G — *ingenio opus est.*

4. V + *Custodes enim animi.* G VmDE = *unquam ita potes.* D = *unquam ita potest.* GDE P4. Ort. = *profecti et eruditi.* V P2. 𝔗... 𝔊2 = *provecti et eruditi.* B Pinc. v. l. P3. ∾. V = *suae de te p.* D (m∾) E = *de se suae.* Rom. 2. + *sed nec hoc tantummodo.* DE + *non licet tibi nec somnum q.* V + *non licet tibi imo nec s. q.* Rom. 2. ci. Gothofr. + *sed nec somnum q.* (*nec s. q.* habent omnes).

**rerum in otium ruris quieti confugere aut adsidua laboriosi officii statione fatigatum corpus uoluntaria peregrinatione recreare aut spectaculorum uarietate animum detinere aut tuo arbitrio diem disponere. VII. [26.] Multa tibi non licent quae humillimis et in angulo iacentibus licent. Magna seruitus est magna fortuna. Non licet tibi quicquam arbitrio tuo facere: audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli. tantus rerum ex orbe toto coeuntium congestus ut possit per ordinem suum prin-**
**cipis maximi animo subici, erigendus tuus est. Non licet tibi,** 2
**inquam, flere, ut multos flentes audire possis. ut periclitantium et ad misericordiam mitissimi Caesaris peruenire cupientium lacrimae possint, tibi tuae adsiccandae sunt. Haec tamen etiam-**

*in otium ruris quieti confugere* = VmD Ort. ci. Lips. 𝔊ro...𝔚o. BDE Pall. = *in otium ruris quietis confugere.* G = *in otium ruris quietis cons'gere* (m *confugere*). Col. hic mancus est. 𝔗...𝔏4. = *in otium ruris gratia quietis confugere.*

*voluntaria peregrinatione* = B𝔗...𝔏4. GVDE Pall. Ort. Rom. 2. Tronc. = *voluptaria per.* (Rom. 2. Tronc. = *voluptuaria*). exosculatur Grut.

Cap. VII. [26.]

V = *quae humilibus quoque in angulo iacentibus.* DE P2. 4. Ort. 𝔗...𝔈2. — *et* ante *in angulo.* mD P3. Col. + *quoque et in angulo.* Roll. etiam Pinc. v. l. ∾. Germ. 𝔗...𝔈2. + *est ex magna fortuna.* P4. = *mãg. pẽ.* Mss. etiam Pinc. v. l. Gr. ∾. G = *disponendi belli.*

*ex toto orbe coeuntium* = BGVD E Pall. Ort. Rom. 2. 𝔊ro...𝔚o. Col. hic deficit. 𝔗...𝔈1. = *ex toto orbe occurrentium.* 𝔈2....𝔏4. = *ex toto orbe accurrentium.*

*ut possit per ordinem suum principis maximi animo subici, erigendus tuus est* = ci. Pinc. 𝔊ro...𝔚o. non improbat Lips. B = ∾ *subicit exigendus is est.* G = ∾ *exigentibus is est.* mG = in alio deficiebat *animo* scribitque *exigentibus. is. est.* et eadem manu: *officium geri ubique exigendus est animus.* V = *Ut possit ordine suo tanti principis officium geri ubique est erigendus animus.* DE = ∾ *subici. erigendus is est.* mD = *officium geri ubique animus erigendus est.* Pinc. v. l. = *subiici, exigendus* [in quibusdam erat *erigendus*] *is est.* „ut referas ad *congestus.*" Pinc. P2. = ∾ *subici exigendus is* [hoc del.] *hiis est.* P3. = ∾ *principis maximi officium geri animus ubique diligendus est.* P4. = *ut possit per orbem suum principis maximi animo subiici exigendus is est.* Ort. = ∾ *subici. Exigendus is est.* 𝔗...𝔈1. = ∾ *principis maximi officium geri ubique animi est.* Agric. ci. = *ubique astricti animi est.* non probat Erm. et ipse ci. = ∾ *principis maximi officium geri, quieto animo opus est.* 𝔈2. ... 𝔏4. = ∾ *princ. maximi* [𝔏4. = *maxime*] *officium geri, quieti animi est.* Lips. ci. = *erigendus ipse es.*

2. V = *inquam tibi.* 𝔗...𝔈2. = *tibi unquam* contra mstos etiam Pinc. Gr. V = *possis flentes audire.* V = *Caesaris venire.*

*lacrimae possint, tibi tuae adsiccandae sunt* = DE cod. Lips. BG P3. 4. 𝔗𝔚 𝔊ro 𝔚1. 𝔚o — *possint.* D(s.m.) 𝔈1....𝔏4. = *lacrimae prosint, tibi tuae ass. s.* P2. 𝔑u 𝔚2. = *lacrimae, sic tibi tuae ass. s.* probat Gron. V = *lacrimae admittantur tuae tibi siccandae sunt.* mD Ort. Bruxell. = *lacrimae admittantur, tibi tuae ass. s.* non displicet Grutero. Spalding. (in Commentt. Acad. Reg. Berol. a. 1803. p. 228.)

nunc lenioribus remediis adiuuabunt: cum uoles omnium rerum obliuisci, Caesarem cogita. uide quantam huius in te indulgentiae fidem, quantam industriam debeas: intelleges non magis tibi incuruari licere quam illi. si quis modo est fabulis traditus
3 cuius humeris mundus innititur, Caesari quoque ipsi cui omnia licent propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius uigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium uacationem illius occupatio. Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicauit sibi eripuit et siderum modo quae inrequieta semper cursus suos explicant numquam illi licet nec subsistere nec quicquam suum facere. Ad quemdam itaque modum tibi quoque eadem necessitas iniungitur: non licet tibi
4 ad utilitates tuas, ad studia tua respicere. Caesare orbem terrarum possidente inpartiri te nec uoluptati nec dolori nec ulli alii rei potes: totum te Caesari debes. Adice nunc quod, cum semper praedices cariorem tibi spiritu tuo Caesarem esse, fas tibi non est saluo Caesare de fortuna queri. Hoc incolumi salui tibi sunt tui. nihil perdidisti: non tantum siccos oculos tuos

ci. + *lacrimae aspici possint, tibi tuae ass. s.*

*Haec tamen etiamnunc lenioribus remediis adiuvabunt* = B. G P2. 4. Ort. = ∾ *levioribus* ∾. V + ∾ *etiamnunc quoque lenioribus* ∾. DE = ∾ *levioribus te remediis* ∾. P3. = *Haec tamen etiam non levioribus te remediis adiuvabunt.* 𝔗 ... 𝔊 = *Hoc tamen etiamnunc [etiamnum] levioribus remediis adiuvabit.* 𝔐 ... 𝔅o = *Hoc tamen etiam non levioribus in remediis adiuvabit.*

*Caesarem cogita* = BGDE. V𝔗 ... 𝔅o = *cogita Caesarem.* G = *inde quantam.* V = *huius indulgentiae tibi fidem.* D(m∾) E = *vite indulgentie.* V = *tibi magis.* G = *quam ali si quis.* DE quaedam exx. Pinc. cod. Lips. + *traditus favor.* 𝔐 — *fabulis traditus* contra mstos etiam Gr.

3. Spalding. (l. l. p. 226.) ci. = *Omnium somnos.* BG = *omnium evocationem.* 𝔗𝔅 = *omnium vocationem.* GD(m∾) — *se* ante *Caesar.* E = *Caesar se.* V = *dedicavit orbi terrarum.* G = *orbem terrarum.* mD E Rom. + *se sibi eripuit.* E(s∾) = *siderum more.* V = *semper suos explicant cursus.* D (cr. ∾) = *illis licet.* BGD = *et subsistere.* VD(s.m.) E — *nec.* BG (cr.∾) G(cr.∾) P3. 4. = *sua facere.* D (cr.∾) = *suo [vel sue] facere.* E = *sui facere.* B(s∾) = *a studia.* V — *tua.*

4. G(m∾) = *possidere.* G — *nec* ante *voluptati.*

*ulli alii rei* = BGVDE Pall. Ort. Rom. 𝔗 ... 𝔊2. 𝔊ro ... 𝔅o. 𝔊 ... 𝔏4. — *alii.* G = *potest.* BG(cr.∾) DE Pall. 𝔗𝔅 = *Caesari debeas.* V Ort. ∾. B = *cariores sunt. fas tibi non est.* P2. = *cariores tibi spiritu tuo cariores sint. Fas tibi.* P3. = *cariorem tibi sp. tuo cariorem fratribus, cariorem liberis esse, optimum principem et privata vota tuto sint fax tibi non est.* G P4. = *cariorem tibi sp. tuo cariores sint. fas tibi.* Ort. + *Caesarem esse, cariorem fratribus, cariorem liberis optimum principi et privata nota tua sunt. Fas tibi.* V = *cariorem tibi sp. tuo Caesarem fore* [= mG 𝔗 ... 𝔊2.] *fas non est tibi.* DE Pinc. v. l. ∾. D(m∾) = *fas tibi non esse.* D(m∾) — *tui: nihil ... tibi omnia sunt.* V — *tuos* post *oculos.*

esse, sed etiam laetos oportet. in hoc tibi omnia sunt, hic pro
omnibus est. Quod longe a sensibus tuis prudentissimis piissi- 5
misque abest aduersus felicitatem tuam parum gratus es, si tibi
quicquam hoc saluo flere permittis. Monstrabo etiamnunc non
quidem firmius remedium, sed familiarius. Si quando te do-
mum receperis, tunc erit tibi metuenda tristitia: nam quamdiu
numen tuum intueberis, nullum illa ad te inueniet accessum.
omnia in te Caesar tenebit: cum ab illo discesseris, tunc uelut
occasione data insidiabitur solitudini tuae dolor et requiescenti
animo tuo paulatim inrepet. Itaque non est quod ullum tempus 6
uacare patiaris a studiis: tunc tibi literae tuae tam diu ac tam
fideliter amatae gratiam referant. tunc te illae antistitem et cul-
torem suum uindicent. tunc Homerus et Uergilius tam bene de
humano genere meriti quam tu et de omnibus et de illis meruisti
quos pluribus notos esse uoluisti quam scripserant multum tecum
morentur. tutum id erit omne tempus quod illis tuendum com-
miseris. Tunc Caesaris tui opera, ut per omnia secula dome-
stico narrentur praeconio, quantum potes conpone: nam ipse
tibi optime formandi condendique res gestas et materiam dabit
et exemplum. VIII. [27.] Non audeo te usque eo producere,
ut fabellas quoque et Aesopeos logos, intemptatum Romanis in-
geniis opus, solita tibi uenustate connectas. difficile est qui-

5. E = *Quia longe a sensibus tuis.* D = *permittit.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *etiamnum* contra mstos. G(m∾) D(m∾) E = *firmum remedium.* GD (cr.∾) E = *nunc erit tibi.* Rom. + *numen tuum id est Caesarem tuum intueberis.* D (m∾) — *intueberis . . . accessum.* E = *nullum te invenient accessum.* B (s∾) GE 𝔗𝔅 = *inrepit* (irr.). D = *imrepit.* mD = *imrepet.*

6. D (cr. ∾) E = *nullum tempus.* D(m∾) — *vacare.*

*ac tam fideliter* = BGVE Pall. Ort. Tronc. Rom. 𝔊ro . . . 𝔅o. D = *ac tam fidenter.* 𝔗 . . . 𝔏4. — *tam.* G = *amare gratiam.* V = *cultorem que suum.* E = *ei cultorem.* G = *iudicent.*

*quam tu et de omnibus* = VD(s.m.) E P3. Ort. 𝔏4. BGP2. 4. = *quam et de omnibus.* D = *quantum et de omnibus.* G (s.m.) 𝔈2. . . . 𝔅o (exc. 𝔏4.) = *quam tu de omnibus.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *quam de omnibus.* V P2. = *tutum hic erit id.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *tutum hic erit.* B = *tutum id exit.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. ∾. G = *commiserit.*

Cap. VIII. [27.]

BVDE Gr. — *eo* post *usque.* BGV = *et oesopeos longos.* D = *et sopeos longos.* D (s.m.) E P2. 4. = *et cesopeos longos.* P3. = *et cesos eos longos.* Ort. = *cosopeos longos.* Pinc. ci. = *et Aesopi apologos.* probat Steph. ad Dal. Ep. 34. 𝔗 . . . 𝔈1. = *et cessopeos longos.* V + *intemptatum quidem.* BVE Bong. Pinc. v. l. P2. 3. 𝔗𝔅 = *solita sibi.* mD = *soluta sibi.* 𝔈1. 2. — *tibi.* G D P4. Pinc. ci. ∾. B = *vetustate.* Pinc. ci. = *convertas.* D(m∾)E =

dem, ut ad haec hilariora studia tam uehementer perculsus ani-
mus tam cito possit accedere: hoc tamen argumentum habeto
iam conroborati eius et redditi sibi, si poterit se a seuerioribus
2 scriptis ad haec solutiora producere. In illis enim quamuis ae-
grum eum adhuc et secum reluctantem auocabit ipsa rerum quas
tractabit austeritas: haec quae remissa fronte commentanda sunt
non feret, nisi cum iam sibi ab omni parte constiterit. Itaque
debebis eum seueriore materia primum exercere, deinde hila-
3 riore temperare. Illud quoque magno tibi erit leuamento, si
saepe te sic interrogaueris: Utrumne meo nomine doleo an eius
qui decessit? Si meo, perit meae indulgentiae iactatio et inci-
pit dolor, hoc uno excusatus quod honestus est, cum ad utili-
tatem respiciat, a pietate desciscere. Nihil autem minus bono
4 uiro conuenit quam in fratris luctu calculos ponere. Si illius
nomine doleo, necesse est alterutrum ex his duobus esse iudi-
cem. Nam si nullus defunctis sensus superest, euasit omnia
frater meus uitae incommoda et in eum restitutus est locum in
quo fuerat antequam nasceretur et expers omnis mali nihil timet,
nihil cupit, nihil patitur. Quis iste furor est pro eo me num-

*venustate nectas.* G (m∾) 𝔗𝔅 = *percultus.* D(cr.∾) = *percursus.* B = *perculsus annis.* V = *possit accidere.* DE = *argumentum habeo.* V + .s. *iam corroborati.* 𝔍u ed. Par. a. 1613. — *si* ante *poterit.* BG DE Bong. — *se* post *si poterit.* V = *se a sevioribus.* BG = *ad solitiora producere.* DE Bong. = *ad solutiora procedere.*

2. G (cr. ∾) = *et secum eum luctantem.*

*avocabit* = Bong. ci. amici Grut. 𝔊ro . . . 𝔚o. B = *avocavit.* sBG DE Ort. = *advocavit.* VPall. 𝔗 . . . 𝔏4. = *advocabit.* Lips. ci. = *advocabit ipsi* i. e. *iuvabit*, *patrocinabitur.* sGD (s.m.) = *quas tractabat.* E = *quas tractavit.* BG (s∾) VE Bong. Gr. 𝔗 . . . 𝔈1. = *commendanda sunt.* B = *ut ferret nisi.* GD(s.m.) P2. 4. = *non ferret nisi.* D = *non referret nisi.* E = *non fert nisi.* B = *Itaque delebis eum.* G(s∾) = *Itaque debetis eum.* V = *Itaque debebis illis.* G = *primum excedere.*

3. V = *tibi magno.* G(s∾) = *erit lamento.* B P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *sic* ante *interrogaveris.* Rell. etiam Pinc. v. l. P3. ∾. E — *doleo.* G = *Si meo per id indulgentem.* D = *Si modo parit indulgente.* D(s.m.) E = *Si modo perit indulgentiae.* Bong. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Si meo petit me indulgentem.* 𝔈𝔊 = *perit merae indulgentiae.* BV P3. 4. Ort. — *meae.* Pinc. v. l. ∾. V + *dolor esse.* D (cr. ∾) E + *qui hoc uno.* G = *excusatur quod honestum est.* D(cr. ∾) = *ad humilitatem respicit.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *respiciat* contra mstos etiam Bong. V (lit.) = *a pietate dissicere.* D = *a pietate discessere.* Ort. 𝔗 . . . 𝔈1. = *a pietate desistere.* 𝔐𝔚1. 𝔑u 𝔚o = *a pietate desciscens.* Rell. etiam Pall. ∾. E — *viro* post *bono.* V = *calculum ponere.*

4. G = *defunctus sensus.* Ort. — *defunctis.* 𝔗 . . . 𝔏𝔍u = *sensus est* contra mstos etiam Bong. Pinc. v. l. Gr. Rom. Scal. V = *et in eo restitutus est loco.* Ort. 𝔗 . . . 𝔈2. — *nihil timet* contra mstos etiam Pinc. Pall. Col. D (m∾) E — *nihil cupit.*

*Quis iste furor est* = BGDE. V

quam dolere desinere qui numquam doliturus est? Si est ali- 5
quis defunctis sensus, nunc animus fratris mei uelut ex diutino carcere emissus tandem sui iuris et arbitrii gestit et rerum naturae spectaculo fruitur et humana omnia ex superiore loco despicit, diuina uero quorum rationem tamdiu frustra quaesierat propius intuetur. Quid itaque eius desiderio maceror qui aut beatus aut nullus est? beatum deflere inuidia est, nullum dementia. IX. [28.] An hoc te mouet, quod uidetur ingentibus et cum maxime circumfusis bonis caruisse? cum cogitaueris multa esse quae perdidit, cogita plura esse quae non timet. Non ira eum torquebit, non morbus adfliget, non suspicio lacesset, non edax et inimica semper alienis processibus inuidia consectabitur, non metus sollicitabit, non leuitas fortunae cito munera sua transferentis inquietabit. Si bene conputes, plus
illi remissum quam ereptum est. Non opibus fruetur, non tua 2
simul ac sua gratia. non accipiet beneficia, non dabit. Miserum putas, quod ista amisit, an beatum, quod non desiderat? mihi crede, is beatior est cui fortuna superuacua est quam is cui parata est. Omnia ista bona quae nos speciosa, sed fallaci uoluptate delectant, pecunia, dignitas, potentia aliaque conplura ad quae generis humani caeca cupiditas obstupescit cum labore possidentur, cum inuidia conspiciuntur eosdemque ipsos

= *Quis est ergo iste furor.* 𝔗 . . . 𝔅o = *Quis iste est furor.* BGD(cr. ∾) E(n.) = *pro meo me nunquam.* V = *pro illo me nunquam.* D (cr. ∾) E = *in dolore desinere.* BG P4. = *dolore desinere.* V = *desinere dolere.* P2. = *dolorem diffinire.* Grut. ci. = *dolorem desinere.*

5. DE = *Si aliquis est.* 𝔈1. . . . 𝔊 = *defuncti sensus* contra mstos etiam Rom. Scal. G(m∾) = *velut ex divino.* 𝔗𝔅 = *velut ex diuturno.* VP2. + *esse gestit.* sE = *gessit.* V D(s.m.) E = *ex loco superiore.* D = *et loco superiore.* GD (cr. ∾) = *proprius.* V = *Quid ergo eius.* B = *desiderio marceor.*

Cap. IX. [28.]

B = *videntibus ingentibus.*

*et cum maxime circumfusis* = BG (s.m.) Bong. Pinc. v. l. 𝔐 . . . 𝔅o. G = *et eum maxime* [= DE Ort.] *circumfusus.* P2. = ∾ *circumfusus.* P3. = ∾ *circumfuxis.* V — *cum maxime.* D (s.m.) — *cum.* Col. = *et quam maxime.* P4. = *et eum circumfusis.* Germ. 𝔗 . . . 𝔈1. = *et ingratis et maxime circumfusis.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *et gratis et maxime circumf.* D (cr. ∾) = *bonis circuisse.* V = *Non eum ira.* G (m∾) — *non* ante *suspicio.* V = *alienis incrementis invidia.* GD(cr. ∾) = *invidia consecrabitur.* V = *sua cito munera.* V = *est quam ereptum.* D(m∾) — *est* post *ereptum.*

2. G = *supervacui* [cr. *e*] *est.* Pinc. ci. 𝔐 = *quam is cui parta est* contra mstos etiam Gr. DE = *non speciosa.* D = *voluptate fallaci.* Ed. Par. a. 1613. = *fallaci cupiditate.* G (cr. ∾) = *voluptate delectavit.*

*eosdemque ipsos* = GVDE quatuor Gr. B = *eisdemque ipsis* (hoc in lit.). Scal. = *eosdem ipsos.*

quos exornant et premunt. plus minantur quam prosunt. lubri-
ca et incerta sunt. numquam bene tenentur: nam ut nihil de
tempore futuro timeatur, ipsa tamen magnae felicitatis tutela
3 sollicita est. Si uelis credere altius ueritatem intuentibus, omnis
uita supplicium est. In hoc profundum inquietumque proiecti
mare, alternis aestibus reciprocum et modo adleuans nos subitis
incrementis, modo maioribus damnis deferens adsidueque ia-
ctans numquam stabili consistimus loco: pendemus et fluctuamur
et alter in alterum inlidimur et aliquando naufragium facimus,
semper timemus. In hoc tam procelloso et in omnes tempesta-
tes exposito mari nauigantibus nullus portus nisi mortis est.
4 Ne itaque inuideris fratri tuo: quiescit. tandem liber, tandem
tutus, tandem aeternus est. superstitem Caesarem omnemque
eius prolem, superstitem te cum communibus habet fratribus.
Antequam quicquam ex suo fauore fortuna mutaret, stantem
5 adhuc illam et munera plena manu congerentem reliquit. Frui-
tur nunc aperto et libero coelo, ex humili atque depresso in
eum emicuit locum quisquis ille est qui solutas uinculis animas
beato recipit sinu. et nunc illic libere uagatur omniaque rerum
naturae bona cum summa uoluptate perspicit. Erras: non per-
didit lucem frater tuus, sed securiorem sortitus est. Omnibus

Rom. 2. = *eos denique quos.* 𝔗 ... 𝔚o = *eosque ipsos.* G = *bene teneiur.*

3. V = *Si velimus credere veritatem altius.* Tronc. = *omnibus vita supplicium.* D (cr. ∾) = *Improfundum.* V = *et inquietum mare proiecti.* Pall. = *alterius aestibus.* Mss. etiam Col. Ort. ∾. D (cr. ∾) = *et non allevans.* 𝔗 ... 𝔊 = *subiectis incrementis* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. D(s∾) = *assidue* om. *que.* G P2. 3. 𝔗𝔚 = *in alterum illudimur.* V = *in alterum eludimur.* E = *in alterum alidimur.* Col. = *allidimur.* D = *illidamur.* P4. = *illiduntur.* Goerenz. (in Progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 10.) ci. = *et aliquando ne naufragium faciamus.* D(cr. ∾) = *In hoc quam procell.*

4. G (cr. ∾) = *Nec itaque.* V = *Non itaque* G (cr. ∾) = *tandem libertas, tandem tuus.* Ort. — *est* post *aeternus.* V — *Caesarem.* B — *Caesarem ... superstitem.*

*te cum communibus habet fratribus* = BVDE Bong. P3. Col. Ort. Rom. Trist. P4. — *cum.* P2. = *cum omnibus heredibus et fratribus.* G𝔗 ... 𝔚o = *te cum omnibus habet fr.* G (s∾) = *in suo favore.* E = *stantem adhuc illa.*

5. D = *et humili.* sD + *et ex humili.* GV = *quisque ille est.* DE + *quo vel qui solutas.*

*et nunc illic libere vagatur* = V Bong. exx. Franc. Schol. P3. Rom. B = *et nunc libere illic vagatur.* Col. = *illuc libere.* DE = *et nunc liber vagatur.* mD = *illic liber vagatur.* Scal. = *et nunc ille libere.* G P2. 4. Ort. 𝔗 ... 𝔚o — *illic.* D(m∾) = *natura.* Germ. Trist. 𝔗𝔚 = *prospicit.* Goerenz. l. l. ci. = *percipit.* B G (s∾) DE = *non perdit lucem.* G D (m∾) E exx. Pinc. Fac. et Prim. P4. Ort. Rom. Scal. Tronc. + *omnibus*

illo nobis commune est iter: quid fata deflemus? non reliquit
ille nos, sed antecessit. X. [29.] Est, mihi crede, magna
felicitas in ipsa felicitate moriendi. Nihil ne in totum quidem
diem certi est: quis in tam obscura et inuoluta ueritate diuinat
utrumne fratri tuo mors inuiderit an consuluerit? Illud quoque
qua iustitia in omnibus rebus es necesse est te adiuuet cogi-
tantem non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti,
sed beneficium datum, quod tamdiu pietate eius uti fruique li-
cuit. Iniquus est qui muneris sui arbitrium danti non relinquit, 2
auidus qui non lucri loco habet quod accepit, sed damni quod
reddidit. Ingratus est qui iniuriam uocat finem uoluptatis, stul-
tus qui nullum fructum esse putat bonorum nisi praesentium,
qui non et in praeteritis adquiescit et ea iudicat certiora quae
abierunt, quia de illis ne desinant non est timendum. Nimis
angustat gaudia sua qui eis tantummodo quae habet ac uidet frui
se putat et habuisse eadem pro nihilo ducit: cito enim nos omnis
uoluptas relinquit quae fluit et transit et paene antequam ueniat
aufertur. Itaque in praeteritum tempus animus mittendus est et 3
quicquid nos umquam delectauit reducendum ac frequenti cogi-

*cum illo.* 𝔗...𝔊 = *omnibus illud nobis.* 𝔐 = *omnibus illuc nobis.* B V Bong. ex. Franc. P2. 3. Col. ∾. V = *sed praecessit.*

Cap. X. [29.]

𝔗...𝔈2. + *Magna felicitas est in felicitate mori. Est, mihi crede* contra mstos etiam Pinc. Gr. B = *Nihil me in totum quidem.* G = *Nihil te in totum q.* V = *Nihil quidem mihi in totum diem certi est.* 𝔗𝔅 = *Nihil mihi in totum quidem diem certi est.* D(cr. ∾) E = *ne* [mD = *mehercule*] *in toto quidem die.* V = *et involuta virtute.* mD Pinc. ci. = *et involuta varietate.* BGD E P2. 4. 𝔗...𝔈1. = *invideat.* V Ort. (P3. Col.) ∾. BGVD (s.m.) E P2. 3. Col. 𝔗𝔅 = *an consulerit.* D = *ante consulerit.* P4. = *an consuleat.* Ort. ∾. V = *quod iustitia in omnibus est rebus necesse est te adi.* DE = *quia* [sDsE = *que*] *iustitia. in omnibus rebus est necesse est te adi.* Col. = *quia iustitia in omnibus rebus est necesse te adi.* BG P2. 4. = *qua iustitia in omnibus rebus est necesse te adi.* P3. = *qua tristitia in omnibus necesse est te adi.* Ort. = *quod iustitia in omnibus rebus est necesse est te adi.* 𝔗...𝔈1. = *quae iustitia in omnibus rebus necesse est te adi.* 𝔈2....𝔊 = *Illud quoque iustitia in omnibus rebus necesse est adi.* 𝔐 = *Illud quoque necesse est te adiuvet* rell. om. Pinc. v. l. = *qua iustitia in omnibus rebus est.* Pinc. ci. 𝔏...𝔅o ∾. V = *fratrem amiseris.* G (m∾) = *beneficium dampni.* BG + *tibi pietate eius.* DE Ort. + *pietate eius uti fruique tibi.* 𝔗...𝔏4. + *pietate eius tibi uti fruique.* V = *pietate eius tibi uti licuit.* Pall. Col. ∾.

2. GDE = *non reliquit.* G + *stultus est qui.* GVDE = *putat esse.* ℨu ed. Par. a. 1613. = *quin non in praeteritis.* V + *et ea non iudicat.* G = *Minus angustant* (n n.). sG + *qui in eis tantummodo.* V — *omnis ante voluptas.* V = *ac paene antequam.*

3. V = *animus mutandus est.* G = *nos tanquam delectavit.* V = *reducendum est ac frequenti cogitatione*

**tatione pertractandum est. Longior fideliorque est memoria uoluptatum quam praesentia. Quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis bonis pone. Non est quod cogites quanto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris.**
**4 Rerum natura illum tibi sicut ceteris fratribus non mancipio dedit, sed commodauit: cum uisum est deinde, repetit nec tuam in eo satietatem secuta est, sed suam legem. Si quis pecuniam creditam soluisse se moleste ferat, eam praesertim cuius usum gratuitum acceperit, nonne iniustus uir habeatur? Dedit natura fratri tuo uitam, dedit et tibi: quae suo iure usa a quo uoluit debitum suum citius exegit. non illa in culpa est cuius nota erat condicio, sed mortalis animi spes auida quae subinde quid rerum natura sit obliuiscitur nec umquam sortis suae meminit, nisi cum admonetur.**
**5 Gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem et usum fructumque eius, quamuis breuior uoto tuo fuerit, boni consule. Cogita iucundissimum esse, quod habuisti, humanum, quod perdidisti. Nec enim quicquam minus inter se consentaneum est quam aliquem moueri, quod sibi talis frater parum diu contigerit, non gaudere, quod tamen contigerit. At inopinanti**

*pertractandum.* G — *est* post *fideliorque.* B = *memoria voluptandum.* B — *sed* ante *quamdiu habueris.*

4. BGD (cr. ∾) E Ort. = *Rerum n. illum sibi.* G (n.) = *sint ceteris.* BCol. + *ceteris fratribus suos non mancipio dedit.* G P3. 4. = *cet. fratribus suos non mancipios* [G hoc cr. ∾] *dedit.* V = *ceteris fratribus suis non in mancipium dedit.* Ort. = *cet. fr. suos non mancipium dedit.* D = *cet. fratribus suos* [m *suis*] *non* [m *mancipio*] *dedit.* E = *cet. fr. suos non dedit.* P2. 𝔗𝔅 + *cet. fr. suo non mancipio dedit.* Rom. 2. + *fratr. eum non m.* mG 𝔗 . . . 𝔊1. = *sed commendavit.* mGV = *cum visum est de iure demum repetit.* D (cr. ∾) E Ort. = *cum visum est de iure repetit.* mOrt. = *divinum repetit.* 𝔊2. . . . 𝔅o = *repetiit.* Rell. etiam Pall. Col. ∾ (sed *repetit* accipe pro Perf.). mG = *gratuitum habuerit.* VD = *grat. accepit.*

*iniustus vir* = BGVDE Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔅2. 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o — *vir.*

*habeatur* = BG P2. 3. Ort. probat Grut. V = *haberetur.* DE Col. = *habetur.* P4. = *habeat.* 𝔗 . . . 𝔅o = *habebitur.* G = *dedit etiam tibi. quae.* V = *tibi. suo ergo iure usa est.* Ort. = *ergo suo iure usa est a quo.* G P4. = *quae suo iure visa sunt* (G cr. *usa est*). B = *que suo vite usa sunt.* P2. 𝔗𝔅 + *usa sunt a quo.* D = *que suo iure usu* [cr. *usa*] *fuit* [m *est*] *a quo.* P3. + *usa est a quo.* E𝔊1. + *usa fuit.* Col. ∾. V (s.m.) = *editum suum citius.* G (cr. ∾) = *moralis animi.* V𝔗𝔅 = *quicquid rerum natura.* D (cr. ∾) E = *nec nunquam sortis.* Etiam apud G *unquam* in lit. D (m ∾) — *cum* post *nisi.*

5. V = *Gaude itaque bonum habuisse fratrem.* G — *tam* ante *bonum.* Ort. (p.m.) 𝔗 . . . 𝔊 = *Gaude itaque habuisse et tam bonum fr.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*usum fructumque eius* = BGE 𝔗 𝔅. VD 𝔊1. . . . 𝔅o = *usumfructum eius* om. *que.* E = *levior voto tuo.* V = *tuo voto.* G = *Nec est* [cr. ∾] *quicquid minus et* [n.] *inter.* B = *quam aliquam moveri.* G = *quam aliqua moveri.* V = *contingerit.* V

ereptus est. Sua quemque credulitas decipit et in eis quae dili- 6
git uoluntaria mortalitatis obliuio. Natura nulli se necessitatis
suae gratiam facturam esse testata est. Cotidie praeter oculos
nostros transeunt notorum ignotorumque funera: nos tamen
aliud agimus et subitum id putamus esse quod nobis tota uita
denuntiatur futurum. Non est itaque ista fatorum iniquitas, sed
mentis humanae prauitas insatiabilis rerum omnium: quae indi-
gnatur inde se exire quo admissa est precario. XI. [30.] Quanto
ille iustior qui nuntiata filii morte dignam magno uiro uocem
emisit: *Ego cum genui, tum moriturum sciui.* Prorsus non
mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset. Non acce-
pit tamquam nouum nuntium filii mortem: quid est enim noui
hominem mori cuius tota uita nihil aliud quam ad mortem iter
est? *Ego cum genui, tum moriturum sciui.* Deinde adiecit
rem maioris et prudentiae et animi: *Huic rei sustuli.* Omnes 2
huic rei tollimur: quisquis ad uitam editur ad mortem destina-
tur. Gaudeamus eo quod dabitur reddamusque id cum reposce-
mur. alium alio tempore fata conprehendent, neminem praeter-

Pinc. ci. = *quod tamen contigerit* [V iterum = *contingerit*], *non gaudere.* P4. = *cum contigerit.* Rell. etiam Gr. ∾. GV = *At inopinati.* E = *At inoppinati.* D = *At inoppinanti.* mD = *inoppinatim al'* [Col. Ort. =] *inopinate.* P4. = *inoppinate.* P2. = *inopinatim.* probat Grut. B P3. 𝔗 . . . 𝔅o ∾.

6. B = *Sua quandoque.* D (cr. ∾) E = *Sua queque.* G = *voluptaria.* mD + *voluntaria est.* G(m∾) — *facturam.* D (s∾) — *est* post *testata.* V = *Quotidie ante oculos.* V = *et ignotorum funera.* G = *innotorumque.* D = *Non est itaque factorum* [c n.] *iniquitas* om. *ista.* GVDE P2. 3. = *inde eximere quo.* B = *inde eximere quod.* mD = *se eximere al' exire.* 𝔗𝔅 = *inde se eximere.* Germ. Rom. 2. = *inde eximi.* P4. = *exviri* (s.m. *exiri*). Ort. = *in se exire.* Col. ∾. D(m∾) = *admissa est precatio.* E = *admissa precatio sine est.*

Cap. XI. [30.]

P4. Ort. = *Ego eum genitum moriturum.* B = *cum geniti tum moriturum.* G = *cum genitum moriturum.* D(m∾) = *cum ingenii tamen moriturum.* E = *cum genui eum moriturum.* Rom. 2. Scal. Tronc. = *ergo genitum mortuum sciri.* G = *Quid est enim non hominem.* G (m∾) = *cum genitum moriturum.* D = *cum genii* [cr. ∾] *tum* ,m *cum*'. B𝔗 . . . 𝔊1. = *morituros scivi.* V𝔗𝔅 — *et* ante *prudentiae.* BGDE Pall. Col. + *Et huic rei sustuli.* de quo vide. V + *et huic rei sustuli eum.* sE = *et hac re sustuli.* Ort. = *et huic rei subtiliores. subtili eum. Omnes.* 𝔗𝔅 + *rem huic rei sustuli.*

2. BG Pinc. v. l. P4. Ort. = *a vita editur.*

*Gaudeamus eo quod* = BGVDE P3. 4. Col. Ort. P2. = *Gaudeamus ergo quod.* 𝔗𝔅 = *Gaudemus ergo omnes eo quod.* 𝔊1. + *Gaudeamus ergo eo quod.* 𝔊2. ... 𝔅o + *Gaudeamus ergo omnes eo quod.*

*dabitur* = BGDE P3. 4. Col. Ort. 𝔗𝔅. VP2. 𝔊1. . . . 𝔅o = *quod datur.* G = *reddamus quod id cum rep.* V = *reddamusque quod reposcimur.* E = *id quod reposcemur.* G (s∾) = *fata compendent.* Pinc. ci. = *fata deprehendent.*

ibunt. In procinctu stet animus et id quod necesse est num-
3 quam timeat, quod incertum est semper exspectet. Quid dicam duces ducumque progeniem et multis aut consulatibus conspicuos aut triumphis sorte defunctos inexorabili? tota cum regibus regna populique cum gentibus tulere fatum suum. Omnes, immo omnia in ultimum diem spectant: non idem uniuersis finis est. Alium in medio cursu uita deserit, alium in ipso aditu relinquit, alium in extrema senectute fatigatum iam et exire cupientem uix emittit: alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eumdem locum tendimus. Utrumne stultius sit nescio
4 mortalitatis legem ignorare an inpudentius recusare. Agedum illa quae multo ingenii tui labore celebrata sunt in manus sume, utriuslibet auctoris carmina quae tu ita resoluisti, ut quamuis structura illorum recesserit, permaneat tamen gratia. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti, ut quod difficillimum erat omnes uirtutes in alienam te orationem secutae sint. Nullus erit in illis scriptis liber qui non plurima uarietatis humanae incertorumque casuum et lacrimarum ex alia atque alia causa flu-
5 entium exempla tibi suggerat. Lege quanto spiritu ingentibus intonueris rebus: pudebit te subito deficere et ex tanta orationis magnitudine desciscere. Ne commiseris, ut quisquis exemplo

Col. Rom. Scal. = *quod certum est.* D (m ∾) — *est* post *incertum.* Rell. etiam Pall. Ort. ∾.

3. *progeniem* = BGVDE. 𝔗 … 𝔅o = *progenies.* sG = *consulatibus promotos.* G (m∾) = *talem fatum suum.* G = *spectent.* 𝔗 … 𝔈2. = *extrema servitute fatigatum* contra mstos etiam Pinc. Gr. V — *et* ante *exire cup.* V = *in eundem finem tendimus.* 𝔗𝔅 = *Verum ne stultius sit.* G (s∾) = *Utrumne stultus sit.* 𝔗 … 𝔊 = *mortalitatem ignorare* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr. 𝔗𝔅 = *aut impudentius.* mD = *an imprudentius.*

4. G (cr. ∾) = *ingenii tui laborare.* P4. = *ingenii tuo labore.* 𝔗 … 𝔊 = *ingenii labore tui.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. B = *in manu sume.* V = *in manus summe.* Rom. = *quae tu ita solvisti.* D = *structura eorum.* B = *gratia tamen.* P3. = *Tu enim illa.* Pinc. ci. = *Sic etiam illa.* P2. 4. 𝔗 … 𝔈1. = *Sic enim ex illa lingua in al.* G = *Sic enim illa ex illa lingua ut aliam.* V = *ex una lingua in aliam.* D(m∾) — *ex* ante *alia.* B = *omnes turtures in alienam.* Possit aliquis inde suspicari *omnes veneres.* Rom. = *in aliam te orationem.* 𝔗𝔅 𝔏 … 𝔏4. = *seculae sunt.* D (m∾) = *secuti sint.* BGVDE 𝔗 … 𝔈1. = *Nullus erat in illis.* GE 𝔗𝔅 = *ex illa atque alia causa.* D (m∾) = *et illa atque alia c.* G(m∾) = *exempla tibi fugerat.*

5. B P4. = *Lege quanta spiritum.* D(m∾) 𝔈1. … 𝔏𝔍u = *Lege quo spiritu.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. Col. Ort. Rom. Scal. Tronc. ∾. G loco *intonueris* habuit spatium vacuum, sed supplevit s.m.

*desciscere* = BGVD(s m.) E P3. 4. Rom. Scal. 𝔈1. non improbaret Grut., si scripti etiam haberent *a tanta.* D = *decisscere.* Col. = *descisse* et excidit in hoc verbum. Ort. = *desistere.* P2. 𝔗𝔅 = *dedi-*

ac modo scripta tua mirabitur quaerat quomodo tam grandia tam-
que solida tam fragilis animus conceperit. Potius ab istis quae
te torquent ad haec tot et tanta quae consolantur conuerte ac
respice optimos fratres, respice uxorem, filium respice. Pro
omnium horum salute hac tecum portione fortuna decidit. Mul-
tos habes in quibus adquiescas. XII. [31.] Ab hac te infamia
uindica, ne uideatur omnibus plus apud te ualere unus dolor
quam haec tam multa solatia. Omnis istos una tecum perculsos
uides nec posse tibi subuenire, immo etiam ultro exspectare,
ut a te subleuentur, intellegis. et ideo quanto minus in illis do-
ctrinae minusque ingenii est tanto magis obsistere te necesse
est communi malo. Est autem hoc ipsum solatii loco inter mul-
tos dolorem suum diuidere: qui quia dispensatur inter plures,
exigua debet apud te parte subsidere. Non desinam totiens tibi 2
offerre Caesarem. illo moderante terras et ostendente quanto
melius beneficiis imperium custodiatur quam armis, illo rebus
humanis praeside non est periculum, ne quid perdidisse te sen-
tias: in hoc uno tibi satis praesidii, satis solatii est. Adtolle
te et quotiens lacrimae suboriuntur oculis tuis totiens illos in
Caesarem dirige: siccabuntur maximi et clarissimi conspectu

*scere.* 𝔈2. . . . 𝔚o = *decidere.* V = *ut quisque.*

*exemplo ac modo* = BGVDE P2. cod. Lips. 𝔗𝔚. P4. Ort. = *exemplo aut modo.* P3. + *exemplo fine ac modo.* Lips. ci. + *sine exemplo ac modo.* 𝔈1. . . . 𝔚o = *ex templo ac modo.* P3. = *scripta sua.*

*mirabitur* = GVD(s m.)E Pall. Ort. 𝔗𝔚. B = *mirabiliter.* D = *mirabilitur.* 𝔈1. . . . 𝔚o = *mirabatur.* Rom. = *Nec commiseris et quisquis modo scripta tua mirabatur ex templo querat:* BGD (cr. ∾) E P3. 4. 𝔗𝔚 = *te quae torquent.* P2. = *te quae torquerent.* DE = *horum omnium.* G (m∾) D(m∾) E = *salute ac rerum.*

Cap. XII. [31.]

V = *quam hoc tam multa.*

*Omnis istos* = B. GV𝔗 . . . 𝔚o = *Omnes istos.* DE n. l. P2. Ort. Rom. Scal. 𝔗𝔚 = *percussas.* P4. = *periculosos.* Mss. etiam P3. ∾. V = *immo ultro etiam.* V — *quanto* post *et ideo.* V — *ingenii minusque doctrinae est.*

*obsistere te* = BGD quaedam exx. Pinc. Pall. Ort. Tronc. E — *te.* 𝔗 . . . 𝔊 = *assistere te.* V alia exx. Pinc. 𝔐 . . . 𝔚o = *resistere. te.* V = *qui cum dispensatur.* P3. = *in plures.* GD(m∾) EP2. 4. 𝔗 . . . 𝔐 = *inter plura.* Rell. etiam Ort. ∾. V = *apud te pars* [DP3. 4. Ort. =] *subsistere.* G = *parte subcidere.* Rell. etiam P2. ∾.

2. *rebus humanis praeside* = BGVD (s.m.) Gr. Bruxell. 𝔗𝔚 𝔊ro . . . 𝔚o. D = *rebus hum. presidie.* E = *re . . . hum . . . preside* (nonnulla abrasa sunt, ut prius fuisse videatur *rerum humanarum pr.*). 𝔈1. . . . 𝔏4. = *rebus humanis praesidente.* B G = *nec est peric.* D(n.)E + *in hoc uno ubi tibi.* BGDE = *satis praesidi* [mGmD = *satis*] *solatii est.* E = *in Caesarem dirigere.* G = *siccabunt.* V — *maximi et.* D — *et clarissimi.* G(m∾) = *conspectu minimus.* P4. = *conspectu minimis.*

3 numinis. Fulgor eius illos, ut nihil aliud possint adspicere, praestringet et in se haerentes detinebit. Hic tibi quem tu diebus intueris ac noctibus, a quo numquam deicis animum cogitandus est, hic contra fortunam aduocandus: nec dubito, cum tanta illi aduersus omnes suos sit mansuetudo tantaque indulgentia, quin iam multis solatiis tuum istud uolnus obduxerit, nonnulla quae dolori obstarent tuo congesserit. Quid porro? ut nihil horum fecerit, nonne protinus ipse conspectus per se
4 tantummodo cogitatusque Caesar maximo solatio tibi est? Di illum deaeque terris diu commodent. acta hic diui Augusti aequet, annos uincat. quamdiu inter mortales erit, nihil ex domo sua mortale esse sentiat. Rectorem Romano imperio filium longa fide adprobet et ante illum consortem patris quam successorem adspiciat. Sera et nepotibus demum nostris dies

P2. = *conspectu muneris*. Grut. Lips. cii. = *conspectu luminis*.

3. E = *perstringet*. 𝔗...𝔏𝔍u 𝔊rc 𝔅1. 𝔑u 𝔅o — *et* ante *in se haerentes* contra mstos etiam Gr. Scal. + *et ipse in se haerentes*. B = *quem in diebus*. V + *advocandus est*. 𝔗𝔅 = *ne dubito*. G (s∾) — *dubito*. V = *mansuetudo sit*.

*quin iam multis* = VDE. BG = *qui iam multis*. 𝔗𝔅 = *qui multis iam*. 𝔈1....𝔅o = *quin multis iam*. BGD (s.m.) P3. 4. Ort. = *non multa quae dolori*. D = *non multa quia dolori*. P2. + *et nonnulla quae d*. 𝔗...𝔅o ∾. G = *protinus ipse confectus*.

4. *Di illum deaeque terris* = BGV DE Gr. 𝔗𝔅 = *Dii illum deaeque omnes*. 𝔈1. ... 𝔅o + *Dii illum Deaeque omnes terris*.

*commodent. acta hic divi Augusti aequet, annos vincat. quamdiu inter mortales erit* = P3. 𝔅2. probat Grut. 𝔊ro...𝔑u 𝔅o + ∾ *ac quamdiu* ∾. B = *commendant. acta hic divi angustie que tam nos vincat quamdiu* ∾. G = *commendant* [m *commendent*]. *acta hic divi Augusti que tantos vincat quamdiu mortalis erat*. V = *commendent* [= cod. Lips.]. *acta hic divi Augusti et annos vincat. quamdiu inter mortales erit*. D = *commendent. et faciat ut* [tria haec vocabula expuncta sunt et in m substituta: *acta hic divi Augusti tādiu vincat*] *quandiu inter mortales erit*. E = *commendent. et faciant ut quamdiu inter mortales erit*. Bong. = *commodent. Acta hic divi Augusti aeque et anno vincat quamdiu* ∾. P2. Ort. mss. N. Fabri = *commendent. Acta hic* ∾. P4. = *commendent. Acta hic divi Augusti quae tam nos vincat quamdiu* ∾. 𝔗𝔅 = *commendent. Acta hic divi Augusti: quae tam nos vincat: quamdiu mortalis erit*. 𝔈1. ... 𝔊 = *commodent* [𝔈1. = *commendent*]. *At faciant, ut quamdiu mortalis erit, nihil* (m𝔈2. = *Acta hic D. Augusti et annos vincat*). 𝔐 ... 𝔏4. = *commodent. Acta hic D. Augusti et annos vincat ac quamdiu mortalis erit*. GDE = *humano imperio*. B = *longua fide*. GP4. = *et ad te illum cons*. Lips. (Electt. I, 10.) ci. = *sonsortem pater*. sed postea vulgatam probabat. P4. — *patris*. probaret Grut., si adstipularentur plures scripti. 𝔅2. = *consortem* [*patris*,] *quam succ*. G = *quam successione*.

*adspiciat* = BVBong. ex. Schol. P3. G — *adspiciat*. DE P2. 4. Ort. 𝔗...𝔅o = *accipiat*. BGDE maior pars codd. Pinc. P2. 4. Ort. 𝔗𝔅 = *et nepotibus deinde*.

nota sit qua illum gens sua coelo adserat. XIII. [32.] Abstine ab hoc manus tuas, fortuna, nec in isto potentiam tuam nisi ea parte qua prodes ostenderis. patere illum generi humano iam diu aegro et adfecto mederi. patere quicquid prioris principis furor concussit in suum locum restituere ac reponere. Sidus hoc quod praecipitato in profundum et demerso in tenebras orbi refulsit semper luceat. Hic Germaniam placet, Britanniam ape- 2
riat et patrios triumphos ducat et nouos. quorum me quoque spectatorem futurum quae ex uirtutibus eius primum obtinet locum promittit clementia: nec enim sic me deiecit, ut nollet erigere, immo ne deiecit quidem, sed inpulsum a fortuna et cadentem sustinuit et in praeceps euntem leniter diuinae manus usus moderatione deposuit. Deprecatus est pro me senatum et uitam mihi non tantum dedit, sed etiam petiit. Uiderit qualem uolet 3
esse et aestimet causam meam. uel iustitia eius bonam perspiciat uel clementia faciat bonam: utrumque in aequo mihi eius

VP3. ∾. BD(cr.∾)E = *quam illum gens sua*. VmD 𝔗𝔅 = *antequam illum gens sua*. VDE 𝔗𝔅 = *coelo afferat*. G = *coelo adferat*.

Cap. XIII. [32.]

D = *nisi ex aperto qua*. mD + *nisi ex ea parte qua*. mD = *prodes, extenderis*. B = *partem illum generi hum*. G(m∾) = *gravi humano*. GD(cr.∾)E = *quisquis prioris principis*.

*in suum locum* = BGVDE. 𝔗 ... 𝔅o = *in locum suum*. G(s∾) = *constituere*. G = *in quo praecipitato*.

*et demerso* = BGVDE. 𝔗 ... 𝔅o = *ac demerso*. G(s∾) = *in tenebra*.

2. P4. = *Germania*.

*placet* = BGVDE Gr. Germ. Scal. 𝔗 ... 𝔈1. non damnat Grut. 𝔈2. ... 𝔅o = *pacet*. GV = *Britaniam*. B = *apperiat*.

*et patrios triumphos* = DE mP4. Rom. 𝔊ro ... 𝔅o. P3. = *et paternos triumphos*. G = *et patri triumphos*. BV P2. 4. = *et pater triumphos*. Ort. = *et pacis triumphos*. 𝔗 ... 𝔏4. = *et patris triumphos*. G = *quae ex virtutibus eius primum optet locum*. BVOrt. = *quae ex virtutibus eius primum oportet locum*. DE = *quae ex virt. eius primum oportet locum mihi*. P2. = *quae ex virtutibus eius primum õz locum*. P4. — *obtinet*. 𝔗 ... 𝔈2. = *spectatorem futurum ex virtutibus eius promittit* rell. om. 𝔖𝔊 = *sp. futurum, ex virtutibus eius primum obtinet locum, promittit*. 𝔐 ... ℜu 𝔅o = *quae primum obtinet locum ex virtutibus eius, promittit*. Omnis Pinc. v. l. P3. 𝔅2. ∾. D(cr.∾) = *ut vellet erigere*. V — *et* ante *cadentem*. G(cr.∾) = *lenit divinae*. VDE Gr. = *leviter divinae*. G = *manus huius ratione deposuit*. 𝔗 ... 𝔈2. — *etiam* ante *petiit* contra mstos etiam Pinc. Gr. BGD(s∾) = *sed etiam petit*.

3. *qualem volet esse et aestimet causam meam* = ci. Lips. V = *qualem me volet esse existimet c. m.* BGOrt. 𝔗𝔅 = *qualem volet esse existimet c. m.* probat Grut. 𝔈1. ... 𝔊 = *qualem volet esse, aestimet c. m.* om. *et*. 𝔐 ... 𝔅o = *qualem volet aestimari causam meam*. BG = *vel iustitie eius*. 𝔗𝔅 = *vel iustitiam eius*.

*bonam perspiciat vel clementia faciat bonam* = BP3. 𝔅2. G = ∾ *clementiam faciat bonam*. VDE P2. 4. Ort. = *bonam prospiciat* ∾. Et-

beneficium erit, siue innocentem me scierit esse, siue uoluerit. Interim magnum miseriarum mearum solatium est uidere misericordiam eius totum orbem peruagantem: quae cum ex ipso angulo in quo ego defixus sum conplures multorum iam annorum ruina obrutos effoderit et in lucem reduxerit, non uereor ne me unum transeat. Ipse autem optime nouit tempus quo cuique debeat succurrere: ego omnem operam dabo, ne peruenire ad
4 me erubescat. O felicem clementiam tuam, Caesar, quae efficit, ut quietiorem sub te agant uitam exules quam nuper sub Caio egere principes. Non trepidant nec per singulas horas gladium exspectant nec ad omnem nauium conspectum pauent. Per te habent ut fortunae saeuientis modum ita spem quoque melioris eiusdem ac praesentis quietem. Scias licet ea demum fulmina esse iustissima quae etiam percussi colunt.

XIV. [33.] Hic itaque princeps qui publicum omnium hominum solatium est, aut me omnia fallunt, aut iam recreauit animum tuum et tam magno uolneri maiora adhibuit remedia. iam te omni confirmauit modo. iam omnia exempla quibus ad animi aequitatem conpellereris tenacissima memoria retulit. iam omnium praecepta sapientum adsueta sibi facundia explicuit.

iam Rom. = *perspiciat* et *faciat*. 𝔗𝔅 = *bonam prospiciat vel clementiam faciat bonam*. 𝔈1. + ∾ *clementia eius* ∾. 𝔈2. = *bonam perspiciet vel clementia eius faciet bonam*. Ne Pinc. quidem v. l. habebat *eius*: ipse abiectum voluit *bonam* post *faciat*. 𝔈 . . . ℜu 𝔅o = *bonam perspiciet vel clementia faciet, utrumque*. G = *utrique in quo mihi eius*. E + *in eius beneficium*. G = *me sciverit esse*. DE = *me sciverit sive* om. *esse*. D = *pervagante*. B — *quae* ante *cum ex ipso*. E = *Quem cum ex ipso*. 𝔈1. — *cum* ante *ex ipso* contra mstos etiam Pinc. Gr. DE Rom. + *ex ipso hoc angulo*. P3. + *ex hoc ipso angulo*. B = *ex ipso angelo*. V — *ego* post *in quo*.

*defixus sum* = BGVDE Pall. 𝔗 . . . 𝔊𝔅2. Pinc. v. l. Ort. = *defisus sum*. Pinc. ci. 𝔐 . . . ℜu 𝔅o = *defossus sum*. V = *iam multorum annorum*. BCVDE 𝔗 . . . 𝔈1. = *quocumque debeat succurrere*. V + *egoque omnem operam*.

4. BG = *quae effecit*. V = *exules vitam*. D(cr. ∾) = *princeps non trepidat* ∾ *expectat*. G = *nec ad omne navigium conspectum*. P4. = *ad omnem manum conspectum*. Ex. Schol. = *ad omnem vanum conspectum*. D (cr. ∾) = *pavet partem habet ut*. G = *ea deinde fulmina*. D (s.m.) = *fulmina eius iust*.

Cap. XIV. [33.]

Bong. ex Cui. Rom. Pinc. ci. = *aut me omina fallunt*. D(cr. ∾) = *tam magnum vulneri*. BG = *tam magno vulnere*. G = *adhibuerit remedia*. G (n.) + *iam te omnia exempla*. G P3. 4. Ort. = *quibus animi aequitate compelleris*. BV 𝔗 . . . 𝔈2. = *quibus ad animi aequitatem compelleris*. DE ex. Pinc. P2. ∾. G(cr. ∾) = *tenacissimam memoriam*. P2. 𝔗𝔅 = *assueta tibi facundia*. 𝔈1. 2. = *sapientum tibi facundia* om. *adsueta*. E = *facundia applicuit*.

Nullus itaque melius has adloquendi partes occupauerit: aliud 2
habebunt hoc dicente pondus uerba uelut ab oraculo missa. omnem uim doloris tui diuina eius contundet auctoritas. Hunc itaque tibi puta dicere: Non te solum fortuna desumpsit sibi quem tam graui adficeret iniuria. nulla domus in toto orbe terrarum aut est aut fuit sine aliqua conploratione. Transibo exempla uolgaria quae etiam si minora tamen mira sunt: ad fastus te et annales perducam publicos. Uides omnes has imagines 3
quae inpleuere Caesarum atrium? nulla non harum aliquo suorum incommodo insignis est. nemo non ex istis in ornamentum seculorum refulgentibus uiris aut desiderio suorum tortus est aut a suis cum maximo animi cruciatu desideratus est. Quid tibi referam Scipionem Africanum cui mors fratris in exilio nuntiata est? Is frater qui eripuit fratrem carcere non potuit eripere fato et quam patiens iuris et aequi pietas Africani fuerit cunctis adparuit: eodem enim die Sciplo Africanus quo uiatoris manibus fratrem abstulerat tribuno quoque plebis priuatus intercessit. tam magno tamen fratrem desiderauit hic animo quam defenderat. Quid referam Aemilianum Scipionem qui uno paene eodem- 4
que tempore spectauit patris triumphum duorumque fratrum funera? adulescentulus tamen ac propemodum puer tanto animo tulit illam familiae suae super ipsum Pauli triumphum concidentis subitam uastitatem quanto debuit ferre uir in hoc natus, ne

2. P2. 3. — *has* ante *adloquendi.* G = *occupaveris.*

*ab oraculo missa* = BGVDE Gr. 𝔊ro ... 𝔅o. cf. Drkb. ad Liv. V, 51, 7. 𝔗 ... 𝔏4. = *ab oraculo emissa.* D = *doloris tu* [m *tibi*] *divina.* V = *fortuna sumpsit sibi.* 𝔗𝔅 = *fortuna suppressit: sibique tam gravi.* P2. — *tamen* ante *mira sunt.* Grut. ci. — *tamen misera sunt.* Lips. ci. = *tamen innumera* vel *myria sunt.*

*ad fastus te* = BVDE Gr. 𝔗 ... 𝔈1. G = *ad faustus te.* 𝔈2. ... 𝔅o = *ad fastos te.* E + *et ad annales.*

3. *Caesarum atrium* = BDE Tronc. GVmD Rom. Scal. = *Caesaris atrium.* 𝔗 ... 𝔅o = *Caesareum atrium.* G = *nemo non ex estatis.* D (cr. ∾) E = *in ornamentorum seculorum.* G loco vocis *tortus* habuit spatium vacuum: supplevit s. m. G (s∾) — *a* ante *suis cum.* G + *cum maximo animo animi cruciatu.* BG = *Is frater sibi eripuit.* BGV P2. 3. 𝔗 ... 𝔖 = *et quam patiens* [sG = *impatiens*] *iuris et aequi.* D (s.m.) = *et quam iuris et aequi patiens pietas.* Ort. = *et quam iuris et aequi patiens.* Codd. Pinc. P3. (immo 4.) 𝔅2. = *et quam impatiens iuris et aequi.* 𝔐 = *et quam impatiens iniuriae pietas.* DE 𝔏 ... 𝔑u 𝔅o = *et quam iuris aequi impatiens* om. *et.*

*eodem enim die Scipio Africanus* = BDE Pall. Ort. GV + *Scipio et Africanus.* 𝔐 ... 𝔅o — *Scipio Africanus.* 𝔗 ... 𝔖 = *eodem enim die quo Scipio Afric.* G = *fratem extulerat.* V — *tamen* post *tam magno.* BG (s ∾) = *defenderet.* D (cr. ∾) E = *defenderit.*

4. V = *fratris triumphum.* G = *concedentis.* G (s.m.) = *quam debuit ferre.* D (cr. ∾) E = *ferre vim. In hoc natus.*

urbi Romanae aut Scipio deesset aut Carthago superesset. XV. [34.] Quid referam duorum Lucullorum diremptam morte concordiam? Quid Pompeios? quibus ne hoc quidem saeuiens reliquit fortuna, ut una denique conciderent ruina. Uixit Sextus Pompeius primum sorori superstes cuius morte optime cohaerentis Romanae pacis uincula resoluta sunt. idemque hic uixit superstes optimo fratri quem fortuna in hoc erexerat, ne minus alte eum deiceret quam patrem deiecerat. et post hunc tamen casum Sextus Pompeius non tantum dolori, sed etiam
2 bello suffecit. Innumerabilia undique exempla separatorum morte fratrum succurrunt: immo contra uix ulla umquam horum paria conspecta sunt una senescentia. sed contentus nostrae domus exemplis ero. Nemo enim tam expers erit sensus ac sanitatis, ut fortunam ulli queratur luctum intulisse: quam sciet etiam Caesarum lacrimas concupisse. Diuus Augustus amisit Octauiam sororem carissimam et ne ei quidem rerum natura lugendi necessitatem abstulit cui coelum destinauerat: immo uero idem omni genere orbitatis uexatus sororis filium successioni
3 praeparatum suae perdidit. Denique ne singulos eius luctus enumerem, et generos ille amisit et liberos et nepotes: ac nemo magis ex omnibus mortalibus hominem esse se, dum inter homines erat, sensit. Tamen tot tantosque luctus cepit rerum omnium capacissimum eius pectus uictorque diuus Augustus non
4 gentium tantummodo externarum, sed etiam dolorum fuit. Caius Caesar, diui Augusti auunculi mei filius ac nepos, circa primos

Cap. XV. [34.]

BG = *Luc illorum.* EGr. 𝔗 . . . 𝔈1. 𝔅1. ℜu 𝔅o = *dir e ptam morte.* V = *n e c hoc quidem.* G (m∾) = *ut una d e v i a m conciderel.*

*idemque h i c* = BGVDE Gr. 𝔅2. 𝔗 . . . ℜu 𝔅o — *hic.* G = *et post t u nc tamen casum.*

*S e x t u s P o m p e i u s non tantum* = BGVDE Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔅2. 𝔐 . . . ℜu 𝔅o — *Sextus Pomp.*

*sed etiam bello* = BGVDE Gr. Rom. 𝔗 . . . 𝔅o — *etiam.*

2. mG = *separatorum i n t e r s e fratrum.* G = *exp a r s erit.* GE P4. Ort. = *i l l i queratur luctum.* V P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *ull i s queratur luctum.* Rell. etiam Pinc. P3. ∾. G = *lacrimas Caesarum.* P2. 4. Ort. = *divus Augustus d i misit.* probat fere Grut. Sed mss. etiam P3. ∾. B = *octav a m sororem.* 𝔗 = *O p t aviam sororem.* E — *vexatus* post *orbitatis.* E = *praeparatum s u i.*

3. DE = *a c nepotes.* V𝔗 . . . 𝔈2. = *at nemo magis.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G — *se* post *hominem esse.* G = *n u n c tantos luctus cepit.* D (m∾) E P2. 4. Ort. 𝔗 . . . 𝔊 = *n u n c tot tantosque luctus.* BV Pinc. v. l. P3. ∾. BGVD P2. 4. 𝔗 . . . 𝔐 = *p a c a t issimum pectus.* EP4. Ort. = *p a c a cissimum pectus.* Grut. ci. 𝔏 . . . 𝔅o ∾. cf. Oudend. ad Luc. I, 461. P2. = *tantummodo ext e r arum.*

4. *avunculi mei f i l i u s a c nepos* =

iuuentae suae annos Lucium fratrem carissimum sibi princeps iuuentutis principem eiusdem iuuentutis amisit in adparatu Parthici belli et grauiore multo animi uolnere quam postea corporis ictus est: quod utrumque piissime idem et fortissime tulit. Caesar patruus meus Drusum Germanicum patrem meum minorem natu quam ipse erat fratrem intima Germaniae recludentem et gentes ferocissimas Romano subicientem imperio in conplexu et in osculis suis amisit: modum tamen lugendi non sibi tantum, sed etiam aliis fecit ac totum exercitum non solum moestum, sed etiam adtonitum corpus Drusi sui sibi uindicantem ad morem Romani luctus redegit iudicauitque non militandi tantum disciplinam esse seruandam, sed etiam dolendi. Non potuisset ille lacrimas alienas conpescere, nisi prius pressisset suas. XVI. [35.] M. Antonius auus meus, nullo minor nisi eo a quo uictus est, tunc cum rempublicam constitueret et triumuirali potestate praeditus nihil super se uideret, exceptis uero duobus collegis omnia infra se cerneret, fratrem interfectum audiuit.

P3. mOrt. 𝔊ro . . . 𝔅o. Quidam codd. Pinc. Ort. = *avunculi t u i filius ac nepos.* BG P4. = *avunculi mei ac nepos.* VDE 𝔈1. = *avunculi mei a d nepos.* E (s.m.) P2. = *avunculi mei a b nepos.* G (s.m.) 𝔗𝔅 𝔈2. . . . 𝔏4. — *filius ac nepos.* GP4. Ort. 𝔈2. . . . 𝔐 = *iuvent u t i s suae.* Rell. etiam Bong. Pinc. v. l. P2. 3. Tronc. Germ. Rom. ∾. 𝔈1. 2. = *frat r u m* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *va cat* *princeps iuventutis* (ead. m.). P2. omittit haec. V = *princeps principem eiusdem iuventutis amisit.* P3. = *p a r a tici belli.* P2. = *par t i ti belli.* V = *et gravior a multo animi vulner a quam corporis* [Ort. =] *ictus s u n t.* Quaedam exx. Pinc. = *et gravior a animi vulner a quam corporis s u n t. Utr a que tamen.* Ort. = *multo animi vo m ere.* P4. = *multo animi n o m e n.* DE Rom. = *graviore* [E = *gravior e m*] *multo animi d o l o r e.* D E 𝔗 . . . 𝔈1. + *et piissime idem.*

5. G(s∾) = *C l usum Germanicum.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *Drusum Germa n i c o m patrem minorem natu.* 𝔈2. = *Drusum German i c i patrem minorem n.* contra mstos etiam Pinc. BGD(cr.∾) E = *intima Germa n e.* P4. = *Germaniae re t u n d entem.* Quidam codd. Pinc. = *Germaniae re c i p i entem.*

*et i n osculis suis* = BGVDE P2. Ort. 𝔗𝔅 𝔅2. probat Grut. P3. 4. = *et in o c ulis suis* (*o c ulis* non improbat Lips.). 𝔈1. . . . 𝔑u 𝔅o — *in.* G = *ã misit.* sG = *exercitum non t a n t u m.* G (s∾) = *me t um sed etiam.* V = *v e r u m etiam attonitum.* B = *ad mor t em Romani luctus.* V = *i n dicavitque.* G (cr.∾) = *iudicavit t e.* D(s∾) — *non* ante *militandi.* G (cr. ∾) E = *sed etiam c o lendi.* D(m∾) — *ille lacrimas . . . pressisset.*

Cap. XVI. [35.]

BG 𝔑 . . . 𝔚 — *a* ante *quo victus est.* G(s∾) P4. 𝔗 . . . 𝔈2. = *et triump h a l i potestate.* B = *et triumv i r a pot.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. Ort. ∾. G(cr.∾) = *praedic i t.*

*sup e r se v i d e r e t, exceptis vero* = BG P4. (P4. = *sup r a?*). V — *vero.* DE 𝔑 . . . 𝔚 + *super se videret e t exceptis vero* (hoc in D n.). P2. 3. Ort. *sup r a* [?] *se videret e t exceptis vero.* 𝔈1. . . . 𝔊 𝔅2. = *sup r a se* ∾. 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o = *supr a se, exceptis vero.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *duobus colleg i i s.*

**Fortuna inpotens, quales ex humanis malis tibi ipsa ludos facis!
Eo ipso tempore quo M. Antonius ciuium suorum uitae sedebat
mortisque arbiter M. Antonii frater duci iubebatur ad supplicium.
Tulit hoc tamen tam triste uolnus eadem magnitudine animi
M. Antonius qua omnia alia aduersa tolerauerat et hoc fuit ei
2 lugere uiginti legionum sanguine fratri parentare. Sed ut omnia
alia exempla praeteream, ut in me quoque ipso alia taceam fu-
nera, bis me fraterno luctu adgressa fortuna est: bis intellexit
laedi me posse, uinci non posse. Amisi Germanicum fratrem
quem quomodo amauerim intellegit profecto quisquis cogitat quo-
modo suos fratres pii fratres ament. Sic tamen adfectum meum
rexi, ut nec relinquerem quicquam quod exigi deberet a bono
3 fratre nec facerem quod reprehendi posset in principe. Haec
ergo puta tibi parentem publicum referre exempla, eumdem osten-
dere quam nihil sacrum intactumque sit fortunae quae ex eis pe-
natibus ausa est funera ducere ex quibus erat deos petitura.
Nemo itaque miretur aliquid ab illa aut crudeliter fieri aut ini-
que. Potest enim haec aduersus priuatas domos ullam aequita-
tem nosse aut ullam modestiam cuius inplacabilis saeuitia totiens
4 ipsa funestauit puluinaria? Faciamus licet illi conuicium non
nostro tantum ore, sed etiam publico: non tamen mutabitur,
aduersus omnis se preces omnisque ceremonias eriget. · Hoc**

V — *ipso* ante *tempore*. GD(cr.∾)E = *mihi Antonius civilium suorum*. G = *vitae cedebat*. D (cr.∾)E = *vitas edebat*. P4. — *duci*. BGD (cr.∾) E Ort. = *duci videbatur*. G (s.m.) 𝔐 — *ad supplicium* contra mstos etiam Gr. V = *Tulit tamen hoc*.

*eadem magnitudine animi M. Antonius* = BGVDE Gr. 𝔑 . . . 𝔊 𝔅2. (𝔈1. = *eadem m. a. qua M. Ant.*). 𝔐 . . . 𝔑u 𝔙o — *M. Antonius*. B = *que omnia*. G 𝔑 . . . 𝔅 = *quam omnia*. BGVDE = *et hoc fuit eius lugere*. de quo vide. D(cr.∾) = *XX. lectionum*. BD (s.m.) = *sanguinem fratri parentare*. VmD = *sanguinem fratri parem dare*. P2. 4. Ort. 𝔑 . . . 𝔈1. = *sanguinem fratri parare*. defendi posse censet Grut. Rell. etiam P3. ∾.

2. B = *superno luctu*.

*adgressa fortuna est* = BGVDE 𝔑 . . . 𝔅. 𝔈1. . . . 𝔙o = *fortuna aggressa est*. E — *bis*. B = *bis intellegit*. P3. = *veteri non posse*. G + *fratrem meum*. G = *amaverint*. V = *intelliget*. DE — *suos fratres*. G(m∾) — *pii fratres*. B = *reprehendi possit*. E = *a principe*.

3. G = *Hoc ergo*. V + *eundemque*.

*ex eis penatibus* = BGVDE 𝔑𝔗. 𝔏 . . . 𝔏o = *ex his penatibus*. G = *deos pitura*. P2. 𝔑 . . . 𝔊 = *deos paritura*. Rell. etium Pinc. P3. 4. ∾. D(cr.∾) = *Potest enim adversus hoc privatas*. V = *nosce*. GD (s∾) = *aut illam*. G = *ista funestavit*. D (cr.∾) E = *etiam ipsa festinavit pluvinaria*.

4. V Ort. = *illi licet*. GVDE P4. Ort. 𝔑 . . . 𝔊 = *convicia*. B Pinc. v. l. P3. ∾. D(m∾) — *ore*.

*adversus omnis se preces omnisque* = B. G = *adverset se pre-*

fuit in rebus humanis fortuna, hoc erit: nihil inausum sibi reliquit, nihil intactum relinquet. Ibit uiolentior per omnia sicut solita est semper eas quoque domos ausa iniuriae causa intrare in quas per templa aditur et atram laureatis foribus induet uestem. XVII. [36.] Hoc unum obtineamus ab illa uotis ac precibus publicis, si nondum illi genus humanum placuit consumere, si Romanum adhuc nomen propitia respicit, hunc principem lassis hominum rebus datum sicut omnibus mortalibus sibi esse sacratum uelit. discat ab illo clementiam atque sit mitissimo omnium principum mitis. Debes itaque eos intueri omnes quos paulo 2
ante retuli aut adscitos coelo aut proximos et ferre aequo animo fortunam ad te quoque porrigentem manus quas ne ab eis quidem per quos iuramus abstinet. Debes illorum imitari firmitatem

*ceps* [hoc cr. ∾] *omnesque.* V = *adversus omnes preceps omnesque.* P2. = *omnes preceps.* D = *adversus omnes se preceps* [hoc cr. ∾] *omnesque.* E = *adversus se princeps omnesque.* P3. = *omnis se preceps.* P4. = *adverset te preceps.* 𝔑 ... 𝔅 = *adv. omnes se preces omnesque.*

*cerimonias* = BGVDE Gr. cod. Lips. 𝔑 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o. Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔏4. = *querimonias.* BGD (cr. ∾) E = *exiget.* Gr. = *exigit* (Ort. cr. ∾). G = *nihil invisum sibi reliquit nihil intactu.* E = *relinquit.* 𝔑 ... 𝔊2. — *relinquet* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*solita est semper* = BGDE. V = *solita semper est.* 𝔑 ... 𝔅 = *sicut omnia semper est solita.* 𝔊1. ... 𝔅o = *sicut semper est solita.* 𝔑 ... 𝔊2. + *ausa est* contra mstos etiam Pinc. Gr. V — *iniuriae causa.* G = *per tepla.* G = *et archam laureatis.* mGE = *et a terra laureatis.* 𝔑 ... 𝔅 = *lamentatis foribus*

*induet vestem* = BGVDE Gr. 𝔑 ... 𝔊1. 𝔊ro ... 𝔅o. G = *induet veste.* Ex. Fac. et Prim. = *inducet vestem.* 𝔊2. ... 𝔏4. = *inducere vestem.* Grut. apertiorem lectionem putat hanc: *Ibit violentior per omnia, sicut semper est solita, et atram laureatis foribus induet vestem: eas quoque domos ausa iniuriae causa intrare in quas per templa aditur.*

Cap. XVII. [36.]

G = *optineamus.* 𝔑 ... 𝔅 = *obtinemus.* E = *respicit hunc quidem.*

*lassis hominum rebus* = BV Boug. ex. Fac. et Prim. P2. 3. probat Lips. 𝔑 ... 𝔅 = *lapsis hominum in rebus.* GDE 𝔊1. ... 𝔅o = *lapsis hominum rebus.* G = *rebus daȝ tam' sicut.* Germ. + *mortalibus sic et sibi.*

*sacratum velit* = BVD P2. 4. Ort. 𝔑 ... 𝔊. G = *sacratum vult.* mDE Boug. Pinc. v. l. P3. 𝔐 ... 𝔅o = *sacrosanctum velit.*

*atque sit mitissimo omnium principum mitis* = VP2. 𝔊ro ... 𝔅o. BG P3. 4. — *sit.* DE = *atque mitissimo omnium principum esse mitis.* 𝔑 ... 𝔅 = *atque mitissimo omnium principum mitis fieri.* 𝔊1. = *atque mitissimo omnium principi mitis fieri.* Ort. 𝔊2. ... 𝔐 = *atque a mitissimo omnium principe mitis fieri.* 𝔏 ... 𝔏4. = *atque a mitissimo omnium principum mitis fieri.*

2. *eos intueri omnes* = BGVDE. 𝔑 ... 𝔅o = *omnes intueri eos.* G = *et fere aequo animo.* B = *et ferte aequo animo.* 𝔑 = *at te quoque.* V = *manus porrigentem.*

*per quos iuramus* = BG (s.m.) V D (s.m.) Pinc. v. l. P2. 3. mOrt. Scal. Rom. 𝔐 ... 𝔏4. GDE P4. Ort. cod. Lips. 𝔑 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔅o = *per quos vivimus.*

in perferendis et euincendis doloribus, in quantum modo homini
3 fas est per diuina ire uestigia. Quamuis in aliis rebus sint dignitatum ac nobilitatum magna discrimina, uirtus in medio posita est: neminem dedignatur qui modo dignum se illa iudicat. Optime certe illos imitaberis qui cum indignari possent non esse ipsos exsortes huius mali, tamen in hoc uno se ceteris exaequari hominibus, non iniuriam, sed ius mortalitatis iudicauerunt tuleruntque nec nimis acerbe et aspere quod acciderat nec molliter et effeminate. Nam et non sentire mala sua non est hominis
4 et non ferre non est uiri. Non possum tamen, cum omnes circuierim Caesares quibus fortuna fratres sororesque eripuit, hunc praeterire ex omni Caesarum numero excerpendum quem rerum natura in exitium opprobriumque humani generis edidit, a quo imperium euersum atque adustum funditus principis mitissimi recreat clementia. C. Caesar amissa sorore Drusilla, is homo qui non magis dolere quam gaudere principaliter posset, conspectum conuersationemque ciuium suorum profugit, exsequiis so-

E = *et perferendis.*
*in quantum modo* = BGDE ℜ . . . 𝔊1. V P2. — *modo.* 𝔊2. . . . 𝔅o + *et in quantum modo.* V = *ire per divina vestigia.*

3. *sint dignitatum ac nobilitatum magna discrimina* = V. 𝔊ro . . . 𝔅o = *dignitatum ac nobilitatum magna discrimina sint.* BP3. — *sint.* placet Grutero. GDE Pinc. v. l. P4. Ort. = *dignitatum ac nobilitatum* [mD = *sint*] *magna discrimina adeant* (GD hoc del.). A rursus incipit per haec: *magna discrimina. sint* fortasse fuit in folio deperdito: saepe enim A in verborum ordine concordat cum V. Bong. ex Cui. = *dignitatium ac nobilitatium.* P2. = *dignitatum ac nobilitatum sint magna discrimina.* Rom. Scal. = *dignitatum ac nobilitatis.* ℜ . . . 𝔊1. = *dignitatum magna discrimina. Virtus.* 𝔊2. . . . 𝔏4. = *dignitatum magna discrimina sint.* Etiam Bruxell. = *dignitatum ac nobilitatum.*

*iudicat* = BGVADE ℜ . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o = *iudicet.* V — *ipsos* post *non esse.*

*exsortes huius mali* = VADBong. ex Cui. P3. Ort. (sed scribunt mei *exortes*). E = *exhortes h. m.* B = *exhoetes h. m.* G = *exheres h. m.* P4. = *extores h. m.* P2. ℜ . . . 𝔅o = *expertes huius mali.* G — *hoc* ante *uno se ceteris.*

4. *circuierim* = BGV ℜ . . . 𝔅. 𝔊1. = *circumierim.* 𝔊2. . . . 𝔅o = *circumiverim.* ADE n. l. G = *cessares quibus.*

*sororesque* = ADE. BGV ℜ . . . 𝔅o = *et sorores.* G = *praeterite.*

*eversum atque adustum funditus* = VmD P3. Ort. 𝔅2. (P3. = *adhustum*). A = *aversum atque adustum funditus.* BGP2. = *adversum atque adustum* [G P2. = *adhustum*] *funditus.* D = *adversus* [cr. *um*] *atque adustum funditus.* E = *impium adversum atque ad. f.* P4. = *adversum atque augustum funditus.* ℜ . . . 𝔅 = *adversum adustum: atque funditus.* 𝔊1. . . . 𝔊 = *eversum adustum funditus.* 𝔐 . . . 𝔐u 𝔅o — *atque adustum.*

*principis mitissimi* = VA. B = *principis peritissimi.* GDE ℜ . . . 𝔅o = *principis piissimi.* B = *dolere quod gaudere.*

*exsequiis sororis* = BGVADE.

**roris suae non interfuit, iusta sorori non praestitit, sed in
Albano suo tesseris ac foro et prouocatis huiusmodi aliis occu-
pationibus acerbissimi funeris eleuabat mala. Pro pudor im- 5
perii! principis Romani lugentis sororem alea solatium fuit.
Idem ille Caius furiosa inconstantia modo barbam capillumque
submittens, modo Italiae ac Siciliae oras errabundus permetiens
et numquam satis certus utrum lugeri uellet an coli sororem
eodem omni tempore quo templa illi constituebat ac puluinaria
eos qui parum moesti fuerant crudelissima adficiebat animaduer-
sione. Eadem enim intemperie animi aduersarum rerum ictus
ferebat qua secundarum elatus euentu super humanum intume-
scebat modum. Procul istud exemplum ab omni Romano sit 6
uiro luctum suum aut intempestiuis auocare lusibus aut sordium
ac squaloris foeditate inritare aut alienis malis oblectare mi-**

𝔑 . . . 𝔅o + *exsequiisque sororis.* G = *iuxta sorori.*

*in Albano suo tesseris ac foro* = AmD Bong. ex Cui. Ort. 𝔊ro . . . 𝔅o. P3. = *in Albano suo texeris ac foro.* BV nonnulli codd. Pinc. = *in Albano suo cesseris ac foro.* GD P4. 𝔑 . . . 𝔅 = *in Albano suo cesserit* [mD = *al' cessit al' secessit al' tesseris*] *ac foro.* E 𝔈1. = *in Albano suo cessit ac foro.* P2. = *in Albano suo cessit et foro.* Cod. Lips. = *secessit. At foro.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *in Albano suo secessit, ac foro.* 𝔐 . . . 𝔏4. = *in Albanum suum secessit. At foro.*

*et provocatis huiusmodi aliis occupationibus* = 𝔊ro . . . 𝔅o. A = *et pervocatis huiusmodi aliis occ.* BE Bong. P4. Ort. = *et pervocatis et huiusmodi aliis occ.* (mOrt. = *procacionibus*). G = *et provocatis et huius aliis occ.* V P3. = *provocatis et huiusmodi aliis occ.* D = *ex* [m *et*] *provocatis* [m *advocatis*] *et huiusmodi aliis occ.* Nonnulli codd. Pinc. = *pernotatis.* P2. 𝔑 . . . 𝔏4. = *et advocatis et huiusmodi aliis occ.* Pinc. ci. = *in Albano suo tesseris, ac fere etiam pernoctatis, et huiusmodi aleis occupatus.* Lips. ci. = *in Albanum suum secesserit. nec foro et advocatis et huiusmodi aliis occupationibus.* Torrent. (ad Suet. Oct. c. 61.) ci. = *in Albano secessit, foro aleatorio et huiusmodi.*

*elevabat mala* = BGADE Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. 𝔅2. V nonnulli codd. Pinc. 𝔈 . . . 𝔑u 𝔅o = *levabat mala.*

5. V = *Romani principis.*

*solatium fuit* = A Bong. P3. V P2. = *solamen fuit.* D = *solamen principis* [hoc del.] *fuit.* B = *soleatium animi fuit.* G𝔑 . . . 𝔅o + *solatium animi fuit.* P4. Ort. = *solamen animi fuit.* G = *furiosa et inconstentia.* BG = *Siciliae horas.* V = *furibundus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *prometiens.* G = *an coli soporem.*

*eodem omni tempore* = BGVADE P2. 3. P4. = *Eodem omnium tempore.* Ort. 𝔑 . . . 𝔅o = *Eodem enim tempore.* V = *constituebant.*

6. *super humanum* = BGADE 𝔑 . . . 𝔅. V 𝔈1. . . . 𝔅o = *supra humanum.* V = *tumescebat modum.* 𝔏4. = *Procul illud exemplum.*

*ab omni Romano sit viro* = VAmD. G(n.) DE = *est ab omni Romano viro.* B = *ab omni mundano viro.* 𝔑 . . . 𝔏4. — *sit.* 𝔊ro . . . 𝔅o = *ab Romano viro.* BGA Pinc. v. l. Ort. = *aut intempestivis vocare lusibus.* E = *intemp. vocare lusibus* om. *aut.* VP2. = *aut int. revocare lusibus.* P4. 𝔑 . . . 𝔈2. = *aut int. vacare lusibus.* D P3. Pinc. ci. ∾. 𝔑 . . . 𝔅 — *aut* ante *sordium.* BG = *aut sordidum ac.* E = *aut sordidum aut.* V = *aut sordida squaloribus feditate.* V + *aut se alienis.*

**ditus et barbaris quoque humanioribus grauis fremitus circumsonat.**

*quibusdam animalibus brutis, quorum querela iustificari videtur auctoritate Galieni et Aristotilis. Secundo ibi* Non exiguum tempus. *naturam excusat dicens, quod tempus vitae nostrae quodcumque sit illud nobis est sufficiens si prudenter disponatur, sed quia nos inanibus negociis et voluptatibus carnis dediti tempus nostrum inutiliter perdimus brevissimum nobis esse videtur; de quo dicit esse mirandum quia cum omnes communiter de patrimonio sint avari nec illud de facili velint partiri cum aliquo, tempus suum cum omnibus facillime partiuntur et de illo sunt prodigi cuius solius honesta est avaritia. Tertia ibi* audiet plerosque dicentes. *notat quosdam qui reip. negociis vel officiis publicis occupati disponunt officia tunc demum relinquere ac in ocium se transferre cum ad senectutem pervenerint disponentes tunc vitam suam incipere cum desinendum est vivere. notat etiam quosdam qui ocium collaudantes desiderare se dicunt publicas administrationes deserere si possibilitas detur et tales erant ut alios mutaverunt nam cum erumperent verba eorum affectus ad consuetudinem suam finaliter labebantur. Quarto ibi* Nostram mehercule. *dicit quod vita cuiuslibet quantumcumque sit longa dicenda est brevis ex eo quod per occupationes diversas inutiliter labitur, cum tamen communis sit sententia quod ab occupatis nihil potest utiliter exerceri et multo minus exerceri potest a talibus ars vivendi qua nulla difficilior reperitur. Quinto ibi* quod proposui si in partes etc. *per locum a divisione probat quod occupati omne suum tempus inutiliter perdunt .s. praeteritum, praesens et futurum. et declarat quos intelligit occupatos et quos ociosos. Secunda pars subdividitur in tres particulas. In prima querelam Paulini fratris sui contra fortunam exagerat. In secunda ibi* Proinde parcamus *proponit deesse remedia consolationis in tertia ibi* Numquam ego prohibeo. *concludit non esse penitus prohibendum ne quis de morte fratrum vel amicorum fleat vel doleat, sed dicit cum moderatione dolendum et eum in dolore modum esse servandum qui nec impietatem nec insaniam imitetur.*

---

## AD HELUIAM MATREM

# DE CONSOLATIONE.

---

## AD HELUIAM MATREM

## DE CONSOLATIONE.

I. Saepe iam, mater optima, inpetum cepi consolandi te, saepe continui. Ut auderem multa me inpellebant: primum uidebar depositurus omnia incommoda, cum lacrimas tuas, etiam si supprimere non potuissem, interim certe abstersissem. deinde plus habiturum me auctoritatis non dubitabam ad excitandam te, si prior ipse consurrexissem. praeterea timebam, ne a me uicta fortuna aliquem meorum uinceret. Itaque utcumque conabar manu 2
super plagam meam inposita ad obliganda uolnera uestra replare.

A = *Incipit ad helbiam matrem De consolatione* et in fronte paginae sequentis *Ad Lesbiam matrem de consolatione.* D = *Lucii anei senece cordubensis de consolatione ad elbiam matrem liber incipit* („Alia manu hic liber exaratus fuit ac totus codex D, cui adiectus fuit in calce."). G = *Incipit l'. eiusdem ad helbiam matrem de consolatione.* Cod. Durantii (Varr. I, 17.) = *L. Annaei Senecae liber ad Helbiam matrem suam de consolatione filii sui.* P3. = *Incipit liber Lucii Annei Senecae de consolatione filii ad Helbiam matrem suam.* Etiam Bong P4. Col. omnis scripta lectio Pinc = *ad Helbiam.* P2. = *ad Albinam matrem suam.* Cod. Lips. = *Hebiam.* ℜ ... 𝔅 = *Lucii Annei Senecae incipit liber de consolatione ad Albinam matrem suam.* 𝔈1. = *Lucii Annei Senecae Ad Albinam Matrem Suam De Consolatione Liber Unus.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Lucii Annei [Annaei] Senecae Ad Albinum Matrem De Consolatione Liber Unus.* 𝔐 ... 𝔅o = *L. Annaei Senecae Ad Helviam Matrem De Consolatione, Liber Unus* (ℜu omittit *L. Annaei Senecae*).

Cap. I.

Duo codd. Lips = *impetum feci.* G = *Ut auderer.* D P2. ℜ ... 𝔈2. = *multa me interpellabant.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. DP2. ℜ ... 𝔈2. — *interim certe.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. BGDg Pall. ℜ ... 𝔈1. = *Demum plus habiturum.* ACol. ∾.
*ne a me victa fortuna* = BGADg ℜ ... 𝔅 (*ne* in g supra lineam legitur). 𝔈1. ... 𝔅o + *ne a me non victa fortuna.* Lips. ci. = *ne me non victo fortuna.* Iam Goerenz. (in Progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 9.) *non delendum* esse e mente Senecae docuit: idem voluit ms. Ruhk. G(s∾) = *aliquem modorum vinceret.* Col. = *aliquem amicorum meorum vincerem.*

2. G = *Itaque victum quod conabar.* D = *Itaque ubicunque conabatur.* ℜ ... 𝔅 = *Itaque utrumque conabar.* G = *ab obliganda v. vestra templare* (hoc cr. ∾). Dg P3. Col. = *vulnera nostra reptare.* P2.

Hoc propositum meum erant rursus quae retardarent. Dolori tuo, dum recens saeuiret, sciebam occurrendum non esse, ne illum ipsa solatia inritarent et accenderent: nam in morbis quoque nihil est perniciosius quam inmatura medicina.
3 Exspectabam itaque, dum ipse uires suas frangeret et ad sustinenda remedia mora mitigatus tangi se ac tractari pateretur. Praeterea cum omnia clarissimorum ingeniorum monumenta ad conpescendos moderandosque luctus conposita euoluerem, non inueniebam exemplum eius qui consolatus suos esset, cum ipse
4 ab illis conploraretur. Ita in re noua haesitabam uerebarque, ne haec non consolatio esset, sed exulceratio. Quid quod nouis uerbis nec ex uolgari et cotidiana sumptis adlocutione opus erat homini ad consolandos suos ex ipso rogo caput adleuanti?

= *vulnera nostra templare.* P4. = *vulnera mea* [= m𝔊1.] *templare.* B = *propositum meum erat. rursusque.* G = *propositum meum* [s *erat*]. *rursusque dum recens saeviret dolori tuo.* gP3. = *propositum meum erat rursusque retardabam. dum recens saeviret, dolori tuo.* A = *propositum meum erat. rursus quae retardarent dolori tuo dum recens saeviret dolori tuo sciebam.* D P2. 𝔑 ... 𝔊 = *propositum meum erat. Rursusque retardare dum recens saeviret. sciebam dolori tuo.* Pinc. v. l. = *rursusque retardabar.* P4. = *hic propositum meum erat, rursusque retardarem dum recens saeviret, dolori tuo scabiem occurr.* Col. = *hoc propositum meum erat. Rursusque retardare non erat dum recens saeviret plaga dolori tuo sciebam occ.* Bong. ∾. BGDg Pinc v. l. P3. 4. 𝔊𝔊 = *ne ipsum ipsa solatia.* P2. 𝔑 ... 𝔊2. = *ne ipsum solatia.* Col. + *ne illum dolorem ipsa sol.* ABong. ∾. g = *nihil est periculosius.* 𝔑 ... 𝔐 = *nihil est magis periculosum nec perniciosum quam* contra mstos etiam Bong. Pinc. Gr.

3. D P2. 𝔑 ... 𝔊 — *itaque.* Rell. etiam Bong. Pinc. P3. 4. Col ∾. Pinc. v. l. — *ipse.* Col. + *ipse morbus vires.* D = *vires suas fugeret.* A(s∾) = *remedia ora.* B = *mora miligariis tangi se* [D =] *attractari.* P2. = *agi se ac tractari.* 𝔑 ... 𝔊 = *clarissimorum omnia.* D = *sola clarissimorum.* 𝔐 = *omnia doctissimorum* contra mstos etiam Pinc. Gr. Col. + *recordationis monumenta.* D = *inveniendum exemplum.* P2. — *eius.* Col. = *exemplum alicuius.* mavult Grut. D — *suos post consolatus.* A (cr. ∾) = *ab illis conploratur.*

4. G = *Ita te nova.*

*verebarque, ne haec non consolatio esset, sed exulceratio* = BAg Bong. Pinc. v. l. P3. Col. (sed in plerisque codd. Pinc. desiderabatur *non*). G = *verebarque nec hec ius verei nec ex vulgari* rell. om. mG = *verebarque ne hoc* ∾. DP2. = *verebarque nec* [P2. = *ne*] *brevibus vel levibus verbis* rell. om. P4. = *verebarque ne haec consolatio non esset, sed exulceratio.* Germ. = *sed exulceratio videri posset.* 𝔑 ... 𝔅 = *Verebarque ne hoc non consolatio sed exultatio: quodque novis brevibus vel levibus verbis.* 𝔊1. 2. = *Verebarque ne hoc non consolatio, sed exulceratio. Quid quod.* 𝔊 ... 𝔅o = *verebarque, ne haec* [𝔊𝔊 = *hoc*] *non consolatio, sed exulceratio esset.* g = *quidem quod novis.* Col. = *Quid quod novis verbis opus erat* etc. inverso verborum ordine. P4. = *Quid quod novis brevibus vel levibus verbis.* B = *caput allevant.* g =

Omnis autem magnitudo doloris modum excedentis necesse est
delectum uerborum eripiat, cum saepe uocem quoque ipsam in-
tercludat. Utcumque connitar non fiducia ingenii, sed quia
possum instar efficacissimae consolationis esse ipse consolator.
Cui nihil negares huic hoc utique te non esse negaturam, licet
omnis moeror contumax sit, spero; ut desiderio tuo uelis a me
modum statui. II. Uide quantum de indulgentia tua promiserim
mihi: potentiorem me futurum apud te non dubito quam dolorem
tuum quo nihil est apud miseros potentius. Itaque ne statim
cum eo concurram, adero prius illi et quibus excitetur ingeram.
omnia proferam et rescindam quae iam obducta sunt. Dicet ali- 2
quis: Quod hoc genus est consolandi obliterata mala reuocare
et animum in omnium aerumnarum suarum conspectu conlocare
uix unius patientem? Sed is cogitet quaecumque usque eo per-
niciosa sunt, ut contra remedium conualuerint, plerumque con-
trariis curari. Omnis itaque luctus illi suos, omnia lugubria
admouebo: hoc erit non molli uia mederi, sed urere ac secare.
Quid consequar? ut pudeat animum tot miseriarum uictorem
aegre ferre unum uolnus in corpore tam cicatricoso. Fleant 3

*caput elevanti.* G = *modum extendentis.* Bong. *modum excedentis* pro glossemate habet. B = *nec est dilectum verborum.* D = *necesse est ut stillum dillectum verborum.* g 𝔑 ... 𝔅 + *ut stilum delectum.* P2. 4. = *necesse est ut stilum dilectum verborum.* 𝔈1. + *ut delectum.* 𝔈2. ... 𝔊 + *ut stilo delectum verborum.* B Bong. P3. Col. 𝔐 ... 𝔅o = *dilectum verborum.* Pinc v. l. ∾. D = *saepe quidem vocem ipsam.* 𝔑 ... 𝔅 = *vocem quidem ipsam.* P3. + *Utcunque tamen connitar.* probat Grut. g = *Utcunque tamen enitatur non fid. ing.* D = *Ubicunque invitaret non fid. ing.* P2. = *Ubicunque convitaret.* P4. = *Utcunque commutat.* Rell. etiam Col. ∾. G = *consolationis est.*

*ipse consolator* = Ag Bong. BG D 𝔑 ... 𝔅o — *ipse.* G = *huic itaque te non esse.* g = *cui nihil negares nec hoc utique negabis. licet.* Bong. *huic* ante *hoc utique* pro glossemate habet. D (cr. ∾ p. m.) P2. = *licet omnis victor.* D = *contumax fit.* D = *vel ante me modum.*

Cap. II.

D — *de* ante *indulgentia.* D ci. Lips. = *nec statim.* D Germ. 𝔑 ... 𝔅 — *cum eo.* B = *et quibus excitentur.* D = *deinde proferam.*

2. 𝔑 ... 𝔅 — *Dicet aliquis.* 𝔑 ... 𝔅 = *quidem hoc genus est.* g = *quod hoc est genus.* B = *obliteratura mala.* G = *oblecerata mala.* gP3. 4. Col. 𝔑 ... 𝔅 = *oblita mala.* 𝔈1. = *oblita erat mala revocare.* D P2. = *oblinita mala.* 𝔑 ... 𝔅 = *et animum etiam omnium.* g — *suarum et* = *conspectum.* G = *sed id cogitet.* g = *Sed hiis cogitet.* 𝔈1. — *is.* Rell. etiam Pinc. ∾. B = *convaluerunt.*

*Omnis itaque luctus* = BD. A = *Omni itaque luctu* (*s s*). G 𝔑 ... 𝔅o = *Omnes itaque luctus.* D P2. 𝔑 ... 𝔈2. — *illi.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. BGA = *admonebo.* D = *amovebo.* G (s ∾) — *non* ante *molli.* g = *et secare.* gP2. = *Quod consequar.* Col. = *Quid consequitur. certe ut pudeat.* D = *ut pudeat almum.* D = *unum vultus.*

itaque diutius et gemant quorum delicatas mentes eneruauit longa felicitas et ad leuissimarum iniuriarum motus conlabantur: at quorum omnes anni per calamitates transierunt grauissima quoque forti et inmobili constantia perferant. Unum habet adsidua infelicitas bonum, quod quos semper uexat nouissime in-
4 durat. Nullam tibi fortuna uacationem dedit et grauissimis luctibus: ne natalem quidem tuum excepit. Amisisti matrem statim nata, immo dum nasceris, et ad uitam quodammodo exposita es. Creuisti sub nouerca. quam tu quidem omni obsequio et pietate quanta uel in filia conspici potest matrem fieri coegisti: nulli tamen non magno constitit etiam bona nouerca. Auunculum indulgentissimum, optimum ac fortissimum uirum, cum aduentum eius exspectares, amisisti. Et ne saeuitiam suam fortuna leuiorem diducendo faceret, intra tricesimum diem carissimum uirum ex quo mater trium liberorum eras extulisti.
5 Lugenti tibi luctus nuntiatus est omnibus quidem absentibus liberis, quasi de industria in id tempus coniectis malis tuis, ut nihil esset ubi se dolor tuus reclinaret. Transeo tot pericula,

3. G(m∾) = *quorum omnes animi.* A(s∾) — *anni.* g = *grauissima quaeque.* D = *ac immobili.* Col. = *et molliti constantia.*

*infelicitas bonum* = BGAD(g)Bong. Gr. cod. Iur. Rom. Scal. Bruxell. 𝔑 . . . 𝔈1. 𝔊ro . . . 𝔅o. 𝔈2. . . . 𝔏4. = *infelicitas boni.*

*quod quos semper* = BGADg Pinc. v. l. Gr. Scal. 𝔑 . . . 𝔅o = *quod quos saepe.*

4. 𝔑 . . . 𝔊 — *fortuna* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*et grauissimis luctibus* = BGADg. Bong. — *et.* 𝔑 . . . 𝔅o = *a grauissimis luctibus.* D 𝔈1. 2. = *nec natalem quidem.* 𝔑 . . . 𝔅 = *nec natale q.* B(cr.∾) = *Amisti matrem.* D = *natam ymo dum.* A(cr.∾) = *nata in modum nasceris.* GD(g) 𝔑 . . . 𝔅o = *dum nascereris.* B ∾. g = *exposita esses.* DP2. 𝔑 . . . 𝔈2. — *es.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. 𝔑 . . . 𝔅 + *obsequio et quietate et pietate.* Pinc. ci. 𝔈 . . . 𝔐 = *quanta vix in filia* contra mstos etiam omnia exx. Pinc. Gr. B = *nulli tamen magno consistit.* G = *vel nulli tamen magno consistit.* D P2. = *nulli tamen malo consistit.* P4. = *nulli cum magno consistit.* gP3. Col. 𝔑 . . . 𝔊 (m𝔈2. ∾) = *nulli tam magno constitit* (𝔑 . . . 𝔅 = *consistit*). A Bong. ∾.

*etiam bona* = BGAg Bong. P3. 4. Col. D P2. 𝔑 . . . 𝔅 — *etiam.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *et bona.* D Germ. 𝔑𝔗 = *Avunculum diligentissimum.* 𝔑𝔗 — *cum* ante *adventum.* G = *leviore deducendo.* Dg P2. 3. Col. 𝔑 . . . 𝔈2. = *deducendo.* Ex. Fac. et Prim. 𝔈 . . . 𝔏4. = *leviorem ducendo.* BA P4. Bruxell. ∾. D𝔑 . . . 𝔅 = *infra tricesimum* (𝔑 = *tricesimam*).

*carissimum virum* = BADg. G = *virum carissimum.* 𝔑 . . . 𝔅o + *car. virum tuum.*

5. Col. = *Lugentibus luctus.* 𝔐 — *Lugenti* contra mstos etiam Gr. D + *et omnibus quidem.* B = *omnibus quidam.* g + *quasi quidem de industria.* A + *esset haberes* [s.m. *habere*] *ubi.* G — *se* ante *dolor.* gP3. Col. = *declinaret.* Germ. 𝔑 . . . 𝔈2. = *inclinaret.* Rell. etiam Pinc. P2. 4. ∾. D = *Transeam tot pericula.*

tot metus quos siue interuallo iu te incursantis pertulisti: modo
in eumdem sinum ex quo tres nepotes emiseras ossa trium ne-
potum recepisti. Intra uicesimum diem, quam filium meum in
manibus et in osculis tuis mortuum funeraueras, raptum me au-
disti: hoc adhuc defuerat tibi lugere uiuos. III. Grauissimum
est ex omnibus quae umquam in corpus tuum descenderunt re-
cens uolnus, fateor: non summam cutem rupit, pectus et uisce-
ra ipsa diuisit. Sed quemadmodum tirones leuiter saucii tamen
uociferantur et manus medicorum magis quam ferrum horrent,
at ueterani quamuis confossi patienter ac sine gemitu uelut aliena
corpora exsaniari patiuntur: ita tu nunc debes fortiter praebere
te curationi. Lamentationes quidem et eiulatus et alia per quae 2
fere mulieris dolor tumultuatur amoue: perdidisti enim tot mala,
si nondum misera esse didicisti. Ecquid uideor timide tecum
egisse? nihil tibi subduxi ex malis tuis, sed omnia coaceruata

GDg Gr. 𝔑...𝔊 = *intervallo vite* (*vitae*). BA Bong. ex Cui. Pinc. v. l. ∾.

*incursantis* = A 𝔈1. Bg P3. 𝔑...𝔅 = *incursitantis*. probat Grut. D P2. = *incursitanti*. Pinc. v. l. = *incursitantes*. G P4. Col. 𝔈2. ... 𝔅o = *incursantes*. BA + *modo modo in eumdem*. probo fere, ut sit instar illius *iamiam*. 𝔑...𝔊 = *intra vigesimum*. G = *quem filium meum*. DP2. = *quae filium m.* gP3. = *quo filium m.* 𝔑 ... 𝔈2. = *tu quae filium m.* Rell. etiam Pinc. P4. Col. ∾. BGg P2. 3. Col. 𝔑...𝔊 = *et in oculis tuis* (P3. = *videras raptum*). P4. = *et cum oculis tuis*. G = *raptum me dedisti*. g = *raptum audivisti me*. g = *tibi defuerit*.

Cap. III.

g + *Gravissimum tibi est*. D = *Nam summam cutem*. 𝔑...𝔈2. + *non summam cutem tenet, rupit* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *et viscera ipsi*. D — *leviter* post *tirones*. D = *tum vociferantur*. 𝔑 ... 𝔅 = *tum vociferant*. P3. = *tam vociferantur*. 𝔈1. 2. = *non vociferantur*. Col. = *tamen vociferant*. Rell. etiam Pinc. P2. 4. ∾. D = *quam ferrum timent ac veterani*.

*exsaniari patiuntur* = cii. Iuret. Lips Cuiac. cf. Ep. 86, 5. A P3. Col. = *exsanari patiuntur*. B Bong. cod. Iur. = *exanari patiuntur*. G P4. = *exinaniri patiuntur*. Dg P2. 𝔑...𝔊 = *excoriari patiuntur*. Quidam scripti apud Lips. = *excavari p.* Pinc. v. l. 𝔐... 𝔅o = *exsecari patiuntur*.

*fortiter praebere te* = A. BGDg = *fortiter te praebere*. 𝔑...𝔅o = *te fortiter praebere*.

2. *et eiulatus* = BG Bong. Pinc. v. l. 𝔑...𝔅o = *et ululatus*. AD g n. l.

*mulieris dolor tumultuatur* = BG A Bong. 𝔑...𝔊 = *per quae insciae mulieres tumultuantur*. Dg Pinc. v. l. Gr. 𝔐...𝔅o = *muliebris dolor tum.* G = *si numdum*. gGr. = *et quidem videor non timide tecum*. probat Grut. 𝔑 ... 𝔈1. = *quod et videor non tecum timide*. G = *Et quid videor* [= B] *non* [s *tecum*] *timide*. 𝔈2. ... 𝔊 = *Et quid? Videorne tecum timide*. Pinc. v. l. = *Ecquid videorne tecum timide*. AD + *non timide tecum*. 𝔐...𝔅o = *tecum timide*.

*nihil tibi subduxi* = AD. 𝔑... 𝔅 = *quia nudus didici esse miser, nil tibi subduxi*. 𝔈1. ... 𝔊 = *cum nil tibi subduxi* contra mstos etiam Pinc. Gr. BG(g) 𝔐 ... 𝔅o =

ante te posui. Magno id animo feci: constitui enim uincere dolorem tuum, non circumscribere. IV. Uincam autem, puto, primum si ostendero nihil me pati propter quod ipse dici possim miser, nedum propter quod miseros etiam quos contingo faciam: deinde si ad te transiero et probauero ne tuam quidem gra-
2 uem esse fortunam quae tota ex mea pendet. Hoc prius adgrediar quod pietas tua audire gestit nihil mihi mali esse: si potuero, ipsas res quibus me putas premi non esse intolerabiles faciam manifestum. Sin id credi non potuerit: at ego mihi ipse magis placebo, quod inter eas res beatus ero quae miseros solent facere. Non est quod de me aliis credas: ipse tibi, ne quid incertis opinionibus perturberis, indico me non esse miserum. Adiciam, quo securior sis, ne fieri quidem me posse miserum. V. Bona condicione geniti sumus, si eam non deseruerimus. Id egit rerum natura, ut ad bene uiuendum non magno adparatu opus esset: unusquisque facere se beatum potest. Leue momentum in aduenticiis rebus est et quod in neutram partem magnas uires habeat: nec secunda sapientem euehunt

*nil tibi subduxi.* P2. 𝔑 . . . 𝔊 + *vincere dolore dolorem* contra mstos etiam Pinc. P3. 4. Col.

Cap. IV.

*Vincam autem, puto* = BGAD(g) Bong. Pall. 𝔊ro . . . 𝔅o. Col. = *Vincam ante ut puto.* 𝔑 . . . 𝔏4. — *autem.*

*ipse dici possim* = A. G — *ipse dici . . . propter quod* (m∾ praeter *ipse*). Bg — *ipse.* D𝔑 . . . 𝔅o = *possim dici* om. *ipse.* D = *quod contingam.* BGg 𝔑 . . . 𝔐 = *quos contingam.* ABong. ∾. 𝔑 . . . 𝔅 + *deinde subvincam dolorem, si ad te transiero.* D = *nec tuam quidem.*

2. G 𝔑 . . . 𝔅 = *audire gessit.* Boug. = *mihi esse mali.* D = *mali mihi esse.* BG 𝔑 . . . 𝔅o = *mali esse mihi.* A ∾.

*si potuero* = A Bong. Col. D = *Si pono.* P2. = *Si potio.* B G(g) P3. 4. 𝔊ro . . . 𝔅o = *si potero.* 𝔑 . . . 𝔅 = *si non sub hoc tibi demonstrare potero* 𝔈1. . . . 𝔏4. = *si* [𝔈1. = *sin*] *hoc tibi demonstrare non potero.* BG = *me putat premi.* G = *Sivi id credi.* D P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *mihi ipse satis placebo.* g = *mihi ipse magni placebo.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. B = *misero solent facere.* g + *credas rogo ipse tibi.* G = *ipse tibi in quid.* G = *incertis operis nominibus perturberis.* B = *incertis operi perturberis.* g = *in cunctis opinionibus indico* om. *perturberis.* D = *incertis opibus perturberis.* D 𝔑 . . . 𝔅 = *quod securior.*

*ne fieri quidem* = BA. GD(g) Gr. 𝔑 . . . 𝔅o = *nec fieri q.*

*me posse miserum* = BGADg Gr. 𝔑 . . . 𝔊. 𝔐 . . . 𝔅o — *me.*

Cap. V.

*geniti sumus* = A Bong. Col. 𝔐. BGD(g) Pall. 𝔗 . . . 𝔅o (exc. 𝔐) = *conditi sumus.* Illud probat Heusing. (Emendd. II, 7. p. 237.). D P2. 𝔗 . . . 𝔈2. = *non deseruimus.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. D = *ad bene videndum.* G (s.m.) = *ad b. v. cum magno apparatu id opus esset.* B = *adventicis.* D = *et quid in neutram.* A (n.) + *nec de secunda.* D (m∾) = *nec secula sapientem.* G = *sapientem vehunt.* B

nec aduersa demittunt. Laborauit enim semper, ut in se plu-
rimum poneret, intra se omne gaudium peteret. Quid ergo? 2
sapientem esse me dico? minime: nam id quidem si profiteri
possem, non tantum negarem miserum esse me, sed omnium
fortunatissimum et in uicinum deo perductum praedicarem.
Nunc quod satis est ad omnis miserias leniendas sapientibus me
uiris dedi et nondum in auxilium mei ualidus in aliena castra
confugi, eorum scilicet qui facile se ac suos tuentur. Illi me 3
iusserunt stare adsidue uelut in praesidio positum et omnis co-
natus fortunae et omnis inpetus prospicere multo ante quam in-
currant. Illis grauis est quibus repentina est: facile eam susti-
net qui semper exspectat. Nam et hostium aduentus eos pro-
sternit quos inopinantis occupauit: at qui futuro se bello ante
bellum parauerunt conpositi et aptati primum qui tumultuosissi-
mus est ictum facile excipiunt. Numquam ego fortunae credidi, 4
etiam cum uideretur pacem agere: omnia illa quae in me indul-
gentissime conferebat, pecuniam, honores, gratiam, eo loco
posui unde posset sine motu meo repetere. Interuallum inter

= *sapientem veneunt.* g = *aut adversa.* GAg = *dimittunt.* D = *ut in se plurimi ponēt* ∾ [P2. =] *petent.* BA = *vita se omne gaudium.* Col. = *vitam omne gaudium.* 𝔗... 𝔈2. = *peteretur.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. ∾.

2. *esse me dico* = A. BGD(g) 𝔗... 𝔙o = *me esse dico.* B = *nam quid si profiteri.* GD 𝔗𝔙 — *id ante quidem.*

*miserum esse me* = BGAD. (g)𝔗... 𝔙o = *miserum me esse.* G = *et in iudicium deo perductam praedicatorem.* P4. = *et in tutum deo.*

*satis est ad omnis* = BA. D = *satius est ad omnes est. ad omnes.* G(g) 𝔗 ... 𝔙o = *satis est ad omnes.*

*sapientibus me viris* = A. BGD (g) 𝔗... 𝔙o = *sap. viris me.* D = *in auxilium mei validum.* 𝔗𝔙 = *validius.*

*se ac suos tuentur* = BA Pinc. v. l. P2. 3. Col. g = *se ac suos tuerentur.* D = *se. et suos tuentur.* G = *facile ac sua tuentur.* P4. = *se ac sua tuentur.* 𝔗... 𝔙o = *se et sua tuentur,*

3. g + *assidue et velut.*

*et omnis conatus* = BG. 𝔗... 𝔙o = *et omnes conatus.* ADg n. l.

*et omnis inpetus* = G. B — *et.* 𝔗... 𝔙o = *et omnes impetus.* AD g n. l.. P4. + *Illis scilicet fortuna gravis est.* 𝔗... 𝔐 + *Illis gravis ipsa fortuna est* contra mstos etiam Pinc. Gr. Iur.

*quibus repentina est* = A. D𝔗... 𝔙o = *q. est repentina.* BG — *est.* D P2. 𝔗... 𝔐 = *facile eam sustinere potest.* P4. = *facilius eam sustinet.* Rell. etiam P3. Col. Iur. ∾. D = *Nam et honestum adventus.*

*quos inopinantis* = A. BGD(g) 𝔗... 𝔙o = *quos inopinate.* D = *qui futura se bello.*

4. D = *Numquam ergo* et — *credidi.*

*etiam oum videretur* = A Bong. BGD(g) 𝔗... 𝔙o = *etiam si videretur.* DP2. 4. 𝔗... 𝔈2. = *quae in me diligentissime.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾.

*pecuniam, honores, gratiam* = A. BGD(g) 𝔗... 𝔙o = *pec. hon. gloriam.*

*posset sine motu* = BGAg Bong. P3. 4. Col. DP2. 𝔗... 𝔙o + *posset ea sine motu.* g = *motu modo repetere.*

**illa et me magnum habui: itaque abstulit illa, non auulsit. Neminem aduersa fortuna conminuit, nisi quem secunda decepit.
5 Illi qui munera eius uelut sua et perpetua amauerunt, qui se suspici propter illa uoluerunt iacent et moerent, cum uanos et pueriles animos omnis solidae uoluptatis ignaros falsa et mobilia oblectamenta destituunt. At ille qui se laetis rebus non inflauit nec mutatis contrahit. aduersus utrumque statum inuictum animum tenet exploratae iam firmitatis: nam in ipsa felicitate
6 quid contra infelicitatem ualeret expertus est. Itaque ego in illis quae omnes optant existimaui semper nihil ueri boni inesse. tum inania et specioso ac decepturo fuco circumlita inueni, intra nihil habentia fronti suae simile. Nunc in his quae mala uocantur nihil tam terribile ac durum inuenio quam opinio uolgi minabatur. uerbum quidem ipsum persuasione quadam et consensu iam asperius ad aures uenit et audientes tamquam triste et exsecrabile ferit: ita enim populus iussit. Sed populi scita ex magna parte sapientes abrogant. VI. Remoto ergo iudicio plurium quos prima rerum species utcumque credita est aufert uideamus quid sit exilium: nempe loci conmutatio. Ne an-**

*inter illa et me* = BGAg Bong. P3. 4. Col. ℜu 𝔅2. P2. = *inter illam et me.* D 𝔗... 𝔐 = *inter me et illam.* 𝔏... 𝔅1. 𝔙o = *inter me et illa.*
5. *suspici propter illa* = BAg P3. 4. Col 𝔅2. D P2. 𝔗 ... ℜu 𝔙o = *propter illa suspici.* B = *iacent et inherent.* D P2. 𝔗... 𝔐 = *cum invalidos et pueriles.* g = *varios et pueriles.* G = *magos et pueriles.* Rell. etiam Bong. P3. 4. Col. Iur. ∾. g = *solitae voluptatis.* A (s∾) = *voluptis.* G = *At ille qui te.* g — *ille* post *At.* D = *non inflat.* G omittit verba *nec mutatis contrahit...* VIII, 5. *rerum natura genuit: animus,* cum desint duo folia. g = *nec mutatis contraxit.* B = *adversus utraque.* g + *firmitatis est. nam in ipsa iam.* Ex. Fac. et Prim. = *nam in ipsa infirmitate.* Dg = *qui contra felicitatem.* D — *est* post *expertus.*
6. B = *quae omnes obstant* [A =] *estimavi.* D P2. = *quae omnes obstentant.* 𝔗𝔅 = *optant extimam.* Bg = *nihil semper.* DP2. — *boni* post *veri.*

*tum inania* = A. Dg Gr. 𝔗... 𝔊 = *cum inania.* B = *tam inania.* Pinc. v. l. 𝔐... 𝔙o = *quin inania.* BDGr. 𝔗... 𝔊2. = *et speciosa.* A(g) Pinc. ci. ∾. Bong. ex Cui. = *ac decepturio.* unde ci. = *deceptorio.* P3. = *decepturo suco.* D P2. 𝔗... 𝔊2. = *circumlita inveniantur.* Pinc. v. l. 𝔊... 𝔐 — *suae* post *fronti.* Mss. etiam Gr. ∾.
*Nunc in his quae* = A𝔅2. Col. P3. = *Nunc in hiis quae.* B P2. = *Nam in his quae.* Dg = *Nam in hiis quae.* 𝔗... ℜu 𝔙o = *Nam in illis quae.* Grut. ci. = *Iam in his quae.* D P2. + *quam quod opinio.* Col. = *quod opinio.* B — *et* ante *exsecrabile.* D = *sed populi sua.*

Cap. VI.

B = *Remota.*
*ergo iudicio* = A. BD(g) 𝔗... 𝔙o = *igitur iudicio.*
*prima rerum species* = Ag. B = *prima rerum facie.* D 𝔗... 𝔙o = *prima rerum facies.* D P2. = *ubicunque credita est.* g = *auferet.* *nempe loci conmutatio. Ne angusta-*

gustare uidear uim eius et quicquid pessimum in se habet subtrahere: hanc conmutationem loci sequuntur incommoda, paupertas, ignominia, contemptus. Aduersus ista postea confligam: interim primum illud intueri uolo quid acerbi adferat ipsa loci conmutatio. Carere patria intolerabile est. Adspice agedum 2
hanc frequentiam cui uix urbis inmensae tecta sufficiunt: maxima pars istius turbae patria caret. ex municipiis et coloniis suis, ex toto denique orbe terrarum confluxerunt. Alios adduxit ambitio, alios necessitas officii publici, alios inposita legatio, alios luxuria opportunum et opulentum uitiis locum quaerens, alios liberalium studiorum cupiditas, alios spectacula. quosdam traxit amicitia, quosdam industria laxam ostendendae uirtuti nancta materiam. quidam uenalem formam adtulerunt, quidam uenalem eloquentiam. Nullum non hominum genus concucurrit 3
in urbem et uirtutibus et uitiis magna pretia ponentem. Iube istos omnes ad nomen citari et unde domo quisque sit quaere: uidebis maiorem partem esse quae relictis sedibus suis uenerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen suam. Deinde ab hac ciuitate discede quae ueluti communis potest dici, omnes urbes circumi: nulla non magnam partem peregrinae mul-

*re videar.* Ita scribendum: nam B A Bong. = *nempe loci commutatione angustare videar.* D 𝔗... 𝔐 𝔑u 𝔅2. = *nempe loci commutatio est. Angustare videor.* g = *nempe loci commutatio est. Angustare videamur.* Cod. Lips. 𝔏... 𝔅1. 𝔅o = *nempe loci commutatio est. Angustare ne videamur.* B = *secuntur.* D = *primum illum intueri.*

2. DP2. 𝔗... 𝔐 — *agedum.* B = *agendum.* g = *agendam.* A P3. 4. Col. Iur. ∾. B — *cui post frequentiam.* D𝔗... 𝔐 𝔅1. 𝔑u 𝔅o = *urbis immensa.* Rell. etiam P3. 4. Col. Iur. ∾. B = *texta sufficiunt.*

*pars istius turbae* = A P3. Col. D = *par illius turba.* B(g) 𝔗... 𝔅o = *pars illius turbae.* g = *patriae caret.* B = *et colonis.* B = *orbem terrarum.*

*Alios adduxit* = BAg. D𝔗... 𝔅o = *Alios adducit.*

*opportunum et opulentum* = BA (B = *oport.*). D𝔗... 𝔅o = *opulentum et opportunum.* g = *optimum et opulentum.*

*laxam* = BAg Pinc. v. l. P2. 4. Col. Bruxell. 𝔅2. DP2. = *laxans.* P3. 𝔗... 𝔑u 𝔅o = *latam.* Pinc. ci. = *ostentandae.* Col. = *ostendendo.*

*nancta materiam* = A. D = *nanctam materia.* B = *nacta materia.* (g) 𝔗... 𝔅o = *nacta materiam.* P3. Col. = *venalem fortunam attulerunt.* 𝔗... 𝔊 + *v. formam suam attulerunt.*

3. *concucurrit* = A. BD(g) 𝔗... 𝔅o = *concurrit.* g + *Iube ergo.*

*istos omnes* = BA. D(g) 𝔗... 𝔅o = *omnes istos.* B = *et vide domo quisque.* g = *et in domo quisque.* B = *in maxima quidem.*

*veluti* = BADg 𝔗... 𝔊. 𝔐... 𝔅o = *velut.*

*communis potest dici* = BADg Gr. 𝔅2. 𝔗... 𝔑u 𝔅o + *communis patria potest dici.* A = *omnes urbes circum.* BDG = *omnes urbes circui.* 𝔗𝔅 = *omnes urbes circue.* 𝔗... 𝔏 𝔍u = *Nulla est ubi magnam partem peregrinae multitudinis non invenias* contra mstos etiam Gr.

4 titudinis habet. Transi ab iis quarum amoena positio et opportunitas regionis plures adlicit. deserta loca et asperrimas insulas, Sciathum et Seriphum, Gyarum et Corsicam percense: nullum inuenies exilium in quo non aliquis amici causa moretur. Quid tam nudum inueniri potest, quid tam abruptum undique quam hoc saxum? quid ad copias respicienti ieiunius? quid ad homines inmansuetius? quid ad ipsum loci situm horridius? quid ad coeli naturam intemperantius? plures tamen hic
5 peregrini quam ciues consistunt. Usque eo ergo conmutatio ipsa locorum grauis non est, ut hic quoque locus a patria quosdam abduxerit. Inuenio qui dicant inesse naturalem quamdam inritationem animis conmutandi sedes et transferendi domicilia. Mobilis enim et inquieta homini mens data est: numquam se tenet, spargitur et cogitationes suas in omnia nota atque ignota dimittit uaga et quietis inpatiens et nouitate rerum laetissima.
6 Quod non miraberis, si primam eius originem adspexeris. Non

4. *Transi* = BA P3. 4. Col. DP2. 𝔗𝔅 = *Huc transiliens ab iis* [P2. = *ab hiis*. 𝔗𝔅 = *ab his*] *quarum*. 𝔈1. 2. = *Nunc transiliens ab ipsis quarum*. g Pinc. v. l. 𝔈 . . . 𝔅o + *Nunc transi*. B = *ab his quarum*. P3. Col. = *ab hiis quorum*. P4. = *ab hiis quarum*. B = *plures alliciat*. quod fortasse recipiendum: nam in A prior scriptura abrasa est. Dg 𝔗 . . . 𝔊 = *alliciet*. A (s.m.) ∾. B = *Scyathum et Seriphum*. D = *Cyatum et Siyaphum*. Bong. Hadr. Iun. (Animadvv. V, 23.) ci. = *Sciathum et Siphnon* (hic etiam ci. = *Cythnon* vel *Cianon* pro *Sciatho*). g = *Thictum Sirupum*. P3. = *Tyethum et Seriphum*. P4. = *Machum et Seriphum*. Col. = *Styatas et Syriphum*. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Ciatum et Symphum*. A (P2.) ∾.

*Gyarum et Corsicam* = 𝔈2. . . . 𝔊 𝔑u . . . 𝔅o. B = *Giaram et Scorsican*. A = *Gyaram et Corsican*. g = *et Gyarã et Scorsicam*. D Col. = *Gyaram et Corsitam*. Pinc. v. l. P2. = *Giaram et Corsicam*. P3. = *et Gyaram Scorsicam*. P4. = *Gyariam et Corsicam*, Hadr. Iun. (l. l.) ci. = *Gyarum et Corcyram*. 𝔗 . . . 𝔈1. = *Gyarum et Gorsitam*. 𝔐 . . . 𝔚l. = *Gyarum et Cosuram*.

*percense* = ADg Pinc. v. l. Gr. B = *percensem*. 𝔗 . . . 𝔅o = *pete*. D = *aliquis cum causa moretur*. B = *abraptum undique*. D = *obruptum undique*. B = *ad copiosas respicienti*. D Pinc. v. l. P2. = *ad copiosa respicienti* (Pinc. v. l. P2. = *tenuius*). g = *ad copias respiciendo*. Col. = *ad copias respiciendi*. B — *quid ad homines inmansuetius*. 𝔊ro . . . 𝔅o = *ad ipsum loci situm horribilius* contra mstos. B = *quid ad celitaturam*. 𝔊ro . . . 𝔅o = *intemperatius* contra mstos. 𝔗 . . . + *quam cives sunt et consistunt* contra mstos etiam Pinc. Gr.

5. g = *quodam abduxerit*. B = *quosdam abduxit*.

*inritationem animis* = BAg. D 𝔗 . . . 𝔅o = *animis irritationem*.

*homini mens* = BAg. D𝔗 . . . 𝔅o = *mens homini*. Heusing. (l. l.) ci. = *nusquam se tenet*. Goerenz. (l. l.) ci. = *nunquam se continet*. g — *et* ante *novitate*. B = *et novissima rerum laetissima*. D P2. 4. 𝔗𝔅 = *et novissimarum rerum laetissima*. probat Grut. D = *sed propriam eius originem*. P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *si propriam eius originem*. Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾.

est ex terreno et graui concreta corpore: ex illo coelesti spiritu descendit. coelestium autem natura semper in motu est: fugit et uelocissimo cursu agitur. Adspice sidera mundum inlustrantia: nullum eorum perstat. Labitur adsidue et locum ex loco mutat et, quamuis cum uniuerso uertatur, in contrarium nihilominus ipsi mundo refertur, per omnis signorum partes discurrit; numquam resistit perpetua eius agitatio et aliunde alio
conmigratio est. Omnia uoluuntur et semper in transitu sunt, 7
ut lex et naturae necessitas ordinauit, aliunde alio deferuntur. Cum per certa annorum spatia orbes suos explicuerint, iterum* ibunt per quae uenerant. I nunc et humanum animum ex isdem quibus diuina constant seminibus conpositum moleste ferre transitum ac migrationem puta, cum dei natura adsidua et ci-
tatissima conmutatione uel delectet se uel conseruet. A coe- 8
lestibus agedum te ad humana conuerte: uidebis gentes populosque uniuersos mutasse sedem. Quid sibi uolunt in mediis barbarorum regionibus Graecae urbes? quid inter Indos Persas-

6. *Non est ex terreno* = BA𝔐 ... 𝔏4. D(g) Gr. 𝔗 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔙o — *est*, quod absorptum a Praep. *ex*. P2. = *et gravi congregata corp.* g + *sed ex illo coelesti.* g = *semper immota est.* 𝔗 ... 𝔊 = *sidera mundi illustria* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*et quamvis* = BAg quaedam exx. Pinc. P4. Col. D P2. 3. 𝔗 ... 𝔙o — *et.* P4. = *cum ipso vertatur.* 𝔗 ... 𝔊 = *cum universo versatur.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. Quaedam exx. Pinc. = *ipsi mundo defertur.*

*per omnis signorum* = B. 𝔗 ... = *per omnes signorum.* ADg n. l.

*numquam resistit perpetua eius agitatio* = A (poterat etiam interpungi inter *resistit* et *perpetua*). B = *numquam perpetua eius cogitatio.* D P2. 4. 𝔗 ... 𝔈2. = *perpetua eius cogitatio* rell. om. g = *perpetua agitatio* rell. om. Col. = *perpetua eius exagitatio.* Pinc. v. l. P3. 𝔊 ... 𝔙o = *perpetua eius agitatio* om. *numquam resistit.* B = *aliũ ñ alio commigratio est.*

7. *et in transitu sunt, ut* = BAg. Etiam Col. = *et in transitu sunt.* D P2. 𝔗 ... 𝔈2. = *in tumultu sunt et ut.* non displicet Grutero. P3. = *semper cum transitu sunt.* P4. 𝔈 ... 𝔙o = *semper in transitu sunt, et ut.* Pinc. ex suis laudat tantum *in transitu sunt.* D = *alia de alia deferuntur.* D = *cum per circa annorum.* P4. = *orbes suos explicaverint.* Col. 𝔗 ... 𝔈2. = *explicuerunt.* Mss. etiam Pinc. P2. 3. ∾. D = *per quae venerunt.* BA(s.m.)g 𝔗 ... 𝔈1. — *I* ante *nunc.* D = *Hii nunc in animum.*

*humanum animum* = A. BD(g) 𝔗 ... 𝔙o = *animum humanum.*

*ex isdem quibus* = A 𝔗𝔅. B = *ex hisdem quibus.* D = *ex hiisdem quibus.* (g) 𝔈1. ... 𝔙o = *ex iisdem quibus.*

*seminibus conpositum* = BAg. D 𝔗 ... 𝔙o = *compositum seminibus.*

*transitum ac migrationem puta* = BAg. D 𝔗 ... 𝔙o = *puta transitum ac migrationem.* D = *cum de natura.* Ex. Fac. et Prim. = *nos delectet, se vero conservet.* Mss. etiam Gr. ∾.

8. BA (cr. ∾) Dg 𝔗𝔅 = *A coelestibus agendum.* D = *Ad humana te.*

*populosque universos* = BAg. D 𝔑 ... 𝔙o — *universos.* B = *barbararum regionibus.* DP2. 𝔗 ... 𝔊 = *barbarorum nationibus.* Rell. etiam

que Macedonicus sermo? Scythia et totus ille ferarum indomitarumque gentium tractus ciuitates Achaiae Ponticis inposita litoribus ostentat. Non perpetuae hiemis saeuitia, non hominum ingenia ad similitudinem coeli sui horrentia transferentibus do-
9 mos suas obstiterunt. Athenis in Asia turba est. Miletus quinque et septuaginta urbium populum in diuersa effudit. totum Italiae latus quod infero mari adluitur maior Graecia fuit. Tuscos Asia sibi uindicat. Tyrii Africam incolunt. in Hispaniam Poeni, Graeci se in Galliam inmiserunt, in Graeciam Galli. Pyrenaeus Germanorum transitus non inhibuit: per incognita uersauit se humana leuitas. Liberos coniugesque et
10 graues senio parentes traxerunt. Alii longo errore iactati non iudicio elegerunt locum, sed lassitudine proximum occupauerunt. alii armis sibi ius in aliena terra fecerunt. quasdam gentes, cum ignota peterent, mare hausit. quaedam ibi consederunt ubi illas rerum omnium inopia deposuit. Nec omnibus eadem causa re-
11 linquendi quaerendique patriam fuit. Alios excidia urbium suarum hostilibus armis elapsos in alienas spoliatos suis expulerunt. alios domestica seditio submouit. alios nimia superfluentis populi frequentia ad exonerandas uires emisit. alios pestilentia aut frequentes terrarum hiatus aut aliqua intoleranda infelicis

Pinc. tres Gr. ∾. g = *indomitarum gentium* om. *que*. D = *litoribus ostenta*. g ed. Par. a. 1613. = *litoribus ostendat.*

*domos suas* = BAg. D𝔗...𝔅o = *domus suas.*

9. *Athenis in Asia turba est* = B AP4. Col. 𝔗...𝔈1. (m𝔈1. = *in Mysia*). DP2. = *Sichenis in Asia turba est.* g = *Sicheriis in Asia turba est.* P3. 𝔈2....𝔅o = *Atheniensis in Asia turba est.* Pinc. ci. = *Atheniensium in Asia urbs est Miletus. ea LXXV. urbium p.*

*Miletus quinque et septuaginta urbium* = AP4. P2. = *Miletus quinque et LXX. urbium.* B(g) 𝔐...𝔅o = *Miletus LXXV. urbium.* D = *Miletus quinque et hec urbium.* Col. = *Miletus quinque et harum urbium.* 𝔗𝔅 = *Millenis. CCCCC. LXX. urbium.* 𝔈1....𝔖 = *Miletus CCCCC. LXX. urbium.* g𝔗...𝔈2. = *quod inferiori mari.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. D = *abluitur.*

*in Hispaniam Poeni, Graeci se in Galliam* = BA Col. (B = *in isp.*). D P2. 𝔗...𝔖 = *in Hispania* [D = *ysp.*] *Poeni.* P4. = *in Hispania Graeci.* g P3. = *et Hispaniam Poeni.* 𝔐...𝔅o = *Hispaniam Poeni: Graeci se in Galliam.* A Col. = *Pyrenaeos.* B P4. = *Pyrenaneas.* D = *Pireneas.* 𝔗𝔅 = *Pyreneas.* P2. = *Pireneneas.* P3. = *Pireneneos.*

10. g = *laxitudine.* B = *quosdam gentes.* D 𝔗...𝔖 = *Quidam ibi consederunt, ubi illos.*

*rerum omnium* = BAg. D𝔗...𝔅o — *omnium.* g = *et omnibus eadem.*

11. *in alienas* = Ag. B = *in alienos.* D 𝔗...𝔅o = *in aliena.* g = *spoliatos suis exposuerunt.* g = *submovet.* D P2. 𝔗...𝔈2. — *nimia ante superfluentis.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. Pinc. ci. 𝔖...𝔐 = *ad exonerandas urbes* contra mstos etiam Gr.

*aut frequentes* = Pinc. v. l. Col.

soli uitia eiecerunt. quosdam fertilis orae et in maius laudatae fama corrupit. alios alia causa exciuit domibus suis. Illud utique manifestum est nihil eodem loco mansisse quo genitum est. adsiduus generis humani discursus est. cotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. Noua urbium fundamenta iaciuntur. noua 12
gentium nomina exstinctis prioribus aut in accessionem ualidioris conuersis oriuntur. Omnes autem istae populorum transportationes quid aliud quam publica exilia sunt? VII. Quid te tam longo circuitu traho? quid interest enumerare Antenorem Patauii conditorem et Euandrum in ripa Tiberis regna Arcadum conlocantem? quid Diomeden aliosque quos Troianum bellum uictos simul uictoresque per alienas terras dissipauit? Romanum imperium nempe auctorem exulem respicit. quem profugum capta patria exiguas reliquias trahentem necessitas et uictoris metus longinqua quaerentem in Italiam detulit. Hic deinde po- 2
pulus quot colonias in omnem prouinciam misit? ubicumque uicit Romanus habitat. Ad hanc conmutationem locorum libentes

𝔈𝔊. BA P3. = *aut frequentis.* D (g)P2. 𝔗 . . . 𝔈2. 𝔐 . . . 𝔚o = *aut frequens..* P4. haec et aliquot verba sequentia omittit. 𝔗 . . . 𝔈1. = *felicis soli.* D = *soli vita.* B = *quosdam fertiliora et in manus.* D = *et maius laute fama.* P2. = *et magis laute fama.* 𝔗 . . . 𝔈1. = *fertilis orae* [*horae*] *in maius lautae fama.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *fertilis orae in maius latae fama* (m𝔈2. ∾). Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. D = *domibus suis extinuit.* 𝔗𝔚 = *extinuit domibus suis.* g = *fama corrupit. exuunt domibus suis.*

*Illud utique manifestum est* = A. P3. Col. 𝔚2. = *Illud utique est manifestum.* probat Grut. g = *et illud utique est manifestum.* BD P2. 4. 𝔗 . . . ℜu 𝔚o = *Illud itaque est manifestum.*

*generis humani* = A. BD(g) 𝔗 . . . 𝔚o = *humani generis.* D = *in terra magno orbe.*

12. *fundamenta iaciuntur* = BAD (g) 𝔗 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔚o. 𝔐 . . . 𝔏4. = *fundamenta iaciunt.* g = *novaque nomina gentium.* Bg + *nominibus prioribus.* D = *extinctis nominibus aut.* P4. = *populorum transfortationes.* 𝔗 . . . 𝔈2. = *populorum transformationes.*

Cap. VII.

*te tam longo* = A. BD(g) 𝔗 . . . 𝔚o = *tam longo te.* A = *circūitu* (sed lineola illa a s. m. videtur esse). Pall. 𝔗 = *Palavi* [sP4. = *Pictavi*] *conditorem.* Col. = *Picanii conditorem.* Pinc. v. l. — *et* ante *Evandrum.* Mss. etiam Gr. ∾. B = *Archadum et locantem.*

*Diomeden* = A. 𝔗 = *Diomedes.* BD(g) 𝔚 . . . 𝔚o = *Diomedem* (*Diomedē*). D + *exulem eneam.*

*longinqua quaerentem* = A 𝔗 . . . 𝔚o. BDg P2. 4. = *longinqua quaerentes.* unde Lips. ci. = *longinqua quaerens.* quod ipse refert ad metum.

*in Italiam detulit* = A Col. 𝔊 . . . 𝔚o. BD Pall. 𝔗 . . . 𝔈2. = *in Italiam deducit.* g = *in Italiam deduxit.* Pinc. v. l. partim = *detulit,* partim = *deduxit.*

2. *in omnem provinciam* = BAg. D 𝔗 . . . 𝔚o = *in omnes provincias.* 𝔈1. 2. = *Romanus habitabat* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *libeles nomina dabant.* 𝔗 . . . 𝔏 𝔍u = *liben-*

nomina dabant et relictis aris suis trans maria sequebatur colo-
nos senex. VIII. Res quidem non desiderat plurium enume-
rationem: unum tamen adiciam quod in oculos se ingerit.
Haec ipsa insula saepe iam cultores mutauit. Ut antiquiora quae
uetustas obduxit transeam, Phocide relicta Graii qui nunc Mas-
siliam incolunt prius in hac insula consederunt. Ex qua quid
eos fugauerit incertum est, utrum coeli grauitas an praepotentis
Italiae conspectus an natura inportuosi maris: nam in causa non
fuisse feritatem accolarum eo adparet, quod maxime tunc tru-
2 cibus et inconditis Galliae populis se interposuerunt. Transierunt
deinde Ligures in eam, transierunt et Hispani, quod ex simi-
litudine ritus adparet: eadem enim tegmenta capitum idemque
genus calciamenti quod Cantabris est et uerba quaedam: nam
totus sermo conuersatione Graecorum Ligurumque a patrio de-
sciuit. Deductae deinde sunt duae ciuium Romanorum coloniae,
altera a Mario, altera a Sulla. Totiens huius aridi et spinosi
3 saxi mutatus est populus. Uix denique inuenies ullam terram
quam etiamnunc indigenae colant. permixta omnia et insiticia
sunt. alius alii successit. Hic concupiuit quod illi fastidio fuit.
ille unde expulerat eiectus est. Ita fato placuit nullius rei eo-
dem semper loco stare fortunam. Aduersus ipsam conmutatio-
nem locorum detractis ceteris incommodis quae exilio adhaerent

*ter nomina dabat.* Rell. etiam Gr. ∾. D = *et relictis armis suis.* Arntz. (ad Aurel. Vict. c. 23. p. 130.) ci. = *relictis agris suis.* putat enim vocem *aris* cum voce *colonus* minime convenire. Rell. ∾.

*sequebatur colonos senex* = BAg. D = *colonos sequebatur senex.* 𝔗 ... 𝔅o = *colonus sequebatur senex.*

Cap. VIII.

B = *plurimum enumerationem.* D P2. 𝔗 ... 𝔊 = *saepe iam colonos mutavit.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. g + *vetustas iam obduxit.* B (cr. ∾) = *Grai qui nunc.* D = *que nunc Mass.*

*Massiliam incolunt* = BAg P3. 4. Col. D P2. 𝔗 ... 𝔅o = *Massiliam* [P2. = *Maxiliam*] *colunt.* B = *impotentis Italiae.* D = *nam in eam non fuisse.* Bong. = *severitatem accolarum.* g = *cum trucibus et.* Ms. Durantii Cas. (Varr. I, 17.) = *quod maxime cum Curibus et inc.* probat ipse. P4. = *et condicis Gallis.*

2. *tegmenta capitum* = BAg. D 𝔗 ... 𝔅o = *tegumenta capitum.*

*calciamenti* = BAD 𝔗 ... 𝔈1. (g) 𝔈2. ... 𝔅o = *calceamenti.* g = *tam totus sermo.* Col. 𝔊ro = *a patria descivit.* D 𝔗 ... 𝔈2. = *a primo descivit.* Rell. etiam Pinc. Pall ∾. B = *Deductae enim sunt.* Dsg P2. = *civium Romanorum turbae.*

3. D + *et permixta.* BADg 𝔗 ... 𝔈2. = *omnia et instituta.* Pinc. ci. ∾.

*quod illi fastidio fuit* = BAg P2. 4. Col. D P3. 𝔗 ... 𝔅o = *quod alii fastidio fuit.*

*conmutationem locorum* = BA. g = *communionem locorum.* D 𝔗 ... 𝔅o = *mutationem locorum.* D 𝔗 ... 𝔐 = *certis incommodis.* Rell. etiam Gr. ∾. BA Gr. = *quae ex illo*

satis hoc remedii putat Uarro, doctissimus Romanorum, quod
quocumque uenimus eadem rerum natura utendum est. M. Bru- 4
tus satis hoc putat, quod licet in exilium euntibus uirtutes suas
secum ferre. Haec etiam si quis singula parum iudicat efficacia
ad consolandum exulem, utraque in unum collata fatebitur plu-
rimum posse. Quantulum enim est quod perdidimus? duo quae
pulcherrima sunt quocumque nos mouerimus sequentur: natura
communis et propria uirtus. Id actum est, mihi crede, ab illo
quisquis formator uniuersi fuit, siue ille deus est potens omnium
siue incorporalis ratio ingentium operum artifex siue diuinus
spiritus per omnia maxima ac minima aequali intentione diffu-
sus siue fatum et inmutabilis causarum inter se cohaerentium
series: id, inquam, actum est, ut in alienum arbitrium nisi
uilissima quaeque non caderent. Quicquid optimum homini est 5
id extra humanam potentiam iacet, nec dari nec eripi potest:
mundus hic quo nihil neque maius neque ornatius rerum natura
genuit, animus contemplator admiratorque mundi, pars eius
magnificentissima, propria nobis et perpetua, tamdiu nobiscum
mansura quamdiu ipsi manebimus. Alacres itaque et erecti quo-
cumque res tulerit intrepido gradu properemus. IX. Emetia-
mur quascumque terras: nullum inuenire solum intra mundum
est alienum homini et undecumque ex aequo ad coelum erigi-

*adhaerent.* D = *qui ex illo adhaerent.* (g) 𝔗 ∾. gP3. = *satis hoc remedium putat.* Col. (cr. ∾) = *satis hoc remediis putat.*

4. g = *M. Brutus satius hoc putat.*

*virtutes suas secum ferre* = BADg Gr. 𝔗 . . . 𝔈2. = *virtutes suas ad locum ferre* [𝔗𝔅 = *ferri*] *secum ad quem migraturi sunt.* Pinc. v. l. 𝔊 . . . 𝔅o = *virtutes suas ferre secum.* g = *Hoc etiamsi quis.* D = *Hec etsi quis.* g = *utraque in unum collecta.* B = *fatebatur plurimum posse.* D = *fortunator universi.* g = *deus omnium potens est.*

*per omnia maxima ac minima* = BAD P2. 3. 𝔗 . . . 𝔊24. 𝔅2. g = *per omnia maxima et minima.* Col. = *p. o. maxima aut minima.* P4. = *per omnia ac minima.* 𝔐 . . . 𝔑u 𝔅o (exc. 𝔈4.) — *ac* BAg P2. 3. 𝔗 . . . 𝔊 = *et mutabilis causarum.* g — *se* ante *cohaerentium.*

5. B = *optimum hominis est.* D = *optimum leoni est.* g = *Mundum hunc nihil neque.* D — *neque* ante *maius.* 𝔗𝔅 + *neque magnum ornatius.* A + *et tamdiu nobiscum mansura sunt.* g + *mansura sunt.* G = *nobis mensura* om. *cum.*

Cap. IX.

B = *Ementiamur.* D = *Ementiamus.*

*nullum invenire solum intra mundum est alienum homini et undecumque.* Ita scribendum duxi. B GAD P3. 𝔗 . . . 𝔈1. = *nullum inveniri et illum intra mundum* [D = *mondum*] *est alienum homini est undecumque.* m𝔈1. = *Nullum invenire intra mundum est, alienum opus est.* g = *nullum inveniri intra mundum alienum homini est und.* P2. = *nullum inveniri, et illum intra mundum est alienus homini est.* P4. =

tur acies paribus interuallis omnia diuina ab omnibus humanis distant. Proinde dum oculi mei ab illo spectaculo cuius insatiabiles sunt non abducantur, dum mihi solem lunamque intueri liceat, dum ceteris inhaerere sideribus, dum ortus eorum occasusque et interualla et causas inuestigare uelocius meandi uel tardius, spectare tot per noctem stellas micantes et alias inmobiles, alias non in magnum spatium exeuntes, sed intra suum se circumagentes uestigium, quasdam subito erumpentes, quasdam igne fuso praestringentes aciem, quasi decidant, uel longo tractu cum luce multa praeteruolantes, dum cum his sim et coelestibus qua homini fas est inmiscear, dum animum ad cognatarum rerum conspectum tendentem in sublimi semper habeam:
2 quantum refert mea quid calcem? At non est haec terra frugiferarum aut laetarum arborum ferax. non magnis nec nauigabilibus fluminum alueis inrigatur. nihil gignit quod aliae gentes petant uix ad tutelam incolentium fertilis. non pretiosus hic lapis caeditur, non auri argentique uenae eruuntur. Augustus

*nullum inveniri et illud quod intra mundum est alienum opus est.* Col. = *nullum inveniri proprium potest. Et illud quod intra mundum est, alienum homini est.* Cod. bonus Lips. = *nullum invenire intra mundum est alienum opus. Undecunque.* Lips. ci. Gro ... B1. = *nullam invenire intra mundum est alienam nobis. Undecunque.* C2.... L4. Ru ... Bo = *nullum inventuri solum intra mundum, quod alienum homini sit. Undecunque.* M — *omnibus* ante *humanis distant* contra mstos etiam Gr. T ... C2. = *eius insatiabiles* contra mstos etiam Pinc. Gr. Gr. P4. — *insatiabiles.* Gg T ... C2. = *non obducantur.* Col. = *mori abducantur.* Rell. etiam Pinc. P3. ∾.

*solem lunamque* = A. BGD(g) T ... Bo = *lunam solemque.* D = *dum certis inhaerere.* D — *eorum* post *ortus.*

*occasusque et intervalla* = BGAg. D = *occasus et intervalla* om. *que.* T ... Bo = *occasus intervallaque.* A = *velocius meandi vel dius.* A(s.m.) BGDg Gr. T ... C1. = *velocius meandi vel diu.* g — *in* ante *magnum.* B = *exeuntis.* Rell. ∾. D = *sed inter suum secretum agentes vest.* Quaedam exx. Pinc. = *intra suum se certum agentes vest.* T ... C2. = *intra se circumagentes suum vestigium.* Rell. etiam alia exx. Pinc. Gr. ∾. B = *circumagentis.* Rell. ∾. Bg = *erumpentis.* Rell. ∾. A (cr. ∾) = *igne funso.*

*praestringentes aciem* = A. Bg = *perstringentis aciem.* GD T ... Bo = *perstringentes aciem.* D = *dum cum his sum.* g — *sim.* A(cr. ∾) = *inmiscet.* D = *immisceat.* g = *ad cognitarum rerum* ∾ *in sublime semper.* D = *quid cognitarum.* B A = *semper habeat.*

2. *At non est haec* = BGAD Gr. Gro ... B1. g = *aut non est h.* T ... C1. = *Atque non est haec.* C2. ... L4. Ru ... Bo = *Atqui non est haec.* g = *hoc terra aut laetarum arborum ferax.*

*nec navigabilibus* = BGAg P2. 4. Col. probat Grut. D P3. T ... Bo = *et navigabilibus.* D = *fluvium alveis.* A(cr. ∾) = *alia gentes.* G = *lapis creditur.* Bg = *venae exuuntur.* GD P2. T ... G = *venae eximuntur.* A Pinc. v. l. tres Gr. ∾.

animus est quem terrena delectant: ad illa abducendus est quae
ubique aeque adparent, ubique aeque splendent. et hoc cogi-
tandum est ista ueris bonis per falsa et praue credita obstare.
Quo longiores porticus expedierint, quo altius turres sustule- 3
rint, quo latius uicos correxerint, quo depressius aestiuos spe-
cus foderint, quo maiori mole fastigia coenationum subduxerint,
hoc plus erit quod illis coelum abscondat. In eam te regionem
casus eiecit in qua lautissimum receptaculum casa est. Nae et
tu pusilli animi es et sordide se consolantis, si ideo id fortiter
pateris, quia Romuli casam nosti. Dic illud potius: Istud hu- 4
mile tugurium nempe uirtutes recipit? iam omnibus templis for-
mosius erit, cum illic iustitia conspecta fuerit, cum continentia,
cum prudentia, pietas, omnium officiorum recte dispensando-
rum ratio, humanorum diuinorumque scientia. Nullus angustus
est locus qui hanc tam magnarum uirtutum turbam capit. nul-
lum exilium graue est in quod licet cum hoc ire comitatu. Bru- 5
tus in eo libro quem *de Uirtute* conposuit ait se Marcellum ui-
disse Mytilenis exulantem et quantum modo natura hominis pa-
teretur beatissime uiuentem neque umquam cupidiorem bonarum

BGDg Gr. 𝔗 . . . 𝔊 = *ad ducendus est.* A Pinc. v. l. ∾. g = *et prava credita.*

3. *quo latius vicos correxerint* = BGAD Gr. 𝔗 . . . ℭ2. defendit Grut. (Suspicc. XII, 15.). g = *quo altius vicos correxerint.* Pinc. ci. = *quo laxius vicos porrexerint.* ℭ . . . 𝔙o = *quo latius vicos porrexerint.* g = *exiguos specus.* B = *aestivos pecus.* GP2. 𝔗𝔙 = *fastigia cognationum.* D = *fastigia cognationis* (cr. um eadem m.). mℭ2. = *contignationum.* 𝔐 . . . 𝔙o (exc. 𝔏4.) = *subvexerint* contra mstos etiam Gr. 𝔗𝔙 = *subduxerit.* g = *hic plus erit.* g + *quod vel illis coelum.* G = *coelum absconderit.* A (m∾) = *casus egecit.*

*lautissimum receptaculum* = BA cod. Iur. GD(g) Gr. 𝔗 . . . 𝔙o = *latissimum rec.* Pinc. ci. = *laxissimum rec.*

*Nae et tu* = BAg P3. 4. Col. 𝔗 . . . 𝔊. GD P2. 𝔐 . . . 𝔙o — *et.* D = *pusillanimes.* G = *pusillanimēs.* A ∾ (sed s.m.). B = *se consolatis.* D P2. 𝔗 . . . 𝔊 = *si non id fortiter.* Grut. ci. = *si modo id fortiter.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. BGD P2. 𝔗𝔙 = *poteris.* 𝔗𝔙 = *qua Romuli.* P2. = *quia Romuli.*

4. A (s.m.) + *si istud humile.* D + *quam istud humile.* G = *Illud humile.* D + *nempe quod virtutes.*

*virtutes recipit?* Ita scripsi per interrogationem auctore I. M. Heusingero l. l. g = *erit formosius.* D P2. 3. 𝔗 . . . ℭ2. — *cum continentia.* Rell. etiam Pinc. P4. Col. ∾. g = *divinorum humanorumque.* G(s∾) = *qui habeat tam magnarum.*

*in quod licet.* Ita scripsi. BAD (g) 𝔗 . . . 𝔙o = *in quo licet.* G = *in quo libet cum hoc ire comitata.* Ceterum BGA 𝔗𝔙 etiam infra § 5. *quo* scribunt pro *quod.*

5. *Marcellum vidisse* = BGAg. D𝔗 . . . 𝔙o = *vidisse Marcellum.*

*Mytilenis* = B. A = *Mytilentis.* D = *Mutilenis.* mAG 𝔗𝔙 = *Militenis.* g = *militum exulantem.* ℭ1. . . . 𝔙o = *Mitylenis.*

*cupidiorem bonarum artium* = BAg. G = *cupidior est bonarum artium.* D 𝔗 . . . 𝔙o = *bonarum ar-*

artium quam illo tempore. Itaque adicit *uisum sibi se magis in exilium ire qui sine illo rediturus esset quam illum in exilio relinqui.* O fortunatiorem Marcellum eo tempore quo exilium suum Bruto adprobauit quam quo reipublicae consulatum! Quantus uir ille fuit qui effecit, ut aliquis exul sibi uideretur, quod ab exule recederet? quantus uir fuit qui in admira-
6 tionem sui adduxit hominem etiam Catoni suo mirandum? Idem Brutus ait *C. Caesarem Mytilenas praeteruectum, quia non sustineret uidere deformatum uirum.* Illi quidem reditum inpetrauit Senatus publicis precibus tam sollicitus ac moestus, ut omnes illo die Bruti habere animum uiderentur et non pro Marcello, sed pro se deprecari, ne exules essent, si sine illo fuissent: sed plus multo consecutus est quo die illum exulem Brutus relinquere non potuit, Caesar uidere. Contigit enim illi testimonium utriusque. Brutus sine Marcello reuerti se doluit,
7 Caesar erubuit. Num dubitas, quin se ille Marcellus tantus uir sic ad tolerandum aequo animo exilium saepe adhortatus sit?

*tium cupidiorem.* D = *visum sibi esse magis.* GDP4. 𝔗𝔅 = *in exilium relinqui.* probat Grut. g = *quam cum illo in exilio relinquit.* P3. = *quam cum illo in exilio relinqui.* Col: hic triginta fere lineas omisit. 𝔐 ... 𝔏 𝔍u = *quam illum in exilio relinquere.* A (s∾) — *O* ante *fortunatiorem.* G = *quo exilium esse suum* [P2. 𝔗 ... 𝔈1. =] *Brutus.* P3. = *Bruto approbatur.* Ms. Durantii (apud Grut.) = *Bruto exprobravit.*

*reipublicae consulatum* = BGAD Gr. ms. Durantii 𝔊ro ... 𝔚o. g + *reip. consulatum rexit.* 𝔗𝔅 = *R. P consulatum rexit.* 𝔈1, 2. = *R. Po. consulatum rexit.* ℭ𝔊 = *R. P. consulatum.* 𝔐 ... 𝔏4. = *populo R. consulatum.* G = *videretur sibi.* 𝔐 — *Quantus vir ille ... recederet.* BGA 𝔗𝔅 = *quo ab exule.* D = *qui ab exule.* g = *cum ab exule.* Gr. ∾. 𝔗𝔅 = *recederat.* 𝔈1. ... 𝔊 = *recedebat.*

*quantus vir fuit qui in admirationem* = A. B = *quantus vir fuerit qui in adm.* GD 𝔗𝔅 = *Quantus vir ille fuerit qui in adm.* Gr. 𝔈1. ... 𝔊 𝔚2. + *Quantus vir ille fuit qui in adm.* (g) 𝔏 ... 𝔑u 𝔚o — *quantus vir fuit.* 𝔊ro ... 𝔚1. 2. 𝔚o = *abduxit* contra mstos.

6. G = *Mitilenas.* D = *Mithilena derelictum.* 𝔗𝔅 = *Mitilenas derelictum.* 𝔈1. ... 𝔚o = *Mitylenas.* G (s∾) — *non* ante *sustineret.* 𝔗 ... 𝔊 (m𝔈2. ∾) = *defortunatum virum* contra mstos etiam Gr. D = *redditum* [BGg P2. 4. 𝔗𝔅 =] *imperavit.* Dg = *ut omnes isto die.* G (s∾) — *habere.* g = *pro se deprecanti.* sA + *Caesar videre scilicet non potuit.* DP2. 𝔗 ... 𝔊 + *nec Caesar videre.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. ∾. Bg P2. 𝔗𝔅 = *Contingit enim.* GP4. — *enim.* A = *revertisse doluit.*

7. Dg 𝔗 ... 𝔈2. = *Non dubitas.* Rell. etiam Pinc. ∾.

*quin se ille Marcellus tantus vir sic ad tolerandum aequo animo exilium saepe adhortatus sit* = BGA P4. cod. Iur. (B = *elium saepe*). g — sic. P3. = *quin se illis Marcellus* ∾. P2. — *saepe.* D = *quin semper ille Marcellus* ∾ *exilium se adhortatus sit.* Etiam Pinc. v. l. = *quin se ille Marcellus tantus vir.* 𝔗 ... 𝔈1. = *quin semper ille Marcellus tantus vir* ∾ *adornatus sit* (𝔈1. = *adortatus sit*). 𝔈2. = *quin semper ille Marcellus* ∾ *se ipse adhortatus sit.* ℭ𝔊 = *quin ille Marcellus tantus vir* ∾ *se i-*

Quod patria cares, non est miserum. Ita te disciplinis inbuisti,
ut scires omnem locum sapienti uiro patriam esse. Quid por-
ro? hic qui te expulit non ipse per annos decem continuos pa-
tria caruit? propagandi sine dubio imperii causa: sed nempe ca-
ruit. nunc ecce trahit illum ad se Africa resurgentis belli minis
plena, trahit Hispania quae fractas et adflictas partes refouet,
trahit Aegyptus infida, totus denique orbis qui ad occasionem
concussi imperii intentus est. Cui primum rei occurret? cui
parti se opponet? Aget illum per omnes terras uictoria sua. 8
Illum suspiciant et colant gentes: tu uiue Bruto miratore con-
tentus. Bene ergo exilium tulit Marcellus nec quicquam in ani-
mo eius mutauit loci mutatio, quamuis eam paupertas sequere-
tur. in qua nihil mali esse quisquis modo nondum peruenit in
insaniam omnia subuertentis auaritiae atque luxuriae intellegit.
Quantulum enim est quod in tutelam hominis necessarium sit?
et cui deesse hoc potest ullam modo uirtutem habenti? Quod 9
ad me quidem pertinet intellego me non opes, sed occupationes
perdidisse. corporis exigua desideria sunt: frigus submoueri
uult, alimentis famem ac sitim exstinguere. quicquid extra con-

*p s e adhortatus sit.* 𝔐 . . . 𝔅o = *quin ille tantus vir sic ad tolerandum aequo animo exsilium s e i p s e adhortatus sit.* DP2. 𝔗 . . . 𝔈1. = *quod patria c a r e r e.* P4. = *quod patria c a r e n s.* Pinc. ci. = *quod patria cares, non e s m i s e r, e t e n i m ita te.* Rell. etiam Pinc. P3. ∾. D = *discip u l i s imbuisti.* 𝔗 . . . 𝔐 — *Quid* ante *porro hic* contra mstos etiam Pinc. Gr. g = *Quid porro h o c qu i e t e expulit.* G + *sed nempe p a t r i a caruit.* 𝔗𝔅 = *trahit illum a s t u r i a.* 𝔈1. 2. — *ad se* ante *Africa* contra mstos etiam Pinc. Gr. B = *r e s g e n t i s belli.* G = *n u m m i s plena.* D 𝔗 . . . 𝔈1. = *n i m i s plena.* 𝔈1. 2. = *partes refo v i t* contra mstos etiam Pinc. Gr. B = *qui ad o c c u m i n e m concussi imperii.*

8. G P2. 4. 𝔗𝔅 𝔐 = *Illum s u s c i p i a n t.* Rell. etiam P3. ∾. G = *Bruto mirat i o n e.* D = *nec c u i quam in animo eius.*

*loci m u t a tio* = BGADGr. 𝔊ro . . . 𝔅o. 𝔗 . . . 𝔏4. = *loci c o m mutatio.*

*quamvis e a m paupertas* = A ci. Lips. 𝔊ro . . . 𝔅o. BGD 𝔗 . . . 𝔏4. = *quamvis e u m p.* g = *quamvis e n i m paup.* g = *modo n o n pervenit.* g = *e t luxuriae.*

*Quantulum enim est* = BGADg. 𝔗 . . . 𝔅o = *Quantulum est enim.*

*quod in tutelam homin i s* = BAD tres Gr. 𝔗 . . . 𝔊 𝔅2. G — *in* ante *tutelam.* P3. = *quod in tutelam o r i s.* hoc Grutero longe elegantissimum videbatur. (g)𝔐 . . . ℜu 𝔅o = *quod in tutelam homin i.* G = *et a c u i d e s e hoc potest i l l u m modo.* B = *et cui d e s e hoc potest i l l a m modo.* P4. = *et cui deesse s e potest i l l a m modo.* g = *q u a m b r e v i a s u f f i c i u n t, i l l a m modo virtutem hab e n t.* P3. = *q u a m b r e v i a s u f f i c i u n t i l l o modo* ∾. D = *ull u m modo.* 𝔗 . . . 𝔈2. = ∾ *u l l o modo.* A Pinc. v. l. P2. Col ∾.

9. g = *ne non opes.* G = *Q u i d ad me.*

*frigus submov e r i* = GAg P3. 4. Col. Scal. probant Grut. et Heusing. (l. l. p. 238). BD 𝔗 . . . 𝔅o = *frigus submove r e.* Scal. = *sitim extin g u i.* Mss. ∾. g = *q u o d extra*

cupiscitur uitiis, non usibus laboratur. Non est necesse omne perscrutari profundum nec strage animalium uentrem onerare nec conchylia ultimi maris ex ignoto litore eruere. Di istos deaeque perdant quorum luxuria tam inuidiosi imperii fines tran-
10 scendit. Ultra Phasin capi uolunt quod ambitiosam popinam instruat nec piget a Parthis a quibus nondum poenas repetimus aues petere. Undique conuehunt omnia nota fastidienti gulae. Quod dissolutus deliciis stomachus uix admittat ab ultimo portatur Oceano. Uomunt ut edant, edunt ut uomant, et epulas quas toto orbe conquirunt nec concoquere dignantur. Ista si quis despicit, quid illi paupertas nocet? si quis concupiscit, illi paupertas etiam prodest. Inuitus enim sanatur, et si remedia ne coactus quidem recepit, interim certe dum non potest, no-
11 lenti similis est. C. Caesar Augustus quem mihi uidetur rerum natura edidisse, ut ostenderet quid summa uitia in summa fortuna possent, centies sestertio coenauit uno die. et in hoc omnium adiutus ingenio uix tamen inuenit quomodo trium prouinciarum tributum una coena fieret. O miserabiles quorum palatum nisi ad pretiosos cibos non excitatur! pretiosos autem

*concupiscitur vitiis non usibus erogatur.* D𝔗𝔅 = *dii istos denique perdant.*

10. *Ultra Phasin* = BA P3. Col. P4. = *Ultra Phyasin.* D = *Ultra Spasinum.* P3. = *Ultra Spasmum.* G(g) 𝔗 ... 𝔅o = *Ultra Phasim.* B = *capi nolunt.* 𝔗 ... 𝔊 = *capere volunt.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. g = *nec piget apertis.*

*poenas repetimus* = BGADg 𝔗 ... 𝔐. 𝔏 ... 𝔅o = *poenas repetiimus.*

*omnia nota fastidienti gulae* = B GA(g) Pinc. v. l. P3. 4. Col. 𝔐 ... 𝔅1. DP2. 𝔗 ... 𝔊 𝔑u ... 𝔅o = *omnia vota fast. gulae.* gP3. 4. Col. = *nec coquere dignantur.* D = *nec conquire dignantur.* P2. = *nec conquirere dignantur.* mA *concoquere* explicat per *digerere.* D = *Ita si quis despicit.* D = *quid illi paupertas prodest?* BGg Pinc. v. l. P2. 3. 𝔗𝔅 𝔈𝔊 + *illi paupertas etiam quid prodest.* P4. + *illi paupertas est etiam si quid prodest.* Col. = *illi paupertas est quicquid prodest.* 𝔈1. 2. + *illi paupertas etiam aliquid prodest.* A ∾. D = *Inviciis enim sanatur.* G = *Invitus senant etsi remedia.*

*ne coactus quidem recepit* = BA 𝔗𝔅. D = *ne quidem coactus recepit.* G(g) 𝔈1. ... 𝔅o = *ne c. q. recipit.* g = *dum non potest, volenti similis est.* BG = *dum non potest illa volenti similis est.* AD P2. 𝔗 ... 𝔊 + *dum non potest illa nolenti similis est.* P4. = *dum non primo illa volenti.* Col. = *dum non potest, illa valet simul.* Pinc. v. l. = *dum non prosunt illa, nolenti similis est.* P3. ∾.

11. *C. Caesar Augustus* = BGA Dg 𝔗 ... 𝔈1. 𝔈2. ... 𝔅o — *Augustus.* B = *it ostenderet.* g + *etiam ut ostenderet.* G = *ad summa vitia.* BG = *centies sextertio.* P3. = *centies de tertio.* P2. = *omnium additus ingenio.*

*trium provinciarum* = BGAD(g) Gr. Iur. 𝔗 ... 𝔈2. 𝔊ro ... 𝔅o. 𝔊 ... 𝔏4. — *trium.* Lips. ci. = *quo mediocrium provinciarum.* g = *quorum palatus.*

non eximius sapor aut aliqua faucium dulcedo, sed raritas et difficultas parandi facit. Alioquin si ad sanam illis mentem pla- 12
ceat reuerti, quid opus est tot artibus uentri seruientibus? quid mercaturis? quid uastatione siluarum? quid profundi perscrutatione? passim iacent alimenta quae rerum natura omnibus locis deposuit: sed haec uelut caeci transeunt et omnes regiones peruagantur, maria traiciunt et, cum famem exiguo possint sedare, magno inritant. X. Libet dicere: Quid deducitis naues? quid manus et aduersus feras et aduersus homines armatis? quid tanto tumultu discurritis? quid opes opibus adgeritis? non uultis cogitare quam parua uobis corpora sint? Nonne furor et ultimus mentium error est, cum tam exiguum capias, cupere multum? Licet itaque augeatis census, promoueatis fines: numquam tamen corpora uestra laxabitis. Cum bene cesserit negotiatio, multum militia retulerit, cum indagati undique cibi coierint, non habebitis ubi istos adparatus uestros conlocetis. Quid tam multa 2
conquiritis? Scilicet maiores nostri quorum uirtus etiam nunc uitia nostra sustentat infelices erant qui sibi manu sua parabant cibum. quibus terra cubile erat. quorum tecta nondum auro fulgebant. quorum templa nondum gemmis uitebant. Itaque

G = *si eximios* [hoc cr. ∾] *sapor ut.* g = *sed aliqua faucium.* A = *fauci dulcedo.* D = *si raritas.*

12. BGADg 𝔗...𝔈1. = *illi mentem.* g = *placet reverti.* A = *quod mereatur is quid.* Col. = *quid mereatur is quid.* D = *quod mereatur hiis qui.* P2. = *quid mereatur hiis qui.* B = *quid mereatur his qui.* G P3. 4. = *quid mereatur hiis quid.* g = *quid mercatur hiis quid.* 𝔗...𝔈1. = *quid mereatur his? quid.* g = *disposuit.* Gg P2. Col. = *sed hoc velut caeci* (P3. 4. compendio ambiguo scribunt Pron.). 𝔗...𝔈2. = *sed hic velut caeci.* Rell. etiam Pinc. ∾. D = *ad omnes regiones.* g = *sed omnes regiones.* g = *possint exiguo.* D 𝔗...𝔐 + *exiguo cibo.* Rell. etiam Gr. ∾. G = *possit.*

Cap. X.

G(m∾) P2. — *et adversus feras.* D — *et adversus feras et.* g = *quid manus adversus homines et adversus feras.* Pinc. v. l. P3. — *et* post *manus.* 𝔗...𝔈2. — *adversus* ante *homines.* D = *tumultu desiditis. quod opes.* G = *opes opibus augetis.* g = *opes opibus aggregatis.* g = *cum tamen exiguum.* G = *quam pura nobis corpora.* D = *quam prava vobis corpora.* B = *tam exigunt capius.* D = *cupias capere multum.* BG = *capere multum.* D P2. = *Licet utique.* g = *Licet itaque agentis cursus.* D = *promovetis.* D = *non quantum corpora vestra.* g = *corpora nostra.* G = *lassabitis.* A = *Cum bene gesserit.* G(s∾) = *multum milia retulerit.* D = *retulit* [P2. =] *curso agat undique cibi.* D = *cibi cohierunt.*

2. g = *conqueritis.* D P2. 𝔗... 𝔈2. — *Scilicet* ante *maiores.* g = *Si licet maiores nostri.* Col. = *Si maiores nostri.* D = *virtus etiam vitia.* G = *quorum virtus etiamnunc vitia sustentant.* G = *quis manu sua.* g = *quo sibi manu parabant sua.* G — *cibum.* 𝔗...𝔊 = *gemmis renitebant.* 𝔐 = *gemmis reni-*

tunc per fictiles deos religiose iurabatur. qui illos inuocauerant ad hostem morituri, ne fallerent, redibant. Scilicet minus beate uiuebat dictator noster qui Samnitium legatos audit, cum uilissimum cibum in foco ipse manu sua uersaret, illa qua iam saepe hostem percusserat lauream que in Capitolini Iouis gremio reposuerat, quam Apicius nostra memoria uixit qui in ea urbe ex qua aliquando philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt scientiam popinae professus disciplina sua seculum in-
3 fecit. cuius exitum nosse operae pretium est. Cum sestertium millies in culinam coniecisset, cum tot congiaria principum et ingens Capitolii uectigal singulis comissationibus exsorpsisset, aere alieno oppressus rationes suas tunc primum coactus inspexit: superfuturum sibi sestertium centies conputauit et uelut in ultima fame uicturus, si in sestertio centies uixisset, ueneno uitam finiuit. Quanta luxuria erat cui centies sestertium egestas fuit? I nunc et puta pecuniae modum ad rem pertinere, non

*debant.* Mss. etiam Gr. Scal. ∾. g = *Ita tunc per fictiles.* D = *Itaque nunc fictiles* om. *per.* B = *per fitiles.* D P2. = *religiose iurabant.* g = *iurabatur religiose.* P4. = *qui illos advocaverant.* 𝔗𝔅 = *qui per illos invocaverunt.* 𝔈2. . . . 𝔐 = *qui per illos iuraverant.* Rell. etiam Bong. P2. 3. Col. Iur. 𝔈1. ∾. B = *rediebant.* D — *Scilicet.*

*Samnitium* = GA. B = *Sanitium.* D = *Sanitum.* (g) 𝔗 . . . 𝔅o = *Samnitum.* D = *audivit* ∾ *cibum ipse ipse manu sua.* I. M. Heusing. (l. l.) ci. ℜu 𝔅2. = *audiit* contra mstos. g — *sua* post *manu.* D = *versarat.* G = *ille qua iam hostem saepe.* 𝔗𝔅 = *lancem quae in Capitolii Iovis.* 𝔈2. . . . 𝔊 = *lancemque in Capitolini I.* Mss. etiam Bong. ex Cui. Gr. Iur. 𝔈1. ∾ (D = *Capitolia*). 𝔈1. m𝔈2. = *Atqui Apicius.* D = *quam aptius nostra memoria.* 𝔈2. (m∾) . . . 𝔊 = *nostra memoria vicit* contra mstos etiam Bong. Gr. (P3. = *uxit*). G — *ex qua.* g — *aliquando.*

3. BG = *Cum sextertium millies.* D = *Cum sextum millies.*

*in culinam coniecisset* = Ag. Bong. = *i. c. coniessisset.* BG = *i. c. concessisset.* Scal. = *in culinam excessisset.* D 𝔗 . . . 𝔅o = *in culinam congessisset.* Lips. ci. = *ingens Kalendarii vectigal.* GD P2. = *singulis comessationes.* g = *singulus comessationes.* B P4. Col. 𝔗 . . . 𝔊 𝔊ro . . . 𝔅o = *singulis comessationibus.* A = *comisationibus.*

*exsorpsisset* = 𝔏 . . . ℜu 𝔅o. A = *exsorsisset* (*p* supra *r*; *p* videtur s. m.). Bong. = *exsorsisset.* BmG = *exorsisset.* P4. Col. = *extorsisset.* Cod. Iur. = *exhorsisset.* Iuret. ci. = *exhausisset.* G = *suasisset.* D P2. = *suas auxisset.* g = *auxisset.* 𝔗 . . . 𝔐 = *hausisset.* P3. 𝔅2. = *exsorbuisset.* probat Grut. BG = *sextertium centies.* D = *in ultima fame venturus.*

*si in sestertio centies* = BGAD(g) P3. 4. Col. 𝔊ro . . . 𝔅o. P2. 𝔗 . . . 𝔏4. — *in.* Pinc. v. l. = *si in sestertium centies.* probat Hotomannus.

*centies sestertium* = BGg. 𝔗 . . . 𝔅o = *sestertium centies.* AD n. l.

*I nunc et puta pecuniae modum* = ci. Pinc. 𝔈 . . . 𝔅o. B = *in uno et puta modum* om. *pecuniae.* Ag Col. = *in uno et puta pecuniae modum.* G = *in imo et puta pecuniae modum.* P4. = *In ymo computa pecuniae modum.* D P2. = *ad modo*

animi. XI. Sestertium centies aliquis extimuit et quod alii uoto petunt ueneno fugit: illi uero tam prauae mentis homini ultima potio saluberrima fuit. Tunc uenena edebat bibebatque, cum inmensis epulis non delectaretur tantum, sed gloriaretur, cum uitia sua ostentaret, cum ciuitatem in luxuriam suam conuerteret, cum iuuentutem ad imitationem sui sollicitaret, etiam sine malis exemplis per se docilem. Haec accidunt diuitias non ad rationem reuocantibus cuius certi fines sunt, sed ad uitiosam consuetudinem cuius inmensum et inconprehensibile arbitrium est. Cupiditati nihil est satis, naturae satis est etiam parum. 2
Nullum ergo paupertas exulis incommodum habet: nullum enim tam inops exilium est quod non alendo homini abunde fertile sit. An uestem ac domum desideraturus est exul? Haec quoque ad usum tantum desiderabit neque tectum ei deerit neque uelamentum: aeque enim exiguo tegitur corpus quam alitur. nihil homini natura quod necessarium faciebat fecit operosum. Sed 3

[D = m ō] *compula modum.* Pinc. v. l. P3. = *In uno puta pecuniae modum* om. *et.* Budaeus (apud Grut.) legit: *in imo putat pecuniae modum.* 𝔗𝔅 = *in uno: compulata pecuniae modum.* 𝔈1. = *immo puta pecuniae modum.* 𝔈2. = *immo cum putat pecuniae modum.* g P3. = *ad rem pertinentem.* D P2. 𝔗... 𝔈2. — *non animi.* P4. = *non animum.*

Cap. XI.

BGg = *aliquid extimuit.* Scal. = *veneno petiit.* G (m∾) — *sed gloriaretur.* G = *in luxuriam sua ostentaret.* D = *cum iuventutem ad vicia sua sollicitaret.* g = *ad admirationem sui sollicitaret.* g = *et sine malis exemplis.* 𝔗... 𝔈2. = *etiam in malis exemplis* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*per se docilem* = A(g) Pinc. v. l. P3. 𝔗... 𝔚o. BD tres Gr. = *per se docibilem.* G = *per se debilem.* g = *hic accusant divitias.* D = *divitias vero ad rationem.*

*certi fines sunt* = BGAg. D = *ceteri fines sunt.* 𝔗... 𝔚o = *certi sunt fines.*

2. *nihil est satis* = BGg. 𝔗... 𝔚o = *nihil satis est.* AD n. l. BGg P3. 4. 𝔈1.... 𝔊 = *naturae etiam satis est parum.* D P2. 𝔗𝔅 = *naturae etiam satis est parvum.* A Col. ∾. g = *paupertas exul incommodum.* B G D Pall. 𝔗... 𝔊 = *Nulli etiam tam inops.* g = *nulli enim tam inops.* ACol. ∾ (A = *exitium est*). D = *alieno homini.*

*An vestem ac domum* = BGADg. 𝔗𝔅 = *an vastem an domum.* 𝔈1.... 𝔊 𝔚1. = *An vestem, an domum.* 𝔐... 𝔚o (exc. 𝔚1.) = *At vestem an domum.* I. M. Heusing. (l. l.) ci. = *at vestem, at domum.*

*Haec quoque ad usum* = A. B𝔐... 𝔚o + *Si haec quoque ad usum.* G + *Sed haec quoque ad usum.* D + *sed si haec quoque ad usum.* 𝔗... 𝔈2. = *sed si hoc quoque ad usum.* g Pinc. v. l. Col. 𝔖𝔊 = *si hoc quoque ad usum* (sic fortasse etiam P3. 4., qui notis exprimunt Pron.). D = *desiderabilis.*

*velamentum* = BGADg Pinc. v. l. Gr. Scal. 𝔏4. 𝔗... 𝔚o (exc. 𝔏4.) = *velamen.* BGD Pall. 𝔗... 𝔊 + *nihil enim homini natura.* g = *nihil enim natura homini.* ACol. ∾. Pinc. ci. 𝔐 = *quod necessarium sciebat* contra mstos etiam Gr. G + *quod fecit operosum.* g (s∾) — *fecit.*

desiderat saturatam multo conchylio purpuram intextam auro
uariisque et coloribus distinctam et artibus: non fortunae iste
uitio, sed suo pauper est. etiam si illi quicquid amisit restitue-
ris, nihil ages: plus enim restituendum deerit ex eo quod cupit
4 quam exuli ex eo quod habuit. Sed desiderat aureis fulgentem
uasis supellectilem et antiquis nominibus artificum argentum no-
bile, aes paucorum insania pretiosum et seruorum turbam quae
quamuis magnam domum angustet, iumentorum corpora differta
et coacta pinguescere et nationum omnium lapides: ista conge-
rantur licet, numquam explebunt inexplebilem animum, non
magis quam ullus sufficiet humor ad satiandum eum cuius desi-
derium non ex inopia, sed ex aestu ardentium uiscerum oritur:
5 non enim sitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tan-
tum aut alimentis euenit: eadem natura est in omni desiderio
quod modo non ex inopia, sed ex uitio nascitur. quicquid illi
congesseris non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui conti-
nebit itaque se intra naturalem modum paupertatem non sen-
tiet: qui naturalem modum excedet eum in summis quoque
opibus paupertas sequetur. Necessariis rebus et exilia suffi-
6 ciunt, superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit.
sic in exilia sequitur et in solitudinibus asperrimis, cum quan-
tum satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis abun-

3. *Sed desiderat saturatam* = BG A(s.m.) P3. Col. 𝔈2. A = *Sed desiderat saturari.* D P2. = *Sed desiderans saturari.* 𝔗𝔅 = *Sed desiderans saturatam.* 𝔈1. = *Sed desyderet saturatam.* (g) P4. ci. Pinc. 𝔊 ... 𝔅o = *Si desiderat saturatam.* G g = *multo concilio.*

*variisque et coloribus* = A. BG D(g) 𝔗 ... 𝔅o — *et.* D P2. 𝔗 ... 𝔈2. — *iste* post *fortunae.* g = *illi si quicquid.* D 𝔗...𝔊 = *quicquid amiserit.*

*restituendum deerit.* Ita scribendum videtur. BGADg Gr. 𝔗 ... 𝔊 = *restituendo deerit.* 𝔐 ... 𝔅o = *restituto deerit.*

4 *Sed desiderat* = BAg. 𝔗 ... 𝔐 = *Si desiderabit.* GD 𝔏 ... 𝔅o = *Si desiderat.* G = *vasis superlectilem.* D = *artificium argentum nobile ex paucorum.* g = *iumentorum corpora diserta.* D = *isti congeruntur licet.* g = *istu congregentur licet.* G = *ullus sufficiens humor.* B = *sufficiet humero.* G 𝔗 ... 𝔈2. = *ad sanandum eum cuius.* Col. = *ad saciendum eum cuius.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *eris tu ardentium viscerum.* g = *sed in aestu.*

5. *quod modo non ex inopia* = B GADg Gr. 𝔗 ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔅o — *modo.* BPall. 𝔗 ... 𝔊 + *quicquid enim illi* (Germ. 𝔗𝔅 = *connexeris*). D = *quicquid enim congesseris.* GA (g) Col. ∾. D = *non finis est.* 𝔗 ... 𝔈2. = *Qui continebitur itaque intra* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*modum excedit* = BGADg 𝔗𝔅. 𝔈1. ... 𝔅o = *modum excedet.*

*eum in summis quoque opibus* = A. BGDg 𝔗 ... 𝔈1. = *eum quoque in summis opibus.* 𝔈2. ... 𝔅o = *eum in summis opibus quoque.* D = *Nec rebus ex illa supervacuis sufficiunt.* (P2.) 𝔗 ... 𝔐 — *et* ante *exilia* contra mstos etiam Pinc. P3. 4. Col.

6. 𝔗 ... 𝔈2. = *cum quod tantum satis est* contra mstos etiam Pinc.

**dat et fruitur. Pecunia ad animum nihil pertinet, non magis quam ad deos inmortales omnia ista quae inperita ingenia et nimis corporibus suis addicta suspiciunt. Lapides, aurum, ar- 7**
**gentum et magni laeuatique mensarum orbes terrena sunt pondera: quae non potest amare sincerus animus ac naturae suae memor, leuis ipse, expers et quandoque emissus fuerit ad summa emicaturus: interim quantum per moras membrorum et hanc circumfusam grauem sarcinam licet celeri et uolucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoque nec exulare umquam potest liber et dis cognatus et omni mundo omnique aeuo par. Nam cogitatio 8**
**eius circa omne coelum et in omne praeteritum futurumque tempus inmittitur. Corpusculum hoc, custodia et uinculum animi, huc atque illuc iactatur: in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur. animus quidem ipse sacer et aeternus est et cui non possit inici manus. XII. Ne me putes ad eleuanda incommoda paupertatis quam nemo grauem sentit nisi qui putat uti tantum praeceptis sapientum. Primum adspice quanto maior pars sit pauperum quos nihilo notabis tristiores sollicitioresque diuitibus: immo nescio an eo laetiores sint quo animus illorum in pauciora distringitur. Transeamus inopes,**

Gr. g = *abundat et instruitur.*
*Pecunia ad animum nihil* = A. D = *Pecuniā nihil ad animum.* BG 𝔗...𝔅o = *P. n. ad. a.* Col. = *corporibus suis addita.* 𝔗...𝔈2. = *corporibus suis abdita.* Mss. etiam Pinc. Pall. ∾. G = *suscipiunt.*

7. *aurum, argentum* = BADg Gr. G + *aurum argentumque.* 𝔗...𝔅o + *aurum et argentum.*

*levis ipse, expers* = BGADg P3. 4. 𝔗...𝔊. probat I. M. Heusing. l. l. Col. + *levis ipse et expers.* P2. = *levis et expers.* 𝔐...𝔏4. — *expers.* m𝔈2. = *levis, curae expers.* 𝔑u...𝔅o + *levis ipse et expers curae.* Gron. ci. 𝔊ro...𝔅1. = *levis ipse et exsertus.* Triller. (Obss. Critt. II, 23. p. 140.) ci. = *levis ipse, praepes* vel *expeditus.* Goerenz. (in Progr. Lyc. Zwicc. a. 1812. p. 9 s.) ci. = *levis ipse, expers corporis, quandoque.* B = *et quẽque emissus fuit.* 𝔇 P3. 𝔈1. = *et quandocunque emissus fuerit.* g = *et quantumcunque emissus fuerit.* Col. = *et quocunque.* g = *a summa.* g = *per motas membrorum.* g + *in sarcinam.* A (cr. ∾) = *perlustrati.* G (s∾) = *Ideo nec om. que.* B = *et deis cognatus.* Dg P2. = *cognitus.* P3. hanc vocem compendio ambiguo scribit.

8. BG = *circa omnem coelum.* g = *circa omne aevum.* D = *Corpusculum hec.* g = *huc at illuc.* D = *in hec supplicium. in hec latrocinia. in hec morbi.*

*non possit inici manus* = BGAD 𝔗...𝔐. (g) 𝔏...𝔅o = *non possunt iniici manus.*

Cap. XII.

*Ne me putes* = BGAD P2. 3. Col. P4. = *Deinde putes.* g = *Ne me putas.* 𝔗...𝔅o = *Nec me putes.* D P2. = *ad levandum incommoda.* gP4. 𝔗...𝔈2. = *ad levanda incommoda.* Rell. etiam P3. Col. ∾. G = *paupertas* ∾ *grave sentit.* G = *sapientium* ∾ *quantum maior.* G = *solicitioresque.* g = *solicitiores* om. *que.* D = *soliciores.* B = *eo laetitiores.* BGADg = *quod animus.*

*illorum* = BGADg. 𝔗...𝔅o = *eorum.* 𝔗...𝔐 = *in pauciora*

nunc ueniamus ad locupletes: quam multa tempora sunt quibus
2 pauperibus similes sint? Circumcisae sunt peregrinantium sar-
cinae et quotiens festinationem necessitas itineris exegit comi-
tum turba dimittitur. Militantes quotam partem rerum suarum
secum habent? cum omnem adparatum castrensis disciplina sub-
moueat. Nec tantum condicio illos temporum aut locorum in-
opia pauperibus exaequat, sumunt quosdam dies, cum iam illos
diuitiarum taedium cepit, quibus humi coenent et remoto auro
3 argentoque fictilibus utantur. Dementes! hoc quod aliquando
concupiscunt semper timent. O quanta illos caligo mentium,
quanta ignorantia ueritatis exercet quam uoluptatis causa imitan-
tur! Me quidem quotiens ad antiqua exempla respexi pauper-
tatis uti solatiis pudet, quoniam quidem eo temporum luxuria
prolapsa est, ut maius uiaticum exulum sit quam olim patrimo-
nium principum fuit. Unum fuisse Homero seruum, tres Pla-
toni, nullum Zenoni a quo coepit Stoicorum rigida ac uirilis sa-
pientia satis constat. num ergo quisquam eos misere uixisse di-

*distrahitur* contra mstos etiam Pinc. Gr. (A = *destringitur*).

*Transeamus inopes, nunc veniamus ad locupletes* = Col. BA = *Transeamus ape spe non obveniamus ad l.* G = *Transeamus a spe non obveniamus ad l.* g = *Transeamus opes non obveniamus* [= P3.] *ad locuplectos.* P4. = *Transeamus aspere non obveniamus ad l.* D P2. = *Transeamus a pauperibus et veniamus ad l.* 𝔗...𝔐 = *Transeamus a pauperibus, eamus ad l.* 𝔏...𝔙o = *Transeamus a pauperibus: veniamus ad l.*

*sunt tempora* = BAD. g = *quam multa ipsa sunt.* G Scal. Dal. — *tempora.* 𝔗...𝔙o = *tempora sunt.*

*similes sint* = BADg. G 𝔗...𝔙o = *similes sunt.*

2. *quotiens festinationem* = BG Ag Pinc. v. l. Gr. D = *quorum festinationem.* 𝔗 ... 𝔈2. = *quotiescunque festinantem.* 𝔊...𝔙o + *quotiescunque festinationem.* g = *itineris necessitas.* Ex. Fac. et Prim. 𝔊 ... 𝔐 — *itineris.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.

*exegit* = BGAg P3. 4. Col. D Pinc. v. l. P2. 𝔗 ... 𝔙o = *exigit.* A (cr. ∾) = *rurum suarum.* G = *omne appara'um.* g = *illos conditio.* G = *conditio illorum.* D = *divitibus exaequat.* g = *cum ad illos divitiarum taedium ceperit* ∾ *utuntur.* D = *humi tenent.* A = *humi cenent* contra consuetudinem suam.

3. D = *O quanta illa caligo.*

*exercet quam voluptatis causa imitantur* = BGA P4. Col. 𝔈1. D P2. = *exercet qui voluptatis causa imitantur.* g = *exercet o quanta voluptatis causa mutantur.* P3. = *exercet quanta voluptatis causa imitantur.* 𝔗𝔙 = *exercet qui voluptatis causa mutantur.* 𝔈2. ... 𝔙o = *exercet, qui fugiunt quod voluptatis causa imitantur.*

*quotiens ad antiqua exempla* = A. G = *quotiens aliqua exempla.* D = *quotum antiqua exempla.* B (g) 𝔈1. ... 𝔙o — *ad.* 𝔗𝔙 = *quocunque antiqua exempla.* D P2. 𝔗 ... 𝔖 = *paupertatis uti remediis.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. G = *eo tempore* [= g] *luxuria prolaxa est ut maius vitium exulum sit.* D = *luxuria prolixa est.* A (cr. ∾) D = *principium fuit.* G = *principum fuerit.* D = *a quo incepit Stoicorum.* g = *rigidi.*

*misere vixisse* = Ag Pinc. v. l. P3.

cet, ut non ipse miserrimus ob hoc omnibus uideatur? Mene- 4
nius Agrippa qui inter patres ac plebem publicae gratiae sequester
fuit aere collato funeratus est. Attilius Regulus, cum Poe-
nos in Africa funderet, ad Senatum scripsit mercenarium suum
discessisse et ab eo desertum esse rus quod Senatui publice cu-
rari, dum abesset Regulus, placuit. Fuit nae tanti seruum non
habere, ut colonus eius populus Romanus esset. Scipionis filiae
ex aerario dotem acceperunt, quia nihil illis reliquerat pater.
Aequum mehercules erat populum Romanum tributum Scipioni 5
semel conferre, cum a Carthagine semper exigeret. O felices
uiros puellarum quibus populus Romanus loco soceri fuit! Bea-
tioresne istos putas quorum pantomimae decies sestertio nubunt
quam Scipionem cuius liberi a senatu, tutore suo, in dotem aes
graue acceperunt? Dedignatur aliquis paupertatem cuius tam
clarae imagines sunt: indignatur exul aliquid sibi deesse, cum
defuerit Scipioni dos, Regulo mercenarius, Menenio funus, cum
omnibus illis quod deerat ideo honestius suppletum sit, quia de-
fuerat? His ergo aduocatis non tantum tuta est, sed etiam
gratiosa paupertas. XIII. Responderi potest: Quid artificiose
ista diducis quae singula sustineri possunt, collata non pos-
sunt? Conmutatio loci tolerabilis est, si tantum locum mutes.
paupertas tolerabilis est, si ignominia absit quae uel sola op-
primere animos solet. Aduersus hunc quisquis me malorum
turba terrebit his uerbis utendum erit: Si contra unamquamli- 2

Col. BG P2. 4. 𝔗 . . . 𝔚o = *miseros vixisse.*

4. G = *publice gratia sequester ere collato* om. *fuit.* D = *cum penes in Africa.* D 𝔗 . . . 𝔈2. = *decessisse ab eo* om. *et.* 𝔐 = *decessisse et ab eo.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *desertum esse ius.* Dg = *rusque senatui.* sA + *rus quod scilicet rus.* 𝔊𝔊 = *Fuitne tanti* ∾ *esset?* per interrogationem. 𝔐 . . . 𝔏4. — *nae* contra mstos etiam Gr. g = *acceperant.* 𝔗 . . . 𝔊 = *receperunt* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *reliquit pater.*

5. BD𝔗𝔚 = *mehercule.* A = *Aequum hercules.* G — *erat.* g = *Rom. populum.* B = *Carthaginem* (cr. *ensibus*). G = *istos putes.* G = *pantomine.* A(s∾) = *patomimae.* g = *nubent.* A (s∾) — *liberi.* D = *libere.* G𝔗𝔚 = *Me nemo funus.* g = *Menenio furnus.*

*illis quod deerat* = BGA. g = *illis quibus deerat.* D 𝔗 . . . 𝔚o ÷ *illis id quod deerat.* D P2. 𝔗𝔚 = *quod defuerat.* Rell. etiam Gr. ∾. D P2. — *etiam* ante *gratiosa.*

Cap. XIII.

g = *quidem artificiose.* BGDGerm. Scal. 𝔗𝔚 = *ista deducis.* g = *ista quae deducis.* Dg 𝔗 . . . 𝔈2. — *collata non possunt.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. 𝔗 . . . 𝔈2. + *ignominia ei absit.* GD P2. 4. 𝔗 . . . 𝔈2. — *vel* ante *sola.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. BD P2. 4. 𝔗 . . . 𝔐 = *malorum turbo.* probat Grut. Rell. etiam P3. Col. ∾. probat I. M. Heusing. l. l.

bet partem fortunae satis tibi roboris est, idem aduersus omnis erit. cum semel animum uirtus indurauit, undique inuolnerabilem praestat. Si auaritia dimisit, uehementissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non faciet. Si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem adspicis, ex quo pectore metum eieceris in id nullius rei timor audebit intrare.
3 Si cogitas libidinem non uoluptatis causa homini datam, sed propagandi generis, quem non uiolauerit hoc secretum et infixum uisceribus ipsis exitium omnis alia cupiditas intactum praeteribit. Non singula uitia ratio, sed pariter omnia prosternit: in uniuersum semel uincitur. Ignominia tu putas quemquam sapientem moueri posse qui omnia in se reposuit, qui ab opinionibus uolgi secessit? Plus etiam quam ignominia est mors ignominiosa. Socrates tamen eodem illo uoltu quo triginta tyrannos solus aliquando in ordinem redegerat carcerem intrauit ignominiam ipsi loco detracturus: neque enim poterat carcer uideri in quo So-
4 crates erat. Quis usque eo ad conspiciendam ueritatem excaecatus est, ut ignominiam putet M. Catonis fuisse duplicem in petitione praeturae et consulatus repulsam? ignominia illa praeturae et consulatus fuit quibus ex Catone honor habebatur. Nemo ab alio contemnitur, nisi a se ante contemptus est. Humilis et proiectus animus sit isti contumeliae opportunus: qui uero aduersus saeuissimos casus se extollit et ea mala quibus alii op-

2. g = *part e fortunae.*
*adversus omn i s* = BG. 𝔗 ... 𝔅o = *adversus omn e s.* ADg n. l. D — *erit.* 𝔗𝔅 = *er i s.* D + *e u m invulnerabilem.* D P2. — *dimisit.* D = *g r a v i s humani pestis* ∾ *n u m faciet.* D — *naturae.* D P2. + *a pectore.* G — *mortis* ante *metum.*

3. g = *q u o d s i non violaverit.* g = *omnis a n i m i cupiditas.* G = *cupiditas in t a n t u m praeteribit.* Dg = *intac t a pr.* D = *Non singula vi t a.* Col. = *e t universum.*
*semel vinc i t u r* = BGAD (g) Gr. 𝔊ro ... 𝔅l. Cod. Lips. + *n i s i semel vincitur.* Lips. ci. + *n i s i semel v i n c i t vincitur.* 𝔗 ... 𝔏4. 𝔑u ... 𝔅o = *semel vinc i t.* D = *sapientem n o m e n posse q u i a.* g = *eodem e o vultu.* BG = *vultu q u i.*
*triginta tyrannos solus aliquando in ordinem redegerat* = BGAg (G = *tri g e n t a.* A = *t i rannos*). D 𝔗 ... 𝔅o = *aliquando solus triginta tyrannos in ord. red.* (D = *red i gerat*). mA adiicit haec: *id est i n t e r v i l e s c o m p u t a v e r a t.* 𝔗 ... 𝔊2. = *poter a n t carce r e s videri in q u i b u s* contra mstos etiam Pinc. Gr.

4. D = *ad concupiscen d u m veritatem.* D P2. = *o b caecatus est.* Rell. etiam P3. 4. Col. ∾. g = *in petitio n e m praeturae.* G = *in petitione praef e c turae.* A = *et cons o latus.* D = *cons o latus* om. *et.* g = *quibus e x e m p l a Catone honor hab e a tur.* G = *n o n* [*s ab*] *alio contempnitur nisi a d* [hoc cr. ∾] *se contemptus est.* P2. 𝔗 ... 𝔊2. — *ante.* Rell. etiam Pinc. Col. ∾. g = *Humilis et s u b iectus animus s i t.* g = *qui n o n adversus.*

**primuntur euertit ipsas miserias infularum loco habet, quando
ita adfecti sumus, ut nihil aeque magnam apud nos admirationem
occupet quam homo fortiter miser. Ducebatur Athenis ad sup- 5
plicium Aristides: cui quisquis occurrerat deiciebat oculos et in-
gemiscebat, non tamquam in hominem iustum, sed tamquam
in ipsam iustitiam animaduerteretur. Inuentus est tamen qui in
faciem eius inspueret: poterat ob hoc moleste ferre, quod scie-
bat neminem id ausurum puri oris. At ille abstersit faciem et
subridens ait comitanti se magistratui: *Admone istum, ne
postea tam inprobe oscitet.* Hoc fuit contumeliam ipsi con- 6
tumeliae facere. Scio quosdam dicere contemptu nihil esse gra-
uius, mortem ipsis potiorem uideri. His ego respondebo et ex-
ilium saepe contemptione omni carere. Si magnus uir cecidit,
magnus iacuit, non magis illum putes contemni, quam cum aedium
sacrarum ruinae calcantur quas religiosi aeque ac stantis adorant.
XIV. Quoniam meo nomine nihil habes, mater carissima, quod
te in infinitas lacrimas agat, sequitur ut causae tuae te stimu-**

BD Pall. 𝔗...𝔈1. = *insularum loco.* G = *infillarum loco.* Rell. etiam Col. ∾. G = *qm̃ ita afflicti sumus.* BD P2. 4. 𝔗...𝔈1. = *quando ita afflicti sumus.* Col. = *inde ita effecti sumus.* Rell. etiam P3. ∾. G = *quam homo fortiter misit.*

5. D = *Dicebatur Athenis Aristices.* G = *quisquis occurreret.* 𝔗... 𝔐 = *quisquis occurrebat.* Rell. etiam Gr. ∾. B — *et ingemiscebat.* mB = *et ingemebat.* P4. — in ante *hominem iustum.* Pinc. v. l. = *tanquam non in hominem iustum.* Mss. etiam Gr. ∾. B = *in ipsam iustitiam anima verteretur.*

*in faciem eius* = BGAD(g) Pinc. v. l. Gr. Germ. 𝔗𝔅 𝔊ro...𝔅o. 𝔈1. ...𝔏4. — *in.* 𝔗...𝔊 + *non moleste ferre* contra mstos etiam Gr. g + *quod sciebat hoc neminem.* BGP3. 4. Col. 𝔈𝔊 = *id ausurum purioris.* P2. Germ. 𝔗...𝔈2. = *id ausurum animi purioris.* BG P2. 4. 𝔗𝔅 = *comitatui magistratui.* D = *comitam tui magistratui.* 𝔈1.... 𝔊 = *comitanti magistratui* om. *se.* A(g) P3. Col. ∾. D = *ammove istum ne.* g = *admove istum ne.* 𝔗...𝔈1. = *amove istum ne.* G = *tam improbe obscitet.* Dg = *tam improbe obsistet.* 𝔗...𝔈1. (m𝔈1. ∾) = *tam improbe obsistet.*

6. *contumeliam ipsi contumeliae* = BGADg. 𝔗𝔅 = *hoc fuit contumelia ipsi contumeliam.* 𝔈1. = *haec fuit contumelia ipsi contumeliam.* 𝔈2.... 𝔅o = *contumeliae ipsi contumeliam.* D = *His ergo respondebo.* B (cr. ∾) = *contemptionem.* 𝔗𝔅 = *contentione.* BGDg Pall. Germ. 𝔗𝔅 = *omni caret.* ACol. ∾. B = *non magis illum quam cum contemni sacrorum.* G(m∾) — *contemni.* gP3. = *ille contempnitur quam cum contemptu aedium s.* 𝔗...𝔐 + *illum putes contemni.* GA Pinc. v. l. — *cum* ante *aedium.* mG = *quam qui aedium.* Rell. etiam Gr. ∾. G = *culcantur.*

*aeque ac stantis* = B. P2. = *aeque ut* [= D] *stantes.* P3. = *aeque ac sancti.* P4. = *aeque stantes.* Col. = *aeque astantes.* G𝔗 ...𝔅o = *aeque ac stantes.* G(m∾) = *adoptavit.*

Cap. XIV.

g = *Quoniam in eo nomine.* G — *in* ante *infinitas.* g = *quod te in inferitas lacrimas.* D = *agat sed u-*

lent. Sunt autem duae: nam aut illud te mouet, quod praesi-
dium aliquod uideris amisisse, aut illud quod desiderium ipsum
2 per se pati non potes. Prior pars mihi leniter perstringenda
est: noui enim animum tuum nihil in suis praeter ipsos aman-
tem. Uiderint illae matres quae potentiam liberorum muliebri
inpotentia exercent, quae, quia feminis honores non licet ge-
rere, per illos ambitiosae sunt, quae patrimonia filiorum et ex-
hauriunt et captant, quae eloquentiam commodando aliis fati-
3 gant. Tu liberorum tuorum bonis plurimum gauisa es, mini-
mum usa. tu liberalitati nostrae semper inposuisti modum, cum
tuae non inponeres. tu filia familiae locupletibus filiis ultro con-
tulisti. tu patrimonia nostra sic administrasti, ut tamquam in
tuis laborares, tamquam alienis abstineres. tu gratiae nostrae,
tamquam aliis rebusutereris, pepercisti et ex honoribus nostris
nihil ad te nisi uoluptas et inpensa pertinuit: numquam indul-
gentia ad utilitatem respexit. Non potes itaque ea in erepto
filio desiderare quae incolumi numquam ad te pertinere duxisti.
XV. Illo omnis consolatio mihi uertenda est unde uera uis ma-
terni doloris oritur. Ego conplexu filii carissimi careo, non

*bi causae.* B = *sequitur ut casue.* G — *te* post *tuae.* G = *Nam ut illud.* 𝔗...𝔈2. = *Nam aut istud.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G = *te monet.*

*aut illud quod desiderium* = BGADg Pall. 𝔗...𝔈2. Col = *aut aliud quod des.* Nonnulli codd. Pinc. 𝔊...𝔅o — *illud.* BGDg Pall. 𝔗...𝔈2. = *per te pati.* A iidem Pinc. Col. ∾.

2. D = *nichil leviter.* g = *non enim animum tuum.* B = *Viderunt illae.* Germ. = *Videant illae.* 𝔗𝔅 = *Vident illae.* g = *qui potentiam.* Pinc. ci. = *quae potentia liberorum muliebrem impotentiam exercent* contra mstos etiam Gr. G = *quaeque feminis.*

3. D = *bonis pluribus gavisa es.* G = *libertati nostrae.* A(cr. ∾) = *liberalitatis.* B = *cum tuae non imponens.*

*filia familiae* = BGAg P3. 4. Col. = *Tu familiam.* D P2. 𝔗...𝔅o = *filia familias.* mA = *filia familiae vel familias est quae in potestate patris est.* 𝔈2...𝔐 = *ut tanquam de tuis* contra mstos etiam Gr. G(cr. ∾) = *ut tanquam in tuis laboremus.* P4. = *ut tanquam in tuis laboraremus.* G = *ut tanquam in* [n.] *alienis abstinemus.* B = *abstinens.* P4. = *abstineremus.*

*tamquam aliis rebus utereris* = BGAg P3. 4. Col. 𝔗...𝔈2. D P2. — *utereris.* Pinc. v. l. 𝔊...𝔅o = *tanquam alienis rebus utereris.* B = *et impensa pertimuit.* A (cr. ∾) = *Non potest itaque.* Col. = *Non potes utique.*

*ea in erepto filio* = BA Col. G = *in arepto filio.* DP2. = *in eiecto filio.* gP3. 4. 𝔈1. — *ea.* 𝔗𝔅 = *in erecto filio.* 𝔈2. ... 𝔅o — *ea in.* Pinc. v. l. = *in erepto filio ea desiderare.* G (cr. ∾) = *quam incolumi.* DP4. + *quae in incolumi.* D 𝔗𝔅 = *pertinere dixisti.*

Cap. XV.

G (cr. ∾) = *mater doloris.* A = *Ergo conplexu.* BD 𝔑...𝔅 = *non*

conspectu eius, non sermone possum frui: ubi est ille quo uiso
tristem uoltum relaxaui, in quo omnes sollicitudines meas de-
posui? ubi colloquia quorum inexplebilis eram? ubi studia qui-
bus libentius quam femina, familiarius quam mater intereram?
ubi ille occursus? ubi matre uisa semper puerilis hilaritas? Ad- 2
icis istis loca ipsa gratulationum et conuictuum et, ut necesse
est, efficacissimas ad uexandos animos recentis conuersationis
notas. Nam hoc quoque aduersus te crudeliter fortuna molita
est, quod te ante tertium demum diem quam perculsus sum
securam nec quicquam tale metuentem regredi uoluit: bene nos
longinquitas locorum diuiserat. bene aliquot annorum absentia
huic te malo praeparauerat: redisti non ut uoluptatem ex filio
perciperes, sed ut consuetudinem desiderii perderes. Si multo 3
ante afuisses, fortius tulisses ipso interuallo desiderium mol-
liente: si non recessisses, ultimum certe fructum biduo diutius
uidendi filium tulisses. Nunc crudele fatum ita conposuit, ut
nec fortunae meae interesses nec absentiae adsuesceres. Sed
quanto ista duriora sunt tanto maior tibi uirtus aduocanda est
et uelut cum hoste noto ac saepe iam uicto acrius est congre-
diendum. Non ex intacto corpore tuo sanguis hic fluxit: per

*complexu eius.* Germ. = *non compressu eius.*

*possum frui* = BGA P3. 4. Col. g — *possum.* DP2. ℜ ... 𝔅o = *fruor.* G = *ibi est ille.* G — *viso* ante *tristem.* ℜ ... 𝔈2. = *vultum relaxassem* contra mstos etiam Gr. ℜ ... 𝔅 = *ubi mater visa.* ℜ ... 𝔅 + *filialis puerilis.*

2. 𝔈1. ... 𝔊 = *Adiiciam istis* contra mstos etiam Pinc. Gr. g = *Adiicis ista loca grat.* D — *ipsa.* D = *et convictionum.* g — *et* post *convictuum.* ℜ ... 𝔅 = *et ubi necesse est.* Germ. = *et uti necesse est.* g — *te* post *quod.* GgP3. 4. ℜ ... 𝔊 = *ante tertium decimum* [*XIII.*] *diem* (g = *diem quo*). Pinc. v. l. = *ante tredecimum diem.* Rell. etiam correctiora exx. Pinc. P2. Col. ∾.

*perculsus sum* = BAg Francisc. Dal. GD ℜ ... 𝔅o = *percussus sum.*

*regredi voluit* = ci. Lips. 𝔊ro ... 𝔅o. BGADg ℜ ... 𝔈4. = *adgredi voluit.* Pinc. laudat nescio unde [alias enim laudare solet scripturas 𝔈1. vel 2.] *bene nos fortuna diviserat.* G = *longinquitas locorum divisit.* P3. 4. = *dimiserat.* Ex. Fac. et Prim. 𝔊𝔊 = *disiunxerat.* B = *aliquod annorum.*

*sed ut consuetudinem* = BGADg Gr. ℜ ... 𝔅o = *sed ne consuetudinem.* 𝔐 — *desiderii* contra mstos etiam Gr.

3. *Si multo ante afuisses* = ci. Gr. BAD P2. 4. ℜ ... 𝔈1. = *Si multo antea fuisses.* G = *Si multo antea fortius fuisses tulisses.* Col. = *Si multo ante ea scivisses.* (g) Pinc. v. l. P3. 𝔐 ... 𝔅o = *Si multo ante abfuisses.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Si multo antea fugisses.* Bℜ ... 𝔈1. = *si vero recessisses.* G = *si vero rexisses.* D — *diutius.* BG = *videnti filium.* G = *Tunc crudele.* D = *ne fortunae* ∾ *ne absentiae.* P2. = *nec absentem.* ℜ ... 𝔊 = *nec absenti.* Rell. etiam Pinc. P3. 4. Col. ∾. G = *absuesceres.* g = *virtus tibi* et — *est* post *advocanda.* D — *tibi.* G = *cum hoste nato.*

ipsas cicatrices percussa es. XVI. Non est quod utaris excu-
satione muliebris nominis cui paene concessum est inmoderatum
in lacrimas ius, non inmensum tamen: et ideo maiores decem
mensium spatium lugentibus uiros dederunt, ut cum pertinacia
muliebris moeroris publica constitutione deciderent. non prohi-
buerunt luctus, sed finierunt. Nam et infinito dolore, cum ali-
quem ex carissimis amiseris, adfici stulta indulgentia est et nullo
2 inhumana duritia. Optimum inter pietatem et rationem tempe-
ramentum est et sentire desiderium et opprimere. Non est quod
ad quasdam feminas respicias quarum tristitiam semel sumptam
mors finiuit. nosti quasdam quae amissis filiis inposita lugubria
numquam exuerunt: a te plus exigit uita ab initio fortior. non
potest muliebris excusatio contingere ei a qua omnia muliebria
3 uitia afuerunt. Non te maximum seculi malum inpudicitia in
numerum plurium adduxit. non gemmae te, non margaritae fle-
xerunt. non tibi diuitiae uelut maximum generis humani bonum
refulserunt. non te bene in antiqua et seuera institutam domo
periculosa etiam probis peiorum detorsit imitatio. Numquam te
fecunditatis tuae, quasi exprobraret aetatem, puduit. numquam

G = *percussa est.*

Cap. XVI.

A(s∾) = *excusatio.*
*muliebris nominis* = BGAg. D 𝔑 ... 𝔅o = *nominis muliebris.* D = *tui est immoderatum lacrimas ius.* 𝔑 ... 𝔊 = *concessum est immo* [*imo*] *datum in lacrimas ius.* BGA = *in lacrimas eius.* (g) Pinc. v. l. Gr. ∾. g P3. 4. = *ut pertinaciam muliebris m.* probat Grut. DP2. = *et cum pertinaciam mul.* Zu ed. Par. a. 1613. = *et cum pertinacia.* 𝔑 ... 𝔅 = *publicam constitutionem desideret.* G (m∾) — *luctus, sed finierunt.* g = *Nam ex infinito.* D + *et in infinito.* G = *ex carissimis amicis affici.* B = *afficis.* B = *et in illo inhumana.* Dg P2. 𝔑 ... 𝔈1. = *et nimis inhumana.* 𝔈2. + *et nullo, nimis inhumana.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾.
2. 𝔑 ... 𝔈1. = *inter pietatem et iram temperamentum est.* 𝔈2. ... 𝔊 = *inter pietatem et luctum t. e.* 𝔑 ... 𝔅 — *semel* ante *sumptam.* 𝔑 ... 𝔈2. = *mors finit* contra mstos etiam Pinc.
*muliebria vitia* = BGAg. D𝔑 ... 𝔅o = *vitia muliebria.*
*afuerunt.* Ita scribendum videtur. BG = *affuerunt.* A = *fuerunt.* A(s m.) = *aufuerunt.* D = *auferunt.* (g) 𝔑 ... 𝔅o = *abfuerunt.*
3. G = *maxime seculi malum.* g + *tam in numerum.* D = *in numerum plurimum.* g P3. + *gemmae a te.* D = *gemmae tibi.* 𝔑 ... 𝔈1. — *non* ante *margaritae.* BGg P3. = *fluxerunt.* 𝔑 ... 𝔈1. = *fulserunt.* P4 = *circumfulserunt.* D P2. — *flexerunt.* A Col. ∾. Col. = *nil tibi divitiae.* D — *tibi* ante *divitiae.* BG P4. = *generis humani bonum refluxerunt.* g = *g. h. bonum affluxerunt.* D P2. 3. = *g. h. bonum fluxerunt.* 𝔑 ... 𝔈1. = *reflexerunt.* A Col. ∾. G = *non tam bene* B sGA P4. Col. ℭ𝔊 = *etiam probris.* 𝔑 ... 𝔅 = *peior detorsit.* G = *decorsit incitationum quam te fecunditatis.* g = *detorsit mutatio.* P3. = *imitationum quam te fec.* 𝔑 ... 𝔅 = *quantae fecunditatis tuae.* 𝔈1. — *Numquam.* 𝔈2. ... 𝔐 = *non te*

more aliarum quibus omnis commendatio ex forma petitur tu-
mescentem uterum abscondisti quasi indecens onus nec intra
uiscera tua conceptas spes liberorum elisisti. Non faciem colo- 4
ribus ac lenociniis polluisti. numquam tibi placuit uestis quae
nihil amplius nudaret, cum poneretur: unicum tibi ornamentum
pulcherrima et nulli obnoxia aetati forma, maximum decus uisa
est pudicitia. Non potes itaque ad obtinendum dolorem muliebre
nomen praetendere ex quo te uirtutes tuae seduxerunt. tantum
debes a feminarum lacrimis abesse quantum a uitiis. Ne femi-
nae quidem te sinent intabescere uolneri tuo, sed leuiori neces-
sario moerore cito defunctam iubebunt exsurgere, si modo illas
intueri uoles feminas quas conspecta uirtus inter magnos uiros
posuit. Corneliam ex duodecim liberis ad duos fortuna redege- 5
rat. Si numerare funera Corneliae uelles, amiserat decem: si
aestimare, amiserat Gracchos. Flentibus tamen circa se et fa-
tum eius exsecrantibus interdixit, *ne fortunam accusarent
quae sibi filios Gracchos dedisset.* Ex hac femina debuit nasci
qui diceret in concione: *Tu matri meae maledicas quae me
peperit?* Multo mihi uox matris uidetur animosior. Filius 6

*fec. tuae.* Rell. etiam Gr. ∾. G = *quibus omnibus commendatio.* Bg = *ex fortuna petitur.* B = *inceptas spes.* D = *elisistis.*

4. *coloribus ac lenociniis* = BGAg Bong. Pinc. v. l. tres Gr. Scal. D P2. ℜ... 𝔖 = *lenociniis aut coloribus.* 𝔐... 𝔅o = *lenociniis ac coloribus.* g = *palluisti.*

*quae nihil amplius nudaret, cum poneretur* = ci. Lips. 𝔊ro... 𝔅l. Ita scribendum propterea, quod in A saepe *o* pro *u* ponatur, etiam vidit Branca. Accedit, quod alibi A scribit *conpono*, non *compono*. BGA cod. Lips. = *quae nihil amplius nudaret componeretur.* P4. = *quae nihil aliud nudaret componeretur.* Bong. = *quae amplius nudaret quam componeret.* D P2. = *quae ad nihil aliud quam ut nudaret componetur.* ℜu... 𝔅o = *quae ad nihil aliud quam nudaret componeretur.* Col. = *quae ad nihil amplius quam ut nudaret componeretur.* g = *quae ad nihil aliud exigenda quam nuditatem tuam honestate tegeret. unicum tibi.* P3. = *quae amplius quam nuditatem tuam honeste tegeret.* ℜ... 𝔖 = *quae ad nihil* [m𝔈2. = *quicquam*] *aliud est exigenda quam ut nuda* [𝔈2. ... 𝔖 = *nudam*] *componeret.* 𝔐... 𝔏4. = *quae nihil amplius quam nudam componeret.* Col. + *pulcerrima tu et nulli.* Lips. ci. = *pulcherrimum, tua et nulli obnoxia arti.* refutatur a Gron. B = *etati forme.* BG = *Non potest itaque.* BG ℜ = *optinendum.* B (n.) + *et dolorem.* g = *tuae virtutes.* Lips. ci. = *virtutes tuae eduxerunt.* refutatur a Gron. BGA = *quantum vitiis* om. *a.* de quo vide. G = *Nec feminae quidem.* B (cr.∾) = *te desinent.* BGA = *sed levior necessario.* g = *sed levior est necessario.* D = *sed leviore.* BGD = *defunctam videbunt.* G = *voles intueri.* g = *magnas vires.*

5. ℜ ... 𝔏𝔍u = *redegit* contra mstos etiam Gr. ℜ... 𝔅 = *et factum eius.* g = *filios gratos dedisset.* G = *matri me maled.*

6. D — *mihi* post *Multo.*

*vox matris videtur animosior* = B

magno aestimabat Gracchorum natales, mater et funera. Rutilia Cottam filium secuta est in exilium et usque eo fuit indulgentia constricta, ut mallet exilium pati quam desiderium, nec ante in patriam quam cum filio rediit. Eumdem iam reducem et in republica florentem tam fortiter amisit quam secuta est. nec quisquam lacrimas eius post elatum filium notauit. In expulso uirtutem ostendit, in amisso prudentiam: nam et nihil illam a pietate deterruit et nihil in tristitia superuacua stultaque
7 detinuit. Cum his te numerari feminis uolo: quarum uitam semper imitata es earum in coercenda conprimendaque aegritudine optime sequeris exemplum. Scio rem non esse in nostra potestate nec ullum adfectum seruire, minime uero eum qui ex dolore nascitur. Ferox enim et aduersus omne remedium contumax est: uolumus interim illum obruere et deuorare gemitus, per ipsum tamen conpositum fictumque uoltum lacrimae profunduntur.
8 tur. Ludis interim aut gladiatoribus animum occupamus: at illum inter ipsa quibus auocatur spectacula leuis aliqua desiderii nota subruit. Ideo melius est uincere illum quam fallere. Nam qui delusus et uoluptatibus aut occupationibus abductus est re-

GAg. D 𝔑 ... 𝔅o = *videtur animosior vox matris.* A = *filios magno estimabit.* D = *f. m. extimabis.* G 𝔈1. = *Rutilia contra filium.* P2.3. Col. = *Coctam filium.* D = *cocta filium.* 𝔑 ... 𝔅 = *Costam filium.* Pinc. v. l. P4. — *Collam.* g = *secutus est.* 𝔑 ... 𝔅 = *nec autem in patriam.* B (s∾) = *iam reduce.* D P2. 𝔑 ... 𝔈2. = *reductum.* Rell. etiam Pinc. v. l. tres Gr. ∾. G — *fortiter* ante *amisit.* G = *nam quisquam lacrimas.* 𝔑 ... 𝔅 = *nec quicquam lacrimis.* g = *post ablatum filium.* g = *Impulso virtutem.* G (cr. ∾) = *virtutum.* D = *in stultitia supervacua.*

7. GDg 𝔑 ... 𝔈2. = *numerare* (g = *feris volo*). B = *earum in coherenda comprendendaque.* P2. = *Ociorem non esse in nostra p.* D = *Otio rem non esse in n. p.* B = *in vestra pot.* B (s∾) = *qui ex lore nascitur.* D = *adversus omnes remedium.*

*interim illum obruere* = BGAg Pinc. v. l. P3. 4. Col. D P2. 𝔑 ... 𝔅o = *eum interim obruere.* g + *et per ipsum tamen.* 𝔑 ... 𝔅 + *Sed cum lacrimae profunduntur.*

8. DP2. = *aut illum inter ipsa.* D P2. 𝔑 ... 𝔈1. = *quibus advocamur.* BGP3. = *quibus advocatur.* P4. Col. = *quibus annotatur.* 𝔈2. ... 𝔊 = *quibus avocamur.*

*nota subruit* = BGA(g) Gr. cod. Iur. 𝔊rc ... 𝔅o. 𝔑 ... 𝔏4. = *nota subivit* (𝔐 = *subibit*).

*vincere illum* = BGADg. 𝔑 ... 𝔅o = *illum vincere.*

*Nam qui delusus et voluptatibus* = ADg P2. 𝔑 ... 𝔅 𝔅2. probat Grut. BG = *Nam qui dilusus et voluptatibus* (in G *et* del.). A (s.m.) = *Nam qui delusus e voluptatibus.* P3. = *Nam qui dolosus et volupt.* P4. = *Nam qui delusus etiam voluptatibus.* Col. = *Nam qui delosus et vol.* 𝔈1. = *Nam qui delusus et voluptatibus et occ.* 𝔈2. = *Nam qui delusus voluptatibus et occup.* Pinc. v. l. 𝔈 ... 𝔑u 𝔅o = *Nam qui aut delusus vol. aut.*

surgit et ipsa quiete inpetum ad saeuiendum colligit: at quisquis
rationi cessit in perpetuum conponitur. Non sum itaque tibi illa 9
monstraturus quibus usos esse multos scio, ut peregrinatione te
uel longa detineas uel amoena delectes, ut rationum accipien-
darum diligentia, patrimonii administratione multum occupes
temporis, ut semper nouo te aliquo negotio inplices: omnia ista
ad exiguum momentum prosunt nec remedia doloris, sed inpe-
dimenta sunt. ego autem malo illum desinere quam dicipi. Ita-
que illo te duco quo omnibus qui fortunam fugiunt confugien-
dum est, ad liberalia studia: illa sanabunt uolnus tuum, illa
omnem tristitiam tibi euellent. His etiam si numquam adsuesses,
nunc utendum erat: sed quantum tibi patris mei antiquus rigor
permisit, omnes bonas artes non quidem conprehendisti, adtigisti
tamen. Utinam quidem uirorum optimus, pater meus, minus ma- 10
iorum consuetudini deditus uoluisset te praeceptis sapientiae eru-
diri potius quam inbui! non parandum tibi nunc contra fortunam
esset auxilium, sed proferendum. Propter istas quae literis non ad
sapientiam utuntur, sed ad luxuriam instruuntur minus te indul-
gere studiis passus est. beneficio tamen rapacis ingenii plus quam

*at quisquis rationi cessit* = A(g) Gr. 𝔑 . . . 𝔖 𝔖ro . . . 𝔅o. G = *aut quisquis rationi cessit in perpetuum* 𝔤p̄o. D = *at si quis rationi cessit.* B𝔐 . . . 𝔏4. = *at qui rationi cessit.*

9. *tibi illa monstraturus* = BGAD g. 𝔑 . . . 𝔏4. = *itaque monstraturus illa* om. *tibi.* Gr. (?) 𝔖ro . . . 𝔅o = *tibi monstraturus illa.*

*esse multos scio* = BGAg. D𝔑 . . . 𝔅o = *multos esse scio.* D P2. = *vel amoena demulces.* DP2. + *vel patrimonii.* G = *amministratione.* g = *multum occupemus temporis.* BG = *te aliquo novo negotio.* g — *autem* post *ego.* B — *malo* ante *illum desinere.* g = *Itaque illa te duce.* D — *omnibus* ante *qui fortunam.* g + *etiam confugiendum est.* D = *etiam fugiendum est.*

*His etiam si numquam* = BGAg. D𝔑 . . . 𝔅o = *His etsi nunquam.* A D P4. Col. 𝔑 . . . 𝔈1. = *adsuesces* (*ass.*). gP3. = *adsuesceres.* P2. = *adsuescisses.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *si quantum tibi.* Rell. etiam Pinc. tres Gr. ∾. B = *comprendisti.*

10. Lips. ci. — *pater meus.*

*minus maiorum consuetudini* = B GAg quaedam exx. Pinc. Gr. 𝔑 . . . 𝔅𝔐. D = *minus malorum cons.* 𝔈1. . . . 𝔅o (exc. 𝔐) = *nimis maiorum consuet.*

*praeceptis sapientiae* = BGA. g = *praeceptis sapientium.* D 𝔑 . . . 𝔅o = *sapientum praeceptis.* g = *erudiri plus.* 𝔑 . . . 𝔅 = *potius quam inhiberi.* g — *nunc* post *tibi.* B Gg = *esset auxilium contra fortunam.* D = *auxilium sed ferrendum.*

*sed ad luxuriam instruuntur* = Ag P3. Col. Pinc. ci. 𝔖ro . . . 𝔅o. BGD pars codd. Pinc. P2. 4. = *sed ad luxuriam construuntur.* Pars codd. Pinc. = *sed ad luxuriam obstruuntur.* 𝔑 . . . 𝔖 = *sed ad luxuriam construunt.* Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔏4. = *sed ad luxuriam instituuntur.*

*minus te indulgere studiis passus est* = Ag. BG 𝔑 . . . 𝔅 = *minus enim indulgere studiis passus est.* D = *minus est indulgere studiis passus est.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *minus est in-*

pro tempore hausisti: iacta sunt disciplinarum omnium funda-
11 menta. Nunc ad illas reuertere: tutam te praestabunt. illae consolabuntur, illae delectabunt, illae si bona fide in animum tuum intrauerint, numquam amplius intrabit dolor, numquam sollicitudo, numquam adflictionis inritae superuacua uexatio. nulli horum patebit pectus tuum: nam ceteris uitiis iampridem clusum est. Haec quidem certissima praesidia sunt et quae sola te fortunae eripere possint: sed quia, dum in illum portum quem tibi studia promittunt perueneris, adminiculis quibus innitaris
12 opus est, uolo interim solatia tibi tua ostendere. Respice fratres meos quibus saluis fas tibi non est accusare fortunam: in utroque habes quod te diuersa uirtute delectet. alter honores industria consecutus est, alter sapienter contempsit. Adquiesce alterius filii dignitate, alterius quiete, utriusque pietate. noui fratrum meorum intimos adfectus: alter in hoc dignitatem excolit, ut tibi ornamento sit, alter in hoc se ad tranquillam quie-
13 tamque uitam recepit, ut tibi uacet. Bene liberos tuos et in auxilium et in oblectamentum fortuna disposuit: potes alterius dignitate defendi, alterius otio frui. Certabunt in te officiis et unius desiderium duorum pietate supplebitur. Audacter possum promittere, nihil tibi deerit praeter numerum. Ab his ad nepotes quoque respice: Marcum blandissimum puerum ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia. nihil tam magnum, ni-

*dulgere studiis passus.* P2. = *pro tempore a u x i sti.* P3. = *iacta s u p e r disciplinarum.* 𝔗 . . . 𝔈2. — *sunt* post *iacta.*

11. g = *Nunc ad ill a reverlere.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *ad illas revert a m u r* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *tutam e s s e praestabunt.*

*i n animum* = BGAg. D𝔑 . . . 𝔅o — *in.*

*intraver i nt* = BGADg 𝔑 . . . 𝔐 𝔍u ed. Par. a. 1613. 𝔏 . . . 𝔅o = *intraver u n t.* 𝔑 . . . 𝔈2. + *e t nulli horum patebit* contra mstos etiam Pinc. Gr. D = *iam pridem c l a u sum est.* g = *iam pridem p r a e clusum est.* 𝔈1. 2. = *sed quia n o n d um in illum portum* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*quem t i b i studia* = BGADg 𝔑 . . . 𝔅. 𝔈1. . . . 𝔅o — *tibi.* Dg = *perven i s.* G = *a d a miniculis.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *quibus i m i taris opus est.* D = *quibus i m i t t aris opus est.* D 𝔑 . . . 𝔊 + *e t interim solatia.*

*tibi tua* = A. BGD (g) 𝔑 . . . 𝔅o = *tua tibi.*

12. A = *fratres u t e o s.* D + *et utriusque.* 𝔑 . . . 𝔅 + *utriusque q u o q u e pietate.* g = *utriusque p r o p r i etate.* D = *N o n fratrum meorum intim e s.* B = *fratrum e o r u m.* g = *dignitatem c o l i t.* D — *alter in hoc . . . ornamento sit.*

13. g — in ante *oblectamentum.* D 𝔑 . . . 𝔊 = *poter i s alterius.* G = *potes t alterius.* D duo Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. = *Certabunt v i t a e* [*v i t e*] *officiis.* Rell. etiam Pinc. duo Gr. ∾. D — *numerum.* G = *Ab his s i t nepotes.* D = *ab his. A t nepotes.* 𝔑 . . . 𝔅 — *ad* ante *nepotes.* 𝔈1. = *a c nepotes.* DP3. = *blandissimum puer o r um.* non displicet Grutero. 𝔑 . . . 𝔅 — *puerum.*

hil tam recens in cuiusquam pectore fuerit quod non circumfusus ille permulceat. Cuius non lacrimas illius hilaritas supprimat? 14
cuius non contractum sollicitudine animum illius argutiae soluant? quem non in iocos euocabit illa lasciuia? quem non in se conuertet et abducet infixum cogitationibus illa neminem satiatura garrulitas? Deos oro, contingat hunc habere nobis superstitem. In me omnis fatorum crudelitas lassata consistat: quicquid matri dolendum fuit in me transierit, quicquid auiae in me. Floreat reli- 15
qua in suo statu turba: nihil de orbitate, nihil de condicione mea querar. fuerim tantum nihil amplius doliturae domus piamentum. Tene in gremio tuo cito tibi daturam pronepotes Nouatillam: quam sic in me transtuleram, sic mihi adscripseram, ut posset uideri, quod me amisit, quamuis saluo patre pupilla. hanc et pro me dilige. Abstulit illi nuper fortuna matrem: tua potest efficere pietas, ut perdidisse se matrem doleat tantum, non et sentiat. Nunc mores eius conpone, nunc formam: al- 16
tius praecepta descendunt quae teneris inprimuntur aetatibus. Tuis adsuescat sermonibus. ad tuum fingatur arbitrium: multum illi dabis, etiam si nihil dederis praeter exemplum. Hoc tibi tam sollemne officium pro remedio erit: non potest enim ani-

14. D + *et cuius non lacrimas.* B G (cr. ∾) = *sollicitudinem animum.* D + *arguliae non solvant.* G (m∾) — *quem non . . . lascivia.*

*in iocos evocabit* = A (s.m.) A (p.m.) = *in ioco se vocabit.* B = *in locos vacabil.* GD (g) ℜ . . . 𝔅o = *in iocos vocabit.* D = *illo lascivia.* P4. = *illi lascivia.* Grut. ci. = *hilara lascivia.* ipse tamen non vult recipi. ℜ . . . 𝔅 = *quae dum in se convertet.* B = *in se converteret.* D = *illa neminem Gayi et utilitas.* Gg ℜ . . . 𝔈1. = *laxata consistat.* Dg P3. ℜ . . . 𝔈2. = *dolendum fuerit.* Rell. etiam Pinc. P2. 4. Col. ∾.

*quicquid aviae in me* = A Pinc. ci. 𝔊 . . . 𝔅o. D P2. Col. ℜ . . . 𝔈2. haec omittunt. BG P3. 4. — *aviae.* g Pinc. v. l. = *quicquid a me in me.*

15. D — *mea* post *condicione.* g = *de conditione mea quaerat.* D = *nihil amplius delicture.* g = *deliturae.* A — *tuo* post *gremio.* g = *in gremio tuo ibi datura.* G = *pronepos novatulam.* ℜ . . . 𝔅 = *pronepotes novaculam.*

*ut posset videri* = BGAg P3. 4. Col. 𝔈1. . . . 𝔖 (A prius fortasse *posses*). D + *ut igitur posset.* P2. + *ut sibi posset.* 𝔗𝔅 = *ut possim videri.* ℜ𝔐 . . . 𝔅o = *ut possit videri.* G = *salvo tempore.* GAD = *pupilã hanc.* Gr = *pupillam.* B = *fortuna in patrem.* ℜ . . . 𝔅 + *fortuna matrem suam.* G (m∾) — *tua potest . . . matrem.* mG = *deficere pietas.* D — *se* post *perdidisse.* Dg P2. 3. — *et* aute *sentiat.*

16. g = *Nunc mores compone, nunc fortunam.* A = *nunc forma.* ℜ . . . 𝔈1. = *Ab his praecepta descendunt.* D = *suis assuescat.* Dℜ . . . 𝔖 = *ad tuum formetur.* A (s∾) = *figatur.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. GDg P2. 4. ℜ . . . 𝔈2. = *multum sibi dabis.* Rell. etiam Pinc. P3. Col. ∾. g = *etiam nihil deseris si praeter.*

*Hoc tibi tam sollemne* = Ag P3.

mum pie dolentem a sollicitudine auertere nisi aut ratio aut ho-
17 nesta occupatio. Numerarem inter magna solatia patrem quoque tuum, nisi abesset. nunc tamen ex adfectu tuo quid illius intersit cogita: intelleges quanto iustius sit te illi seruari quam mihi inpendi. quotiens te inmodica uis doloris inuaserit et sequi se iubebit patrem cogita. cui tu quidem tot nepotes pronepotesque dando effecisti ne unica esses: consummatio tamen aetatis actae feliciter in te uertitur. Illo uiuo nefas est te, quod uixeris, queri. XVII. Maximum adhuc solatium tuum tacueram, sororem tuam, illud fidelissimum tibi pectus in quod omnes curae tuae pro indiuiso transferuntur, illum animum omnibus nobis maternum. Cum hac tu lacrimas tuas miscuisti, in huius primum respirasti sinu. Illa quidem adfectus tuos semper sequitur. in mea tamen persona, non tantum pro te dolet. Illius manibus in urbem perlatus sum. illius pio maternoque nutricio per longum tempus aeger conualui. illa pro quaestura mea gratiam suam extendit et quae ne sermonis quidem aut clarae salu-

Col. cod. Iur. BGD = Hoc tibi iam sollemne. P2. 4. 𝔑 . . . 𝔅o = Hoc iam tibi soll.

non potest enim = BGAg Gr. Pinc. v. l. — potest. D 𝔑 . . . 𝔅o — enim. G = asinum pie dolentem. P2. = a sollicitudine advertere. Pinc. v. l. = avertit. BGDg Pinc. v. l. Pall. Scal. Germ. 𝔑 . . . 𝔅 = nisi aut oratio. ACol. ∾. gP3. = aut manifesta occupatio.

17. Col. = Numerare. 𝔑 . . . 𝔊 = Numerares. Mss. etiam Pinc. Pall. ∾. G = quoque patrem. BG = quis illius intersit. A = quis illius in te sit. g = intellige. GD P4. = et sequi te videbit. Bg P2. 3. 𝔈1. . . . 𝔊 = et sequi te iubebit. Col. = et sequi se videbit. 𝔑 . . . 𝔅 = et sequi te videbis. A ∾. GD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔈2. — cui ante tu quidem. 𝔑 . . . 𝔈2. = Tu tot quidem. g = conversatio tamen aetatis [𝔑 . . . 𝔅 =] a te feliciter G = aetatis ad te feliciter. g = Illo uno [= GD Pall 𝔑 . . . 𝔈1.] nefas est quod Col. = Illo vino. G = nefas est te sp iusseris queri.

Cap. XVII.

D = Maximum ad hoc.

fidelissimum tibi pectus = A. G D = illud felicissimum pectus. B G(s.m.) (g) 𝔑 . . . 𝔅o = fidelissimum pectus tibi. B = pectus tibi inquit. Dg = pectus tibi in quo. BG = omnis curae. G = illud animum nobis omnibus. g = cum actu [= BG] lacrimas miscuisti.

in huius primum respirasti sinu = A𝔐 . . . 𝔅1. BG P3. 4. = in huius primum respirasti. in illa q. Col. — sinu. g = in huiusmodi primum respirasti. In illa q. DP2. = in huiusmodi primum respirasti. Illa q. Scal. = in his primum respirasti. 𝔑 . . . 𝔊 𝔑u . . . 𝔅o = in hac primum respirasti. Lips. ci. = in huius primum ore spirasti. G(cr. ∾) = effectus tuos. g = affectus semper sequi om. tuos. 𝔑 . . . 𝔈2. — semper ante sequitur contra mstos etiam Pinc. Gr. Pinc. v. l. 𝔑 . . . 𝔚 — tantum ante pro te dolet. D P2. 4. = non tamen pro te dolet. G(m∾) = in matrem perlatus sum. Dg P2. 3. 𝔑 . . . 𝔈2. = prolatus sum. B = illi pio maternoque. D = materno om. que. D = pro sequestura meam gratiam extendit. 𝔑 . . . 𝔅 = pro quaestura mea gloriam extendit et gratiam et quae nunc sermonis q. D = nec sermonis q. B = ne sermones qui-

tationis sustinuit audaciam pro me uicit indulgentia uerecundiam.
Nihil illi seductum uitae genus, nihil modestia in tanta femi- 2
narum petulantia rustica, nihil quies, nihil secreti et ad otium
repositi mores obstiterunt, quo minus pro me etiam ambitiosa
fieret. Hoc est, mater carissima, solatium quo reficiaris: illi
te quantum potes iunge, illius artissimis amplexibus adliga.
Solent moerentes ea quae maxime diligunt fugere et libertatem
dolori suo quaerere: tu ad illam te et quicquid cogitaueris con-
fer. siue seruare istum habitum uoles siue deponere, apud illam
inuenies uel finem doloris tui uel comitem. Sed si prudentiam 3
perfectissimae feminae noui, non patietur te nihil profuturo
moerore consumi et exemplum tibi suum cuius ego etiam specta-
tor fui narrabit. Carissimum uirum amiserat, auunculum no-
strum, cui uirgo nupserat, in ipsa quidem nauigatione: tulit
tamen eodem tempore et luctum et metum euictisque tempesta-
tibus corpus eius naufraga euexit. O quam multarum egregia
opera in obscuro iacent! Si huic illa simplex admirandis uir-
tutibus contigisset antiquitas: quanto ingeniorum certamine ce-

*dem.* g = *ut clare salut.* ℜ . . . 𝔈2. = *datae salutationis* contra mstos etiam Pinc. Gr.

2. D = *Nihil illius seductum.* g + *ut in tanta.* G(n.) P3. 4. Col. ℜ . . . 𝔊 + *et in tanta.* DP2. + *etiam in tanta.* g = *petulantia feminarum.* D — *rustica.* G (cr. ∾) = *et in otium repositi.* g = *quominus ambitiosa pro me fieret.*

*Hoc est, mater carissima* = BA. D = *Hoc etiam mater carissima.* g = *Haec est enim mater car.* Gℜ . . . 𝔚o = *Haec est, mater car.*

*illi te quantum potes* = A. BGD ℜ . . . 𝔚o = *illi quantum potes te.* g = *isti quantum potes te.* BGD P2. 4. Germ. ℜ . . . 𝔚 = *alligata.* Ag P3. Col. ∾. G = *causa quae maxime.* G = *te libertatem.* BGAg P3. 4. Col. — *et* ante *quicquid cogitaveris.* g = *aufer.*

*istum habitum* = BGAg. D — *istum.* ℜ . . . 𝔈2. = *habitum illum.* P3. 4. Col. 𝔊 . . . 𝔚o = *habitum istum.* Pinc. scribit tantum legendum *istum* ex v. l., non *illum.*

*doloris tui* = BGAg. D ℜ . . . 𝔚o = *dolori tuo.*

3. D = *profectissime femine.* G = *te inde profuturo.* g + *exemplum tibi suum maiorem.* G = *cuius ego etiam suspitator fui.* 𝔐 — *etiam* aute *spectator.* D P2. ℜ . . . 𝔈2. = *Primum virum amiserat.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. ℨu ed. Par. 1613. = *cui viro nupserat.* B = *cui virgo vixerat.*

*in ipsa quidem navigatione* = B GAD(s.m.) g P3. 4. Col. ℜ . . . 𝔈2. D = *in ipsa navigatione quidem.* P2. + *et in ipsa quidem nav.* Pinc. v. l. 𝔊 . . . 𝔚o — *quidem.* B = *vilitatum et de tempore et luctum et metum cunctisque tempestatibus.* g = *naufragia evexit.* G = *navigia evexit.* g = *O quam multorum.* BG = *Sed huic illa simplex.* P4. + *Scilicet si huic vel illa simplex.* D = *Sed si adhuc illa simplex.* P2. ℜ . . . 𝔈2. + *Sed si huic illa simplex.* gℜ . . . 𝔈2. = *adnumerandis virtutibus.* Pinc. ci. = *ad memorandas virtutes.* B = *quanta ingeniorum.*

lebraretur uxor quae oblita inbecillitatis, oblita metuendi etiam
firmissimis maris caput suum periculis pro sepultura obiecit et,
4 dum cogitat de uiri funere, nihil de suo timuit? Nobilitatur
carminibus omnium quae se pro coniuge uicariam dedit: hoc
amplius est discrimine uitae sepulcrum uiro quaerere. maior
est amor qui pari periculo minus redimit. Post hoc nemo mi-
ratur, quod per sedecim annos quibus Aegyptum maritus eius
obtinuit numquam in publico conspecta est, neminem prouin-
cialem domum suam admisit, nihil a uiro petiit, nihil a se peti
5 passa est. Itaque loquax et in contumelias praefectorum inge-
niosa prouincia in qua etiam qui uitauerunt culpam non effuge-
runt infamiam uelut unicum sanctitatis exemplum suspexit et,
quod illi difficillimum est cui etiam periculosi sales placent,
omnem uerborum licentiam continuit et hodie similem illi, quam-
6 uis numquam speret, semper optat. Multum erat, si per sede-
cim annos illam prouincia probasset: plus est, quod ignorauit.
Haec non ideo refero, ut laudes eius exsequar quas circumscri-
bere est tam parce transcurrere: sed ut intellegas magni animi

g — *oblita inbecillitatis.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *e t i a m imbecillitatis* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*metuendi etiam firmissimis* = A. G = *e s t metuendi firmissimis.* D = *etiam metuend i s firmissim i.* Bg 𝔑... 𝔅 = *etiam metuendi firmissimis.* 𝔈1. . . . 𝔅o = *etiam firmissimis metuendi.* G(cr. ∾) = *caput s i t u m periculis.*

4. G (cr. ∾) P4. = *Nobilit a t e m carminibus.* P3. 𝔑 . . . 𝔅 = *Nobili- t a r e tur.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *carminibus h o m i n u m.* DP2. — *omnium.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∾. G𝔑 ... 𝔅 = *dis- crimen vitae.* G = *sepulcrum v i t e quaerere.* B = *sepulcrum i u r e quae- rere.* GDg Pall. 𝔑 . . . 𝔈2. = *minus red e mit.* Rell. etiam Pinc. Col. ∾. g — *hoc* ante *nemo.* G (m∾) — *mi- ratur.* BG = *per se x decim annos.*

*Aegyptum maritus eius* = BGAg. D = *egip t u s marit u m eius.* 𝔑 . . . 𝔅o = *maritus eius Aegyptum.* BG𝔑 = *o p t inuit.* B = *conspecta c r i m i- nem provincialem.* BGDg 𝔑 . . . 𝔊 + *i n domum suam.* G = *nihil a u r o* [= ex. schol. Salm. P4.] *pet i t.* Pinc. ci. = *nihil a b u l l o petiit.* B = *ni- hil a viro pet i t.*

5. *loquax et in contumelias praefe- ctorum ingeniosa* = g. B = *loquax et in contumel i o s as praefectorum in- geniosa.* A = *loquax et in contume- l i o s as p r o fectorum ingeniosa.* G = *loqu a c et in contumel i o s as p r o fe- ctorum* [s. m. *p e r fectorum*] *provincia.* D = *loqu a r e t i a m ingeniosa in con- tumelias prefectorum.* 𝔑 . . . 𝔅o = *loquax et ingeniosa in contumelias prae- fectorum* (𝔑 . . . 𝔅 = *p e r fectorum*). g = *non a f f ugerunt.* G = *verborum l e t i t iam continuit.* g = *simil e s illi.* P3. = *simil e s s i b i.* BGD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔈2. = *similem s i b i.* A ex. Fac. et Prim. Col. ∾. G = *nunquam spe- ret, semper o p o r t e t.*

6. g = *si per s e x e t p e r d e c e m annos.* 𝔑 . . . 𝔈1. (m𝔈1. ∾) = *per sedecim d i e s.* BGD 𝔑 . . . 𝔈1. = *il- lam provinc i a m.* Dg 𝔑 . . . 𝔊 = *H o c non ideo.* Rell. etiam Bong. ∾.

*laudes eius* = BGADg. 𝔑 . . . 𝔅o = *eius laudes.* BD P2. 4. 𝔑 . . . 𝔊 = *quas circumscribere p o t i u s est q u a m p a r t e m* [P4. = *par t e*] *transcurrere.* G = *quas circumc u r r e r e* [m∾] *p o- t i u s est q u a m par t e transcurrere.* g P3. = *quas circumscribere p o t i u s*

esse feminam quam non ambitio, non auaritia, comites omnis
potentiae et pestes, uicerunt, non metus mortis eam exarmata
naui naufragium suum spectantem deterruit, quo minus exanimi
uiro haerens non quaereret quemadmodum inde exiret, sed
quemadmodum efferret. Huic parem uirtutem exhibeas oportet 7
et animum a luctu recipias et id agas, ne quis te putet partus
tui poenitere. Ceterum quia necesse est, cum omnia feceris,
cogitationes tamen tuas subinde ad me recurrere nec quemquam
nunc ex liberis tuis frequentius tibi obuersari, non quia illi mi-
nus cari sint, sed quia naturale est manum saepius ad id referre
quod doleat, qualem me cogites accipe, laetum et alacrem uel-
ut optimis rebus: sunt enim optimae, quoniam animus omnis
occupationis expers operibus suis uacat et modo se leuioribus
studiis oblectat, modo ad considerandam suam uniuersique na-
turam ueri auidus insurgit. Terras primum situmque earum 8
quaerit. deinde condicionem circumfusi maris cursusque eius
alternos et recursus. tunc quicquid inter coelum terrasque ple-

*est quam parce transcurrere.* A ex. Fac. et Prim. Col. ∾ (Col. = *parte*). g = *animi magni.* B = *et peniles vicerunt.* 𝔑 . . . 𝔈1. = *et pestis.* 𝔈2. — *et* ante *pestes* contra mstos etiam Pinc. Gr. BG = *exarmata nave.* 𝔑 = *exanimi viro hec haberes.* 𝔗𝔅 = *exanimi viro haec haberet.* 𝔈1. = *exanimi viro honores.*

*non quaereret* = BGADg Gr. 𝔑 . . . 𝔈2. 𝔅2. Pinc. ci. 𝔊 . . . 𝔑u 𝔅o = = *quaereret non.* A (m∾) — *inde exiret, sed quemadmodum.* g = *effe-ret.*

7. D = *Ceterumque necesse est.* g = *tuas cogitationes tamen.* D = *ne quemquam.* B = *nec quem tuam nunc.* BDg Gr. 𝔑 . . . 𝔊 = *frequentius tibi observari.* B = *vero quia illi mitiocati sint.* 𝔑 . . . 𝔅 + *illi mihi minus cari sint.* G = *minus illi carius sint.* A = *cari sunt.* B = *naturali est.* G quaedam exx. Pinc. P3. = *manus saepius ad* [G *ad* habet a s.m.] *id recurrere* (G s.m. ∾ ). BG P4. = *manum saepius ad id recurrere.* P2. 𝔑 . . . 𝔈2. = *manus saepius ad id decurrere.* 𝔈𝔊 = *manum saepius ad id decurrere.* D = *ma-ius saepius ad id referre.* Col. = *magnum saepius ad id referre.* A Bong. ex. Fac. et Prim. ∾. g = *quod dolet.* D + *qualem autem me cogites.* g = *me cogitas.* G = *accipere.* B = *Laetum et a secreta.* m𝔈1. = *velut optimis moribus.*

*sunt enim optimae* = Bong. BG Ag = *sunt enim optima.* D𝔑 . . . 𝔈1. = *sunt autem optima.* 𝔈2. . . . 𝔅o = *sunt autem optimae.*

*quoniam animus* = BGAD 𝔑 . . . 𝔈1. (g) 𝔈2. . . . 𝔅o = *cum animus.*

*omnis occupationis expers* = B Ag. GD𝔑 . . . 𝔅o = *omnis cogitationis expers.* Goerenz. (l. l.) ci. = *omnis agitationis expers.* 𝔑 . . . 𝔅 = *vacet.*

*oblectat* = A(g) 𝔑 . . . 𝔅o. BG D = *obiectat.* B = *ad considerandum.* 𝔑 . . . 𝔈2. = *sui universique naturam.* P4. = *suam et uniuscuiusque naturam.* D + *universique viri naturam.* Rell. etiam Pinc. P2. 3. Col. ∾. g = *mihi avidns insurgit.*

8. A(cr. ∾) = *situmque carum.* B = *quaerat.* G = *conditione circumfusi cursusque.* g = *tunc quidem*

**num formidinis interiacet perspicit et hoc tonitribus, fulminibus, uentorum flatibus ac nimborum niuisque et grandinis iactu tumultuosum spatium. tum peragratis humilioribus ad summa prorumpit et pulcherrimo diuinorum spectaculo fruitur, aeternitatis suae memor in omne quod fuit futurumque est uadit omnibus seculis.**

tactus: frigidae et calidae sunt. deinde ponderis: leues et graues sunt. deinde coloris: purae sunt, turbidae, caeruleae, lucidae. deinde salubritatis: sunt enim utiles, sunt mortiferae, sunt quae coguntur in lapidem. quaedam tenues, quaedam pingues. quaedam alunt, quaedam sine ulla bibentis ope transeunt, quaedam haustae fecunditatem adferunt. III. Ut stet aqua uel fluat, loci positio efficit: in deuexo fluit, in plano continetur et stagnat. aliquando in aduersum spiritu inpellitur: tunc cogitur, non fluit. colligitur ex imbribus. ex suo fonte natiua est. Nihil tamen prohibet eodem loco aquam colligi et nasci: quod in Fucino uidemus in quem montes circumiecti quicquid fudit pluuia deriuant. sed magnae in ipso latentesque uenae sunt. itaque etiam cum hiberui defluxere torrentes, faciem suam seruat.

*indicat vini sapor.* G Fort. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *Indicat inde sapor* (*uī = vim. īn = inde*). P3. = *Indicat humi sapor.*

2. *frigidae et calidae sunt* = E. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *frigidae calidaeque sunt.* e + *frigidaeque et calidae sunt.* E (s∾) — *et* ante *graves sunt.* P3. = *leves gravesque sunt.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔖 = *omnes leves aut graves sunt.*

*purae sunt, turbidae, caeruleae* = EeG 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 + *purae sunt et turbidae, caeruleae.* B — *purae sunt ... mortiferae, sunt.* sE se = *caeruleae, lividae.*

*sunt enim utiles, sunt mortiferae* = Ee G P3. 𝔅2. P4. Col. 𝔅𝔈1. = *deinde salubres sunt et utiles.* 𝔐an 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 + *sunt enim salubres et utiles.*

*quae coguntur in lapidem* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *quae coganiur in lapidem.* B sG + *quaedam pingues sunt.* P3. = *quaedam sunt bibent.* P4. = *quae sine ulla labentis ope.* Pinc. v. l. = *fecunditatem auferunt.*

Cap. III.

*vel fluat* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *aut fluat.* B = *idevexo fluit.* P3. = *indenexo praeluit.* Ee + *in plano et devexo continetur.*

*aliquando in adversum* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 + *et aliquando in adv.*

*tunc cogitur, non fluit* = E sG P3. 𝔐an 𝔈2. . . . 𝔎. BG P4. Col. 𝔅𝔈1. = *tunc cogitur, tunc fluit.* B = *nasci et colligi.* BEe = *quod in Fuscino videmus.*

*in quem montes circumiecti quicquid fudit pluvia derivant* = Ee ci. Opsop. Memm. = *in quem montes circumiecti quicquid fudit fluvia derivant.* P3. = *in quem montes circumiecti quicquid fudit flumina derivantur.* BG Pinc. v. l. 𝔖... 𝔅2. = *in quem montis circumiecti fluvii derivantur.* Col. 𝔈1. 2. 𝔐 = = *in quem montis* [𝔈1. = *montes*] *circumvecti fluvii derivantur.* P4. = *Tanquam montis circumiecti fluvii derivantur.* Gron. ci = *in quem, montis circumiecti quicquid fundunt eluvia, derivatur.* 𝔅 = *in quem montes circumvecti quicquid fudit fluvii derivantur.* 𝔑u 𝔎 = *in quem montis circumiecti, quicquid fudit, fluvii derivantur.*

*sed magnae* = BEe P3. Col. Memm. G P4. 𝔅 ... 𝔎 + *Sed et magnae.*

*in ipso latentesque venae sunt* = ci. Grut. 𝔑u 𝔎 = *latentesque in ipso venae sunt.* Memm. + *in ipso latentesque velut venae undae sunt.* BEe P3. = *in ipso latentesque undae sunt.* G P4. Col. 𝔅 ... 𝔅2. = *latentesque in ipso undae sunt.* G (n.) + *hiberni unde.*

*faciem suam servat* = BG P3. 4. Fortun. ci. 𝔅2. . . . 𝔎. E Col. 𝔅 ... 𝔅1. = *servant.*

**IV. Primum ergo quaeramus quomodo ad continuandos fluminum cursus terra sufficiat, unde tantum aquarum exeat. Miramur quod accessionem fluminum maria non sentiant: aeque mirandum est, quod detrimentum exeuntium terra non sentit. Quid est quod illam aut sic inpleuerit, ut praebere tantum ex recondito possit, aut subinde sic suppleat? Quamcumque rationem reddiderimus de flumine eadem erit riuorum ac fontium. V. Quidam iudicant terram quicquid aquarum emisit rursus accipere et ob hoc nec maria crescere, quia quod influxit non in suum uertunt, sed protinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras et palam uenit, secreto reuertitur colaturque in transitu mare quod per multiplices terrarum anfractus uerberatum amaritudinem ponit et prauitatem [saporis] in tanta soli uarietate exuit et in sinceram aquam transit. VI. Quidam existimant quicquid ex imbribus terra concipit in flumina rursus emitti et hoc argumenti loco ponunt, quod rarissima flumina sunt in his locis quibus rarus est imber. Ideo siccas aiunt Aethiopiae solitudines esse**

Cap. IV.

B = *Priorum ergo quaeramus.*

*detrimentum exeuntium* = E P3. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *detrimenta exeuntium.* Col. = *decrementa exeuntium.*

*aut sic inpleverit* = Ee sG P3. 𝔅2. probat Grut. BG P4. Col. 𝔑u 𝔎 — *aut.* 𝔅 . . . 𝔅1. = *sic implevit* om. *aut.*

*aut subinde sic suppleat* = Ee sG P3. Anic. Scal. 𝔅2. BG P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊2. 𝔑u 𝔎 = *ac subinde sic* [P4. = *sit*] *suppleat.* Pinc. v. l. 𝔈 ... 𝔅1. = *ac subinde suppleat* om. *sic.* P3. = *Qualemcunque rationem.*

Cap. V.

BG (cr. ∾) P4. Col. = *quicquid aquarum cursus emisit accipere.* Fort. 𝔊1. = *quicquid aquarum emisit* [𝔅 ... 𝔖 = *emiserit.* probat Ruhk. ms.] *cursus accipere.* E P3. ∾.

*et ob hoc nec maria crescere* = Ee. B 𝔊2. ... 𝔎 = *et ob hoc maria non crescere.* G = *et ob* [s *hoc*] *maria* [s *non*] *crescere.* 𝔅𝔊1. = *ob hoc maria non crescere* om. *et.* B = *non in suum vertant, sed protinus reddant.* BP4. = *sed palam venit.* P3. = *et palam evenit.* Fort. 𝔊1. ... 𝔖 haec omittunt. G Fort. P4. Col. 𝔅 𝔊1. + *secretoque revertitur.* BE P3. ∾. 𝔅 = *tollaturque transitu mare.* 𝔊1. . . . 𝔖 — in ante *transitu.*

*per multiplices terrarum anfractus* = BEe. G𝔅 . . . 𝔎 = *per multiplices anfractus terrarum.* G (m ∾) = *terrarum uberantium.* Ee = *et pravitatem in tanta varietate soli saporis exuit.* suspecta est *saporis* vox: quamobrem uncos circumdedi. P3. = *et saporis varietatem et pravitatem in tenta sui varietate exuit.* Col. = ∾ *in tanta sali varietate exuit.*

Cap. VI.

Ee = *terra concipit ad ima trahi et ad illam rursus emitti.* G = *terra concepit* [cr. ∾] *in flumina rursusque emitti* (m *id illam rursus emittere*). 𝔅 + *rursusque.* Locus hic sincerus non videtur. B (cr. ∾) = *Et hoc armenti loco.*

*quod rarissima flumina sunt in his locis quibus rarus est imber* = Ee. P3. = *quod paucissima* [?] *flumina sunt in his locis quibus rarus est imber.* BG Pinc. v. l. P4. Col. = *quod paucissima sunt in his locis in quibus rarus est imber.* sG 𝔅 . . . 𝔎 = *quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber.*

*Ideo siccas aiunt Aethiopiae solitu-*

paucosque inueniri in interiore Africa fontes, quia feruida natura coeli sit et paene semper aestiua. Squalidae itaque sine arbore, sine cultore arenae iacent raris imbribus sparsae quos statim conbibunt. At contra constat Germaniam et Galliam et proxime ab illis Italiam abundare riuis et fluminibus, quia coelo humido utuntur et ne aestas quidem imbribus caret. VII. Aduersus haec multa posse dici uides. Primum ego tibi uinearum diligens fossor adfirmo nullam pluuiam esse tam magnam quae terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat: omnis humor intra primam crustam consumitur nec in inferiora descendit. Quomodo ergo potest imber suggerere amnibus uires qui summam tantum humum tingit? Pars maior eius per fluminum alueos in mare aufertur: exiguum est quod sorbeat terra nec id
2 seruat. Aut enim arida est et absumit in se quicquid infusum est aut satiata, si quid supra desiderium cecidit, excludit. Et

*dines esse* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Ideo siccas* [G = *sicc i tas*] *esse aiunt Aethiopiae* [𝔅 = *ethiop e s*] *solitudines.* P3. 𝔅2. — *esse.* probat Grut. G(s∾) = *paucos* om. *que.*

*fervida natura coeli sit* = Ee. B G 𝔅 ... 𝔎 = *quia fervida coeli natura sit.* P3. = *et paene s u per aestiva.* G = *Squalid u m itaque sine arbore* [𝔈1. ... 𝔊 =] *sine cul t u* (m∾). 𝔅 = *sine cul t o.*

*Germaniam e t Galliam* = Ee. B G 𝔅 ... 𝔎 = *Germaniam Galliamq u e.*

*et proxime ab i l l i s Italiam* = Ee P3. P4. 𝔅2. = *et proxim a m ab h i s Italiam.* probat Grut. G 𝔅 = *proxime ab h i s Italiam* om. *et.* B sG 𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et proxime ab h i s Italiam.* B = *habundare y m b r i b u s et fluminibus.* Ee = *et n e c aestas quidem.*

Cap. VII.

P3. Col. 𝔅 𝔅2. = *Adversus h o c.*

*posse dici* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *dici posse.* B — *tam magnam* ante *quae terram.* P3. Col. = *in altitudi n e.* Grut. ci. — *in altitudinem.* B = *int e r primam e c t ã consumitur.* B (s∾) — *in* ante *inferiora.*

*imber suggerere potest* = Ee. P3. = *imber a u g e r e potest.* P4. Col. = *potest imber s u r g e r e.* BG 𝔈1. . . . 𝔎 = *potest imber suggerere.* 𝔅 = *potest imber a u g e r e.*

*qui summam t a n t u m humum tingit.* Ita scribendum puto. E = *q u a e* [q̄] *summam tantum humum ting u it.* e = *qui summam tantum humum tin g u it.* BG Fort. P3. 4. 𝔅𝔈1. = *qui summam humum t a n g u n t* (mG = *tingit*). Fortun. ci. = *t a ngit.* Col. = *q u a e summ u m humum t a n g u n t.* 𝔈2. ... 𝔎 — *tantum.* G (s∾) = *Pars maior eius q u i fluminum.*

*in mare a u fertur* = E 𝔐 . . . 𝔅1. 𝔑u 𝔎. BG P4. Col. 𝔅 . . . 𝔊 𝔅2. = *in mare e f f ertur.* Fort. = *in mare t r a n s fertur.* P3. = *in mare d e fertur.*

*quod sorb e a t terra* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *quod sorb e t terra.*

2. *et absumit in se quicquid i n f usum est* = Ee. BG (s.m.) P4. = *et absumit in se quicquid e f f usum est.* G = *et a s s umit in se quicquid* [Anic. =] *e f f usum est.* Col. = *et a s s umit in se quicquid e f f usum* om. *est.* P3. = *et a s s umit in se quicquid infusum est.* 𝔅 = *et a s s umit quicquid in se infusum est.* 𝔈1. = *et absumit quicquid in se infusum est.* 𝔈2. . . . 𝔎 = *et absumit, quidquid in se f u s um est.* Ee = *supra desiderium e x c i dit exclud e t.* G Scal. = *supra desiderium cecid e r i t excludit.*

ideo primis imbribus non augentur amnes, quia totos in se sitiens terra trahit. Quid, quod quaedam flumina erumpunt saxis et montibus? His quid conferent pluuiae quae per nudas rupes deferuntur nec habent terram cui insideant. Adice, quod sic- 3
cissimis locis putei in altum acti ultra ducentorum aut trecentorum pedum spatium inueniunt aquarum uberes uenas in ea altitudine in quam aqua non penetrat, ut scias illic non coelestem esse nec collectiuum humorem, sed quod dici solet uiuam aquam. Illo quoque argumento haec opinio refellitur, quod quidam fontes in summo cacumine montis redundant. Adparet illos sursum agi aut ibi concipi, cum omnis pluuialis aqua decurrat.

VIII. Quidam existimant, quemadmodum in exteriori parte terrarum uastae paludes iacent magnique et nauigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio terrarum maria infusa uallibus porrecta sunt, sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus nec minus illas stagnare quam apud nos Oceanum et sinus eius: immo eo latius quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa pro-

B = *non aug u entur amnes.* G (lit.) = *terra sitiens trahit.* B Anic. — *terra.* B = *Quidq u i d flumina* om. *quaedam.* G — *quaedam.* G = *His quid e m confer a n t pluviae.* BG = *quae per u n das* [sG = *nudas*] *i n rupes deferuntur.* BG (s.m.) = *nec habent cui insid a n t.* G = *nec habent* [e =] *cui insid e n t.*

3. *quod siccissimis locis* = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 + *quod i n siccissimis locis.*

*u l t r a ducent o r u m aut trece n t o r u m pedum spati u m* = Ee. P3. = *ultra ducentorum v e l trecentorum pedum spat i o.* B = *p e r ducentorum aut trecentorum pedum spat i a.* G = *in altum* [s *acti*] *per CC. aut CCC. pedum spat i a.* P4. Col. = *per ducen t a aut trecen t a pedum.* 𝔅 = *p e r CC. aut CCC. pedum spat i a.* 𝔊1. 𝔐an = *p e r ducent u m aut trecent u m* [𝔊1. = *t r i c e n t u m*] *pedum spat i a.* 𝔊2. ... 𝔎 = *p e r duce n u m aut trece n u m* [*t r i c e n u m*] *pedum spat i a.* G 𝔅𝔊1. = *in qu a aqua.*

*non penetr a t* = BE sG. G 𝔅 ... 𝔎 = *non penetr e t.* B = *ut scias non s c e lestem* om. *illic.*

*nec collecti v u m humorem* = Ee sG Fort. P3. 𝔅 m𝔊1. B = *nec collectivum y m b r e m.* G P4. Col. 𝔅2. = *n o n collectivum humorem.* 𝔊1. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *nec collect i t i u m humorem.* BG — *haec opinio.*

*in summo cacumine montis* = Ee. BmG 𝔅 ... 𝔎 = *in summo montis cacumine.* G (m∾) — *fontes ... agi aut tibi.*

*Adparet illos* = Ee. BmG 𝔅 ... 𝔎 + *Apparet e r g o illos.* Pinc. commodior, inquit, forsitan lectio, *h a u d u b i concipi.* BE mG Gr. 𝔅 ∾.

*pluvialis aqua* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *aqua pluvialis.*

Cap. VIII.

*in exterio r i parte* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *in exterio r e p.*

*magni q u e et navigabiles* = Ee G (s.m.) P3. 𝔅2. BG = *magnique navigabiles.* P4. Col. = *magni navigabiles.* 𝔅 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *magni et navigabiles.*

*spatio terr a r u m* = Ee. BG — *terrarum.* 𝔅 ... 𝔎 = *spatio terr a e.*

*maria infusa vallibus porrecta sunt* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *porrecta sunt infusa vallibus.* B — *Oceanum.* B — *eo* ante *latius.* G 𝔅𝔊1. + *et sinus e-ius i n ymo* [*imo*] *eo latius.* P4. = *et s i n o n eius, imo c o l atius.* Col. = *et sinus e t i n ymo eo lacius.* E

**funda copia isti amnes egeruntur, quos quid miraris si terra detractos non sentit, cum adiectos maria non sentiant. IX. Quibusdam haec causa placet: aiunt habere terram intra se recessus cauos et multum spiritus qui necessario frigescit umbra graui pressus. deinde piger et inmotus in aquam, cum se desiit ferre, conuertitur. Sicut apud nos mutatio aeris imbrem facit ita infra terras flumen aut riuum. Supra nos non potest stare segnis diu et grauis. aliquando enim sole tenuatur, aliquando uentis**
**2 expanditur: itaque interualla magna imbribus sunt. Sub terra uero quicquid est quod illum in aquam conuertat idem semper est, umbra perpetua, frigus aeternum, inexercitata densitas: semper ergo praebebit fonti et flumini causas. Placet nobis terram esse mutabilem. Haec quoque quicquid efflauit, quia non aere libero concipitur, crassescit protinus et in humorem con-**

Fort. P3. ∾. B = *quia plus in altum' patet* om. *terra*. Ee = *quod plus terra in altum patet*. G P3. Col. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. = *quia plus terra in altum patet*. P4. = *quia plus terra in aquam patet*. 𝔅 = *isti amnes aegerunt*. 𝔈1. = *egerunt*. e = *isti amnes egrediuntur*.

*non sentit* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *non sentiat*. B = *cum advectos*. G = *advecto*. G (s.m.) = *cum revectos*. Ee = *maria non sentiunt*. de quo vide.

Cap. IX.

*haec causa placet* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *haec placet causa*.

*intra se recessus cavos* = Ee. B = *inter canos recessus* om. *se*. G = *habere* [s *terram*] *intra* [s *se*] *cavos recessus*. 𝔅 = *inter se concavos recessus*. 𝔈1. ... 𝔎 = *intra se cavos recessus*. G (cr. ∾) = *et iam multum tempus*.

*cum se desiit ferre* = EG(s m.) P3. 𝔐 ... 𝔎 (P3. = *desiit*). BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *cum desiit convertitur* om. *se* et *ferre*.

*Sicut apud nos mutatio aeris* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Quemadmodum supra nos mutatio aeris*.

*imbrem facit* = BEG P3. 4. cod. Ops. (Memm.?) 𝔎𝔈1. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎. Col. = *imbres facit*. 𝔈2. ... 𝔏4. = *umbram facit*.

*ita infra terras flumen aut rivum* = Ee P3. cod. Ops. (Memm.?) 𝔅2. BP4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *ita infra terras rivum agit*. 𝔐 ... 𝔚1. ℜu 𝔎 + *ita infra terras flumen aut rivum agit*. G = *ita infra* [s *intra*] *terras rivum* [m *aut flumen*] *agit*.

*Supra nos non potest stare* = Ee. B = *Supra nos omnes stare non potest*. G𝔅 ... 𝔎 = *Supra nos stare non potest*. E (s∾) e(cr. ∾) = *ventis expenditur*.

2. Col. = *Itaque cum supervalla magna* [X, 3.] *omnium rursus altero sunt. Quod altero perit in altero transit* rell. om. B = *idem est semper*.

*fonti et flumini* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *fonti aut flumini*. B = *causam*.

*Haec quoque quicquid efflavit* = BE P4. G𝔅 = *Hoc quoque quicquid effluit*. P3. = *Hoc quoque quicquid eflavit*. 𝔈1. = *Huc quoque quicquid effluit*. Fort. ℭ ... 𝔎 = *Hoc quoque quicquid efflavit*. 𝔈2. = *Huc quoque quicquid efflavit*.

*libero aere* = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *aere libero*. E (s∾) e (s∾) = *conspicitur*.

*crassescit protinus et in humorem* = E P3. 𝔚2. (E = *crascescit*). BGP4. 𝔅 ... 𝔚1. ℜu 𝔎 = *crassescit* [G p.m. = *crescit*] *et protinus in humorem*.

uertitur. X. Habes primam aquarum sub terra nascentium causam. Adicias etiam licet, quod fiunt omnia ex omnibus: ex aqua aer, ex aere aqua, ignis ex aere, ex igne aer. Quare ergo non ex terra fiat aqua? quae si in alia mutabilis est, et in aquam, immo maxime in hanc. Utraque enim cognata est res, utraque grauis, utraque densa, utraque in extremum mundi conpulsa. Ex aqua terra fit. Cur non aqua fiat e terra? At magna flumina sunt. Cum uideris quanta sunt, rursus ex quanto
prodeant adspice. Miraris, cum labantur adsidue, quaedam uero 2
concitata rapiantur, quod praesto sit illis aqua semper noua? Quid si mireris quod, cum uenti totum aera inpellant, non deficit spiritus, sed per dies noctesque aequaliter fluit, nec ut flumina certo alueo feruntur, sed per uastum coeli spatium lato inpetu uadit? Quid si ullam undam superesse mireris quae superueniat tot fluctibus fractis? Nihil deficit, quia totum in se redit. 3
Omnium elementorum alterni recursus sunt: quicquid alteri perit in alterum transit et natura partes suas uelut in ponderibus

Cap. X.

G = *primas* ∾ *causas*.

*quod fiunt* = EesG. BG𝔅... 𝔎 = *quod fiant*. G = *aer ex igne*.

*Quare ergo non ex terra fiat aqua* = P3. 4. 𝔅2. Ee = *Quare ergo non ex terra fit aqua?* Memm. Nicot. = *Quare ergo non e terra fiat aqua*. BG = *Quare ergo ne terra fiat ex aqua?* 𝔅... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Quare ergo non* [𝔅ℭ1. = *ne*] *terra fiat ex aqua et ex terra aqua?* B = *qua si alia mutabilitas est et in aqua, immo* [G p.m. =] *maxime in hoc*. P3. + *etiam et in aquam*.

*Utraque enim cognata est res* = EesG. B = *Utraque cognita res est utraque densa* rell. om. G𝔅... 𝔎 = *Utraque cognata res est*. P3. = *Cur non aqua e terra* om. *fiat*. P3. = *An magna in terra flumina sunt*. P4. = *Aut magna flumina sunt*. 𝔅ℭ1. = *At magna in terra sunt flumina*. Ee + *At magna flumina magna sunt*. Fortasse scribendum: *At magna flumina in terra sunt*. G (m∾) — *quanta sunt: rursus*. Pinc. v. l. P4. = *Cum videris ex quanto prodeant, aspice rursus* [P4. = *rursum*] *quanta sint*. Reliqui libri omnes scribunt *quanta sunt*.

2. *Miraris, cum labantur* = BEG (s.m.) P3. 4. Memm. Nicot. 𝔐an 𝔊ro ... 𝔎. G𝔅ℭ1. + *Rursus quanta sunt miraris, cum labantur*. ℭ2. ... 𝔏4. + *Rursus miraris, cum labantur*. P3. = *quaedam non concitata*. 𝔅ℭ1. + *quaedam vero non concitata*. Ee = *rapiuntur*.

*quod praesto sit illis* = BEeG P4. 𝔅... 𝔊𝔅2. P3. 𝔐... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *quae praesto sit illis*.

*aqua semper nova* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *semper aqua nova*. P3. 𝔅ℭ1. 𝔐an + *non deficit spatio spiritus*. ℭ2. ... 𝔊 = *non deficiat spacio spiritus*. G(m∾) P3. 𝔅ℭ1. = *aequaliter fiat*. Pinc. v. l. = *aequaliter flat*.

*certo alveo feruntur* = BEeG P3. 4. 𝔅. ℭ1. ... 𝔎 = *certo alveo fertur*. G P3. 𝔅ℭ1. = *Quod si ullam undam*. P4. = *Quod si nullam undam*.

3. *quia totum in se redit* = Ee. BE(s.m.) e(s.m.) GP4. 𝔅ℭ1. — *totum*. P3. Fortun. ci. ℭ2. ... 𝔎 = *quod in se redit*. Ee = *in alternum recursus sunt*. de quo vide.

*quicquid alteri perit* = EsG P3. 𝔅 ... 𝔎. B Fort. P4. Anic. = *quicquid in altero perit*. G = *quicquid alte-*

**constitutas examinat, ne portionum aequitate turbata mundus praeponderet. Omnia in omnibus sunt: non tantum aer in ignem transit, sed numquam sine igne est. Detrahe illi calorem: rigescet, stabit, durabitur. et transiet aer in humorem, sed**
**4 nihilominus non sine humore est. Et aera et aquam facit terra: sed non magis umquam sine aqua est quam sine aere. Et ideo facilior est inuicem transitus, quia illis in quae transeundum est iam mixta sunt. Habet ergo terra humorem: hunc exprimit. habet aera: hunc umbra hiberni frigoris densat, ut faciat humorem. Ipsa quoque mutabilis est in humorem: natura sua utitur. XI. Quid ergo? inquis, si perpetuae sunt causae quibus flumina oriuntur ac fontes, quare aliquando siccantur, aliquando quibus non fuerunt locis exeunt? Saepe motu terrarum itinera turbantur et ruina interscindit cursus aquis quae retentae nouos exitus quaerunt et aliquo inpetum faciunt aut ipsius quassatione terrae aliunde alio transferuntur. Apud nos solet euenire, ut amisso canali suo flumina primum refundantur: deinde**
**2 quia perdiderunt uiam, faciunt. Hoc ait accidisse Theophrastus**

*ro perit.* P3. + *Et natura partes causas suas.* e = *ne proportionum aeq. t.* B = *turbata aequitate.* B = *Non tantum in ignem aer transit.* G (cr. ∾) Anic. P3. 𝔅𝔈1. = *sed nusquam sine igne est.* P3. = *Detrahe igitur caliditatem.* G = *colorem.* Ee = *rigescit.*

*et transiet aer in humorem* = Ee. BG P3. 4. 𝔅𝔈1. = *transiet aer in humorem* om. *et.* 𝔈2. ... 𝔎 = .*Transit aer in humorem.* De hac forma *transiet* cf. Apul. M. VI, 19. 419. *ad istum caelestium siderum redies chorum.* et quae ibi laudat Hildebrand.

*sine humore est* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 — *est*, quod haustum est a proximo *Et.*

4. 𝔅 = *et aera et aqua facit terram.* 𝔈1. = *et aer et aqua facit terram.* P3. — *umquam.*

*est invicem transitus* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *invicem transitus est.* G = *in qua transeundum est.*

*iam mixta sunt* = Ee P3. 𝔅𝔈1. BG Fort. P4. Col. 𝔈2. ... 𝔎 = *iam mixta est.* P3. — *terra* ante *humorem.* Col. = *in humorem natura sua vertitur.*

Cap. XI.

G = *Quid ergo inquit si* [𝔅 ... 𝔊 =] *perpetui sunt amnes vel causae.* B = *et fontes.* G (m∾) — *ac fontes.*

*quibus non fuerunt* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *quibus non fuere.*

*interscindit cursus aquis* = Ee P3. (P3. = *intercindit*). B = *inter se scindit cursum aquis.* B (s.m.) G P4 Col. Memm. Nicot. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. = *interscindit cursum aquis.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *interscindit aquas.* Fort. = *interscindit viam aquis.*

*quae retentae novos exitus quaerunt* = EeG 𝔐 ... 𝔎. B = *quae resistentes novos ex. q.* Col. = *quae recentes novos exitus queritur.* P3. 4. 𝔅 ... 𝔊 = *quae recentes et novos exitus q.* Anic. = *quae recedentes novos exitus q.*

*et aliquo inpetum faciunt* = E. BG haec omittunt. mG 𝔅 ... 𝔎 = *et aliquo impetu faciunt.* B = *aliunde alio terras feruntur.*

*solet evenire* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *evenire solet.* B — *primum* ante *refundantur.*

*deinde, quia perdiderunt viam, faciunt. Hoc ait accidisse* = Ee.

in Coryco monte in quo post terrarum tremorem noua uis fontium emersit. Sunt qui alias quoque causas interuenire opinantur quae euocent aquas aut a cursu suo deiciant et auertant. Fuit aliquando aquarum inops Haemus: sed cum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se contulisset et siluas cecidisset, ingens aquarum copia adparuit quas uidelicet in alimentum suum nemora ducebant quibus euersis humor qui desiit in arbusta consumi superfusus est. Idem ait et circa Magnesiam accidisse. 3
Sed pace Theophrasti dixisse liceat, non est hoc ueri simile, quia fere aquosissima sunt quaecumque umbrosissima. quod non eueniret, si aquas arbusta siccarent quibus alimentum ex

B = *d. q. perdidere viam faciant. Hoc accidisse ait.* P3. = *viam faciant; ut ait accidisse Th.* G Memm. Nicot. Man Gro ... K = *d. q. perdiderunt viam, faciant. Hoc accidisse ait Th.* P4. Col. = *viam faciunt. Hoc accidisse ait Th.* B ... L4. = *d. q. perdiderunt viam, faciant hoc, quod* [B = *faciunt. hoc quod.* E1. = *faciunt hoc, quod*] *accidisse ait Th.*

2. BE mG = *in Corio monte.* G = *ancorico monte.* Col. = *Anchorico monte.* B = *in autorico monte.* E1. = *in Auctorico monte.* P3. 4. Fortun ci. ∾. P3. — *tremorem* post *terrarum.* Col. = *in quo polius terrarum tremore.*

*Sunt qui alias quoque causas intervenire opinantur quae evocent aquas.* Ita scribendum videtur. Ee Memm. = *Sunt qui alias quoque causas intervenire opinantur quae vocant aquas.* B = *Sicut alias quoque casus intervenire opinatur qui a voce aquas aut a cursu suo decidant.* G = *Sic et alios quoque casus intervenire opinatur* [m *Sunt qui alias quoque causas intervenire opinantur*] *qui aliter nocent aquas aut a cursu suo decidant.* P4. Col. = *Sic et alios quoque casus interv. opinatur, qui aliter vocent aquas aut a cursu suo decidant.* P3. = *Sunt qui alios quoque casus int. opinantur. qui aliter vocant aquas aut a cursu suo deiiciant.* Nicot. = *Sic ut alias quoque casus intervenire opinatur, qui aliter vocent.* BE1. = *Sic et alios quoque casus intervenire quidam opinantur: qui aliter vocent aquas aut a* [E1. = *in*] *cursu suo deiiciant.* Fort. E2. ... K = *Sed et alios quoque casus intervenire quidam opinantur, qui aliter evocent aquas aut a cursu suo deiiciant* (Fort. = *decidant*). Grut. ci. = *Sic et alios quoque casus intervenire idem opinatur, qui aliter evocent.* nam Theophrasti, inquit, adhuc referri sententiam, docent clare sequentia: *Sed pace Theophrasti dixisse liceat* etc.

*et avertant* = Ee. BG E2. ... K = *atque avertant.* BE1. = *aut avertant.* B = *inops aquarum Haemus.* G = *aquarum inobs erenius.* P3. BE1. = *aquarum inops humus.* P4. = *aquarum inops heremus.* Col. = *aquarum inops Hemius.* Fort. = *aquarum inops Hempnus.* G (m∾) Col. BE1. = *et silvas scidisset* (B = *scindisset*). Anic. = *in alimentum sui.* P3. — *suum.* probat Grut.

*quibus eversis* = Brit. Ee P3. = *quibus emersis.* B B ... K = *quibus excisis.* G = *quibus exscissis.* BG(s∾) = *desiit in angusta consumi.*

3. G(s∾) — *et* ante *circa M.*

*non est hoc veri simile* = BEe. GB ... K = *non hoc* [G p. m. — *hoc*] *est simile veri.* B (s∾) = *aquosissime sunt.* G (m∾) — *sunt quaecumque umbrosissima.* B = *quaeque umbrosissima.* P3. = *quae umbrosissima.* probat Grut. Col. = *quaecum-*

proximo est: fluminum uero uis ex intimo manat ultraque con-
cipitur quam radicibus euagari licet. Deinde succisae arbores
plus humoris desiderant. Non enim tantum id quo uiuant, sed
4 quo crescant trahunt. Idem ait circa Arcadiam quae urbs in
Creta insula fuit fontes et riuos substitisse, quia desierit coli
terra diruta urbe, postea uero quam cultores perceperit, aquas
quoque percepisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obrigue-
rit constricta tellus nec potuerit imbres inagitata transmittere.
Quomodo ergo uidemus plurimos in locis desertissimis fontes?
5 Plura denique inuenimus quae propter aquas coli coeperunt quam
quae aquas habere coeperint, quia colebantur. Non enim esse
pluuialem hanc quae uastissima flumina a fonte statim magnis
apta nauigiis defert ex hoc intellegas licet, quod per hiemen ae-
statemque par est a capite deiectus. Pluuia potest facere tor-
rentem, non potest autem aequali inter ripas suas tenore laben-

*que umbrosa.* GCol. 𝔅 = *fluminum modo vis.* 𝔈1. = *Flumini modo vis.* P4. = *fluminum mons vis.* Grut. ci. = *fluminum omnis vis.* G(m∾) — *manat.*

*ultraque concipitur* = Ee sG Memm. P3. = *utraque concipitur.* B Nicot. = *ultraque accipitur.* G 𝔅 𝔈1. = *utraque excipitur.* Fort. P4. Col. 𝔈2. . . . 𝔎. *ultraque excipitur.*

*Non enim tantum id quo vivant, sed quo crescant trahunt* = Ee P3. 𝔚2, B = *Non enim tantum id quo vivant sed et id quo crescant* om. *trahunt.* G = *Non tantum id quod vivant sed et* [hoc n.] *id quod excrescant* [hoc cr. ∾. m *trahunt*] *Idem.* P4. = *Non tantum ideo quod vivant, sed et id quo crescant.* Col. 𝔅 . . . 𝔊 = *Non tantum id quo vivant, sed et id quo crescant* om. *trahunt.* 𝔐 . . . 𝔚1. ℜu 𝔎 + *Non enim tantum id quo vivant, sed et id quo crescant, trahunt.*

4. BG 𝔅 . . . 𝔊 = *in Creta insula est.*

*fontes et rivos substitisse* = Ee P3. ci. Opsop. 𝔚2. probat Grut. Memm. (non Nicot.) = *fontes et viros substitisse.* BG P4. Col. 𝔅 . . . 𝔚1. ℜu 𝔎 = *fontes et lacus substitisse.* G (lit.) 𝔅𝔈1. = *dirupta urbe.* Pinc. ci. = *direpta urbe.* BE Gr. ∾.

*cultores perceperit* = BEe G𝔅. sG = *cultores exceperit.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *cultores receperit.*

*aquas quoque percepisse* = BEeG. sG 𝔅 . . . 𝔎 = *aquas quoque recepisse.*

*obriguerit* = Ee Nicot. (apud Grut.). B P3. 𝔈2. . . . 𝔎 = *obduruerit.* GP4. Col. 𝔅𝔈1. = *obduraverit.* 𝔅 = *constrita tellus.* Memm. = *contrita tellus.* Ee = *nec poterat imbres.* quod vide num possit dictum esse e mente Senecae.

*videmus plurimos* = Ee. G Anic = *plurimis videmus.* B 𝔅 . . . 𝔎 = *plurimos videmus.* G𝔅 = *disertissimis.*

5. B = *habere coeperunt.*

*pluvialem hanc quae* = Ee P3. B = *pluvialem aquam quae.* G = *hanc pluvialem aquam quae.* 𝔅 = *talem pluvialem aquam quae.* 𝔈1. . . . 𝔎 + *pluvialem hanc aquam quae.* B P3. — *flumina* post *vastissima.* G = *magnis acta* [= P4. Col. 𝔅 . . . 𝔈2.] *navigiis deferunt* (hoc in lit.). Ee = *acta magnis navigiis.* 𝔎 = *magnis apta navibus.* P3. = *magis aera navigiis.* Pinc. v. l. ∾. P3. = *parem a capite deiectio.* 𝔅 = *parem a capite deiecta pluvia.* 𝔈1. = *par est. A cacumine deiecta pluvia potest.* G(cr. ∾) = *Pluvias potest.* G (s∾) P4. Col. — *autem* post *non potest.*

tem quem non faciunt imbres, sed incitant. XII. Paulo
repetamus hoc altius, si uidetur, et scies te non habere quod
quaeras, cum ad ueram amnium originem accesseris. Flumen
nempe fecit copia cursusque aquae perennis. Ergo si quaeris a
me quomodo aqua fiat, interrogabo inuicem quomodo aer fiat aut
terra. Si rerum elementa sunt quatuor, non potes interrogare
unde aqua fiat: quarta enim pars naturae est. Quid ergo mira- 2
ris, si rerum naturae tam magna portio potest aliquid ex se
semper effundere? Quomodo aer, et ipse quarta pars mundi,
uentos et auras mouet sic aqua riuos et flumina. Si uentus est
fluens aer, et flumen est fluens aqua. Satis et multum illi ui-
rium dedi, cum dixi, elementum est. Intellegis quod ab illo
proficiscitur non posse deficere. XIII. Adiciam, ut ait Thales,
*ualentissimum elementum est.* hoc fuisse primum putat, ex

*quem non faciunt imbres, sed incitant* = Ee Memm. G (s.m.) = *quem non faciunt imbres, sed excitant.* B 𝔈2. ... 𝔏4. = *Aquam non faciunt imbres, sed excitant.* 𝔅𝔈1. = *aquae non faciunt imbres* [Col. =] *sed excitant.* P3. = *Aquae non faciunt imbres, sed incitat.* 𝔊ro ... 𝔎 = *Aquam non faciunt imbres, sed* [P4. Brit. 𝔐an =] *incitant.*

Cap. XII.

B = *altius hoc si videbitur.*

*te non habere quod quaeras* = B Ee. G 𝔅 ... 𝔊 = *te non habere quod* [Col. =] *quaeris.* 𝔐 ... 𝔏4. = *non habere quod quaeris* om. *te.* 𝔊ro ... 𝔎 — *te.* Etiam P3. 4. Memm. Nicot. = *quod quaeras.* EeG Gr. 𝔅 ... 𝔈2. = *ad veram omnium originem.* B Pinc. ci. ∾. B = *Flumen namque fecit.* G𝔅 ... 𝔊 = *Fl. nempe facit.* E 𝔐an 𝔑u 𝔎 = *copia cuiusque aquae perennis.* G(m∾) P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *copia cuiuscunque aquae perennis.* P3. = *copia occursusque aquae, aquae perennis.*

*Ergo si quaeris a me* = E 𝔈2. ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. BG Gr. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔅2. — *si.* P3. = *quomodo aquae fiant.*

*Sed si in rerum natura elementa sunt quatuor* = Ee sG P3. nonnulli codd. Opsop. Francisc. Dalechampii Scal. BP4. = *Sed si rerum elementa sunt quatuor.* G Col. = *Sed rerum elementa sunt quatuor.* 𝔅𝔈1. = *Sed si in natura rerum elementa sunt quatuor.* Fort. 𝔐an 𝔈2. ... 𝔎 = *Si rerum elementa sunt quatuor.*

*non potes interrogare* = E 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. BG Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. = *non potest interrogari.*

*unde aqua fiat* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *unde aqua fit.*

*pars naturae est* = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 = *pars est naturae.*

2. B = *Quid enim miraris.*

*tam magna portio* = Ee. BG — *tam.* 𝔅 ... 𝔎 = *portio tam magna.*

*potest aliquid ex se semper effundere* = E m𝔈1. 𝔈2. 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. P3. = *potest aliquem ex se s. eff.* BG Fort. P4. Col. = *potest ex se semper aliquid effundere.* sG 𝔊 ... 𝔏4. = *potest aliud ex se s. eff.* 𝔅 = *potest aliquam ex se s. eff.* 𝔈1. = *potest aquam ex se s. eff.*

*et ipse quarta pars mundi* = BsG Pinc. v. l. P4. 𝔅𝔊 ... 𝔎. Col. — *et.* EeG P3. 𝔈1. 2. = *et ipsa quarta p. m.* E = *Sed ventus est.* B = *aer fluens* ∾ *fluens est aqua.*

*Satis et multum* = BEeG Gr. 𝔈1. ... 𝔊. 𝔅 = *Satis est multum.* 𝔐 ... 𝔎 — *et.*

Cap. XIII.

*Adiciam, ut ait Thales* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Aqua, ait Thales.*

**hoc surrexisse omnia. Sed nos quoque aut in eadem sententia, aut in ultima eius sumus. Dicimus enim ignem esse qui occupet mundum et in se cuncta conuertat. hunc euanidum considere et nihil relinqui aliud in rerum natura igne restincto quam humorem: in hoc futuri mundi spem latere. Ita ignis exitus mundi, humor primordium. Miraris ex hoc posse amnes semper**
**2 exire qui pro omnibus fuit et ex quo sunt omnia? Hic humor in diductione rerum ad quartas redactus est, sic positus, ut sufficere flumiuibus edendis, ut riuis, ut fontibus possit. Quae sequitur Thaletis inepta sententia est. Ait enim terrarum orbem aqua sustineri et uehi more nauigii mobilitateque eius fluctuare tunc cum dicitur tremere. Non est ergo mirum, si abundet humor ad flumina profundenda, cum in humore sit totus. Hanc ueterem et rudem sententiam explode. Nec est quod**

*Sed nos quoque* = Ee 𝔈1. . . . 𝔊. BG 𝔐 . . . 𝔎 + *Sed e t nos quoque.* 𝔅 + *Sed e t i a m nos quoque.*

*in eadem sententia aut in ultima e i u s sumus* = BEe sG P3. G = *in eadem s u b s t a n t i a eius aut in ultima sumus.* P4. 𝔅 . . . 𝔊 = *in eadem sententia eius aut in ultimu sumus.* Grut. ci. = *aut in v i c i n a sumus.* sed reprobat ipse. Col. 𝔐 . . . 𝔎 — *eius.* Ee = *qui occup a t mundum.*

*hunc evanidum considere* = E Britan. 𝔈2. . . . 𝔎. P3. + *hunc evanidum l a n g u e n t e m q u e considere.* e + *hunc evanidum l a n g u e n t e m considere.* G = *hunc e u n d e m* [m *evanidum*] *l a n g u e n t e m q u e considero.* B = *hunc e u n d e m l a n g u e n t e m considere.* P4. Col. 𝔈1. = *Hunc e u n d e m l a n g u e r e considero.* 𝔅 = *Hunc e u n d e m l a n g u e r e considere.* Fortun. ci. = *Hunc e u n d e m l a n g u e n t e m considero.*

*igne restincto* = BE 𝔅 . . . 𝔎. P3. = *igne re x tincto.* G P4. Col. = *igne r e s t r i c t o.* B = *futuri mundi latere s p i r i t u s.* G(m∾) = *futuri mundi s p i r i t u s latere.* E 𝔈1. . . . 𝔊 = *futuri mundi s p e c i e m* [E = *s p ē m*] *latere.*

*Ita ignis exitus mundi, humor primordium* = Ee. B = *Ita exitus mundi s p i r i t u s e s t, humor primordium.* P3. + *e x t i n c t u s v e l exitus mundi e s t.* P4. = *exitus e s t* om. *mundi.* G Col. 𝔅 . . . 𝔎 + *exitus mundi e s t.*

*Miraris ex hoc posse amnes semper exire* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *Miraris amnes ex hoc posse exire semper.* G (n.) P4. Col. 𝔅𝔈1. + *e t qui pro omnibus fuit.* BE P3. ∾ (B = *f l u i t*).

2. G(s∾) = *in d e ductione rerum.* G (m∾) Col. = *ad q u a s d e d u ctus est.* P3. = *in deductionem rerum ad q u a s redactus est.* P4. = *ad q u a s redactus est.* 𝔅 . . . 𝔊 = *Hic humor rerum primordium sic positus* [ 𝔅 = *posit u m*] *est* rell. om.

*ut sufficere fluminibus edendis* = Ee. B = *i n fluminibus edendis sufficere.* G 𝔅 . . . 𝔎 = *ut fluminibus edendis sufficere.* E(s∾) G = *e t fontibus.*

*pos s i t* = E. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *pos s e t.* P3. = *quae sequ e n tur Thaletis.* P4. = *Q u o sequitur Thaletis.* Col. = *Quae sequ e tur Thaletis.* 𝔅 = *Quae sequ a n tur Thaletis.* B — *sustineri* post *aqua.* e — *eius* post *mobilitateque.*

*si abund e t* = Ee (scribunt *h a bundet*). BG 𝔅 . . . 𝔎 = *si abund a t* (𝔅 = *h u m e d a t*).

*ad flumina p r o fundenda* = Ee mG P3. G = *ad flumina fund a n da.* B 𝔅 . . . 𝔎 = *ad flumina f u n d e n da.*

*cum in humore sit totus* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 + *cum m u n d u s in humore sit* [G = *f i t*] *totus.* P3. = *sententiam expl e de.* P4. = *sententiam*

**credas in hunc orbem aquam subire per rimas et facere sentinam. XIV. Aegyptii quatuor elementa fecerunt: deinde ex singulis bina maria et feminea. Aerem marem iudicant qua uentus est, feminam qua nubilosus et iners. Aquam uirilem uocant mare, muliebrem omnem aliam. Ignem uocant masculum qua ardet flamma et feminam qua lucet innoxius tactu. Terram fortiorem marem uocant, saxa cautesque: feminae nomen adsignant huic tractabili et cultae. XV. Mare unum est, ab initio scilicet ita constitutum: habet suas uenas quibus inpletur et aestuat. Quomodo maris sic et aquae huius mitioris abdita est uirium ratio: tantum ex illa quantum semper fluere opus sit emittitur. Uasta maris in occulto uia est quam nullius fluminis cursus exhauriet. Quaedam ex istis sunt quibus adsentire pos-** 2

*explodo.* B = *subire per ima.* G (m∾) = *subire primus facere sentiem.* P3. = *et pertimas facere semitam.* Fort. Col. = *aquam subire et per rimas facere sentinam.* P4. = *aquam subire per rimas facere sentinam.* 𝔅 … 𝔊 = *aquam subire et per rimas facere semitam.* E Anic. ∾.

Cap. XIV.

*elementa fecerunt* = BEeG. 𝔅 = *elementa facere.* 𝔈1. … 𝔎 = *elementa fecere.*

*deinde ex singulis bina maria et feminea. Aerem marem iudicant* = Ee. cf. Apul. de Mundo XX. 334. *Sic mare et femineum sexus iungitur.* et quae ad eum locum docet Hildebrand. BG P4. 𝔅 = *deinde ex singulis bina maria. Aerem marem iudicant.* P3. Col = *deinde ex singulis bina maria. Aerem mare iudicant.* 𝔈1. … 𝔎 = *deinde ex singulis bina, marem et feminam. Aerem marem iudicant.*

*qua ventus est* = 𝔈1. … 𝔎. B EeG P4. Col. 𝔅 = *quia ventus est.* P3. = *qui ventus est.*

*feminam qua* = 𝔈1. … 𝔎. BEe G Gr. 𝔅 = *feminam quia.*

*nubilosus est* = Ee. cf. Apul. M. XI, 7. 768. *nubilosa caligine disiecta.* BG (Gr.) 𝔅 … 𝔎 = *nebulosus est.* G = *Aquam virilem vocant marem.* B (cr. ∾) = *Ignem vocant masculinum.* E = *quae* [q̄] *ardet flamma.* BG Gr. 𝔅 = *quo ardet flamma.* Ee = *quae lucet innoxius tactu* G = *quia lucet inn. t.* P3. = *qua nocet inn. t.* P4. = *qua licet inn. t.* B Col. 𝔅 ∾. G (s∾) — *feminae* ante *nomen adsignant.* B Brit. = *feminae nomen inponunt.*

*huic tractabili et cultae* = Ee P3. Col. 𝔅 (𝔅 haec iungit cum proximis). G = *huic tractabili et occultae.* P4. 𝔅 — *et cultae.* B Fort. 𝔈2. … 𝔎 = *huic tractabili ad culturam.*

Cap XV.

B = *Mare est unum.* P4. Col. 𝔈1. … 𝔊 = *Et mare unum est ab initio.* G P3. Anic. Scal. ℜu 𝔎 = *Mare unum est ab initio.* 𝔅 = *materiae unum est ab initio.* E ∾. B = *habens suas venas.*

*quibus inpletur* = BEe G Gr. Memm. Nicot. Bamb. Wirceb. 𝔅 … 𝔊 𝔅2. 𝔐 … 𝔅1. ℜu 𝔎 = *quibus impellitur.*

*et aestuat* = Ee sG 𝔅 𝔈1. B Memm. Nicot. Bamb. Wirceb. 𝔈2. … 𝔎 = *atque aestuat.* G = *et aestuet.*

*et aquae huius mitioris* = Ee. B G 𝔅 … 𝔎 = *et huius aquae mitioris.*

*abdita est virium ratio: tantum ex illa quantum semper fluere opus sit emittitur. Vasta maris in occulto via est quam nullius fluminis cursus exhauriet* = Ee. B = *Vasta in occulto via est quam fluminis nullius cursus exhauriat. abdita est virium eius ratio. tantum ex illa quantum superfluum fit emittitur.* G

**sumus, sed hoc amplius censeo: placet natura regi terram et quidem ad corporum nostrorum exemplar in quibus et uenae**
**3 sunt et arteriae, illae sanguinis, hae spiritus receptacula. In terra quoque sunt alia itinera per quae aqua, alia per quae spiritus currit. adeoque ad similitudinem illam humanorum corporum natura formauit, ut maiores quoque nostri aquarum adpellauerint uenas. Sed sicut in nobis non tantum sanguis est, sed multa genera humoris, alia necessarii, alia corrupti ac paulo quidem pinguioris, in capite cerebrum, in ossibus medullae, muci saliuaeque et lacrimae et quiddam additum articulis per quod citius flectantur ex lubrico: sic in terra quoque sunt hu-**
**4 moris conplura genera. quaedam quae mature durentur. (hinc est omnis metallorum humus ex quibus petit aurum argentumque**

= *Vasta maris in occulto via est quam nullus* [s *nullius*] *fluminis cursus exhauriet. abdita est virium eius ratio. tantum ex illa quantum superfluum fit emittitur.* 𝔅𝔊1. = *Vasta maris in occulto via est, quam nullus fluminis cursus exhauriet. Abdita est virium eius ratio. Tantum ex illa quantum* [P4. =] *superfluum sit emittitur.* 𝔊2. ... 𝔎 = *vasta maris in occulto via est, quam nullius* [= 𝔐an. Gr. = *nullus*] *fluminis cursus exhauriet. Abdita est virium eius ratio. Tantum ex illa quantum superfluum fit* [𝔊2. = *sit.* P3. = *semper fluit, sic.* Col. = *superfluum sic*] *emittitur.*

2. B = *sed hoc amplius censori placet.*

*corporum nostrorum* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nostrorum corporum.* G = *et artariae.* Ee = *illae spiritus receptacula.*

3. sG = *per quae aquae.*

*alia per quae spiritus* = BEeG 𝔅. 𝔊1. ... 𝔎 + *et alia per quae sp.*

*ad similitudinem illam* = EeG𝔅𝔊1. B𝔊2. ... 𝔎 = *illam ad similitudinem.* E (s∾) e(cr.∾) = *humidorum corporum.* B = *humanorum corporum formavit deus.* P3. + *natura ve deus formavit.*

*adpellaverint venas* = B 𝔊2. ... 𝔎. Ee = *appellent venas.* G P3. = *appellaverunt venas.* P4. Col. = *appellarunt iter venas.* Anic. + *aquarum iter appellaverint venas.* 𝔅 = *appellavere inter venas.* 𝔊1. + *appellaverint iter venas.*

*Sed sicut in nobis* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *Sed quemadmodum in nobis.* Ee — *est* post *sanguinis.* B P4. 𝔅2. + *sed et multa genera.* Ee = *alii necessarii alii corrupti.* quod probo fere, ut infra scribatur *pinguiores,* et intelligantur *humores* Plur. numero. G (cr. ∾) = *alia necessaria.*

*ac paulo quidem pinguioris* = Ee. B Nicot. = *ac paulo* [Fort. =] *pigrioris.* P4. = *aut paulo piguioris.* Col. = *et paulo pinguioris.* G P3. 𝔅 ... 𝔎 — *quidem.*

*medullae, muci* = 𝔐 ... 𝔎. Ee Bong. ex Cui. P3. = *medullae, musci.* quo indicari videtur *mucci,* altera scriptura. B(s m) G 𝔅 ... 𝔊 = *medullae, musculi.* B = *medullae masculi.* P4. = *medullae musculique sal.* Col. = *medullae in usiuli saliv.* G = *et quidam additum.*

*conplura genera* = Ee (sed scribit *quamplura*). BsG 𝔅 ... 𝔎 = *genera complura.* G = *humoris genera templum.*

4. *quae mature durentur* = BGe P3. 𝔊1. E = *quae mature durent.* quod si quis probaverit esse verbi *dureo* alias insoliti, laudabo. 𝔅 = *quae maturae durentur.* 𝔊2. ... 𝔎 = *quae matura durentur.* B (s∾) = *metellorum.* Fort. + *omnis metalli metallorum humus.* Fortun. ci.

auaritia). et quae in lapidem ex liquore uertuntur. In quaedam
uero terra humorque putrescit, sicut bitumen et cetera huic si-
milia. Haec est causa aquarum secundum legem naturae uo-
luntatemque nascentium. Ceterum ut in nostris corporibus ita 5
in illa saepe humores uitia concipiunt: aut ictus aut quassatio
aliqua aut loci senium aut frigus aut aestus corrupere naturam.
et sulphuratio contraxit humorem qui modo diuturnus est, modo
breuis. Ergo ut in corporibus nostris sanguis, cum percussa
est uena, tamdiu manat, donec omnis effluxit aut donec uenae
scissura subsedit atque interclusit aut aliqua alia causa retro de-
dit sanguinem: ita in terra solutis ac patefactis uenis riuus aut
flumen effunditur. Interest quanta aperta sit uena quae modo 6
consumpta aqua deficit, modo exsiccatur aliquo inpedimento,
modo coit uelut in cicatricem conprimitque quam perfecerat
uiam. modo illa uis terrae quam esse mutabilem diximus desi-
nit posse alimenta in humorem conuertere. aliquando autem
exhausta replentur modo per se uiribus recollectis, modo aliunde

m𝔈2. = *omne metallorum genus.* EG Gr. ∾. Amicus Grut. ci. = *omnis metallorum fomes.*

*petit aurum argentumque* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *aurum argentumque* [G p. m. — *que*] *petit.* sG = *ex liquore vertantur.* m𝔈1. = *ex liquore nectuntur.*

*In quaedam vero terra humorque putrescit* = E. Memm. = *In quaedam vero terra humorque putrescunt.* B = *In quibusdam vero locis terra humorum quae liquescit.* G = *In quibusdam vero locis locis terra humor* [s *que*] *liquescunt.* Gr. = *In quibusdam vero locis terra humorque liquescunt.* 𝔅 ... 𝔎 = *In quibusdam vero* [𝔅𝔈1. — *vero*] *locis terra humorque liquescit.* B Fort. = *voluntate nascentium* (B p. m. = *nescentium*). P3. = *voluntatemque natantium.*

5. BE(cr. ∾) Gr. 𝔅𝔈1. = *corrumpere naturam.* B — *ut* post *Ergo.*

*percussa est vena* = BEe. G 𝔅 ... 𝔎 = *percussa vena est.* B(s∾) G (s∾) = *tamdiu manet.* B = *effluxit ac donec* ∾ *atque iter clausit.* G (cr. ∾) = *intercludit.*

*aut aliqua alia causa* = Ee. B Fort. = *vel aliqua alia cura.* non vituperat Grut. G Gr. 𝔅 ... 𝔎 = *vel aliqua alia causa.* Ee = *ita interna solutis ac p.*

6. *quanta aperta sit vena* = sG. Ee = *quanta aperta est vena.* BG = *quanto aperta sit vena.* 𝔅 ... 𝔎 = *quantum aperta sit vena.*

*quae modo consumpta aqua deficit* = EeG. 𝔅𝔈1. = *quomodo consumpta* [Gr. mss. Ops. =] *aqua deficit.* Distinguendum putat Grut. *quomodo consumpta aqua. Deficit modo et exsiccatur.* B Fort. 𝔈2. ... 𝔎 = *quomodo consumpta aqua sit.* B (cr. ∾) = *modo colit velut in c.* 𝔅𝔈1. = *valde in cicatricem.* Col. = *aut in cicatricem.* e — *velut.* BE G Fort. Pall. ∾.

*conprimitque quam perfecerat viam* = Ee P3. B = *comprimitque illam quam fecerit viam.* Fort. = *comprimit illam quam perfecerit viam.* G Col. P4. 𝔐 ... 𝔎 = ∾ *quam fecerat viam.* 𝔅 ... 𝔖 = *premitque quam fecerat viam.* B = *mutabilem esse.* G (n.) Pall. 𝔅𝔈1. 𝔅2. + *ante exhausta replentur.* BE Col. ∾. G (s∾) Pinc. v. l. Col. 𝔅𝔈1. = *viribus collectis.* B = *modo aliunde transactis.*

**translatis. Saepe enim inania adposita plenis humorem in se**
**7 auocauerunt. Saepe terra, si facilis est in tabem, ipsa soluitur et humescit. Idem euenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur, grauiorque quam ut manere possit in natura sua gignit humorem. saepe colligitur roris modo tenuis et dispersus liquor qui ex multis in unum locis confluit: *sudorem* aquileges uocant, quia guttae quaedam uel pressura loci eliduntur uel aestu euocantur. Haec tenuis unda uix fonti sufficit et ex magnis causis magnisque conceptibus excidunt amnes, nonnumquam leuiter emissi, si aqua pondere se tantum detulit, nonnumquam uehe-**

*humorem in se avocaverunt* = Ee. BG𝔅...𝔎 = *humorem in se attrahunt.*

7. *Saepe terra, si facilis est in tabem, ipsa solvitur* = EeG. P3. = *Saepe terra si facilis est ipsa in tabem solvitur.* Col. 𝔐...𝔅1. = *Saepe terra, si facilis est, ipsa in tabem resolvitur.* 𝔅𝔊1. = *Saepe terra, si facilis est, in tabem ipsa resolvitur.* P4. = *Saepe terra si facilis est ipsa aliud in tabem resolvitur.* B Brit. = *Saepe transire facilis in aliud ipsa terra solvitur.* Fort. = *Ipse transire facilis in aliud. Ipsa terra in tabem resolvitur.* Fortun. ci. 𝔊2....𝔊 = *Ipse transire facilis in aliud. Saepe ipsa terra in tabem resolvitur.* Gron. ci. 𝔅2. = *saepe transire facilis in aliud ipsa terra in tabem solvitur.* 𝔑u 𝔎 = *Saepe* [𝔎 =, *saepe*] *transire facilis in aliud ipsa terra in tabem resolvitur.*

*Idem evenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur, gravior que quam ut manere possit in natura sua gignit humorem* = Ee. B = *Idem evenit si sub terra spissetur guioremque quam ut in natura sua manere possit signat humorem.* G = *Idem* [s e] *venit sub terra quod in nubibus ut spissetur gravioremque quam ut manere in natura possit signat humorem.* Fort. = *Idem evenit si sub terra spissetur, gravioremque, quam ut manere.* Fortun. ci. 𝔊2. = *Idem evenit sub terra quod in nubibus, si spissatur gravioremque quam ut manere in natura sua possit, gignat humorem.* P3. = *Idem evenit sub terra quod in nubibus, ut inspissetur graviorque ut materiae in natura possit. signat humorem.* P4. = *Idem evenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur graviorque quam ut manere in natura sua possit sigt humorem.* Col. = *Idem venit sub terra quod in nubibus, ut spissetur graviorque quam ut manere in natura possit, signat humerem.* 𝔅𝔊1. = *Idem evenit sub terra quod in nubibus ut spissetur graviorque quam ut manere in natura possit: significat* [𝔊1. = *gignat*] *humorem.* Pinc. v. l. = *ut spissetur.* Pinc. ci. = *Idem evenit sub terra quod in nubibus, ut spissetur, crassioremque quam ut manare in maria possit, gignat humorem.* Fromond. ci. = ut *spissetur vapor, gravioremque.* refutatur a Gron., qui probat *graviorque.* 𝔊...𝔎 = *Idem evenit sub terra, quod in nubibus, ut spissetur, gravioremque* [𝔅2....𝔎 = *graviorque*] *quam ut manere in natura sua possit, gignat humorem.* G (s∾) = *dispar-sus.* BG Fort. Gr. 𝔅𝔊1. = *Sudorem aquae leges vocant.* B = *quae guttae quaedam.* G = *vel pressure loci.* B = *vel pressura loci edun-tur.* 𝔅...𝔐 𝔍u = *Hic tenuis unda* contra mstos etiam Gr. B = *vix forti sufficit.*

*et ex magnis* = BEeG Gr. 𝔅...𝔊2. Pinc. ci. 𝔊...𝔎 = *At ex magnis.* BE (cr. ∾) e (cr. ∾) Fort. 𝔊2. = *excedunt.* G ex. Pinc. Gr. 𝔅 ∾. *nonnumquam leviter emissi, si aqua* = EmG P3. Anic. Scal. 𝔅𝔊1. = *emissi nonnumquam leviter, si aqua.* B — *nonnumquam leviter emissi.* G =

menter et cum sono, si illam spiritus intermixtus eiecit. XVI. Sed quare quidam fontes senis horis pleni senisque sicci sunt? Superuacuum est nominare singula flumina quae certis mensibus magna, certis angusta sunt et occasionem singulis quaerere, cum possim eamdem causam de omnibus reddere. Quemadmodum quartana ad horam uenit, quemadmodum ad tempus podagra respondet, quemadmodum purgatio, si nihil obstat, statutum diem seruat, quemadmodum praesto est ad mensem suum partus: sic aquae interualla habent quibus se retrahant et quibus redeant. quaedam autem interualla sunt minora et ideo 2
notabilia, quaedam maiora nec minus certa. Et quid hic mirum est, cum uideas ordinem rerum et naturam per constituta procedere? hiems numquam aberrauit. aestas suo tempore incaluit. autumni uerisque, ut solet, facta mutatio est. tam solstitium quam aequinoctium suos dies retulit. Sunt et sub terra minus nobis nota iura naturae, sed non minus certa: crede infra quicquid uides supra. Sunt et illic specus uasti, sunt

*unde nonnumquam leviter sed aqua.* P4. Col. 𝔈2. ... 𝔎 — *emissi.*

*pondere se tantum* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 + *pondere suo se tantum.*

*et cum sono, si* = BEe mss. Ops. G Gr. 𝔅 ... 𝔎 + *et cum sono suo, si.* B = *si illa spiritus.* Ee = *spiritus intermissus.* P3. = *intermixtus egerit.*

Cap. XVI.

G(m∾) — *senis horis pleni.* B(cr. ∾) = *nomina singula.*

*a turba te quantum potes separa* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *A turba, quantum potes, te separa.*

*n e adulatoribus* = Ee sG 𝔅. G = *ne adula t i o n ibus.* 𝔊1. . . . 𝔎 = *n e c adulatoribus.* Anic. + *artifices e n i m sunt.* G (m∾) Scal. = *ad ca p i e n d os superiores.*

**eris. Crede mihi, capieris, proditioni si ipse te trades. Ha- 4
bent hoc in se naturale blanditiae: etiam cum reiciuntur placent,
saepe exclusae nouissime admittuntur. Hoc enim ipsum inpu-
tant, quod repelluntur, et subigi ne contumelia quidem possunt.
Incredibile est quod dicturus sum, sed tamen uerum. Ea ma- 5
xime quisque patet qua petitur: fortasse enim ideo, quia patet,
petitur. Sic ergo formare, ut scias non posse te consequi, ut
sis inpenetrabilis. cum omnia caueris, per ornamenta feriet.
Alius adulatione clam utetur, parce, alius ex aperto, palam,
rusticitate simulata, quasi simplicitas illa, non ars sit. Plancus
artifex ante Uilleium maximus aiebat non esse occulte nec ex
dissimulato blandiendum.** ***Perit***, **inquit,** ***procari, si latet.***
**Plurimum adulator, cum deprehensus est, proficit: plus etiam- 6
nunc si obiurgatus est, si erubuit. Futuros multos Plancos
cogita in persona tua et hoc non esse remedium tanti mali nolle
laudari. Crispus Passienus quo ego nil noui subtilius in omni-**

*Crede mihi, capieris, proditioni si ipse te trades* = E. e = *Crede mihi, proditioni, si capieris, ipse te trades.* G P3. 4. 𝔅 ... 𝔖 = *Sed mihi crede, proditioni, si capieris, ipse te trades.* Col. = *Sed mihi crede perditioni si cupieris ipse te trades.* 𝔐 ... 𝔅1. = *Mihi crede, capieris, si proditioni ipse te trades.* Gron. ci. 𝔅2. = *Sed mihi crede, proditioni, si capteris, ipse te trades.* 𝔑u 𝔎 = *Mihi crede, proditioni, si capteris, ipse te trades.*

4. *novissime admittuntur* = Ee. G = *novissime reiciuntur.* 𝔅 ... 𝔎 = *novissime recipiuntur.* P3. + *Hoc enim ipsi vel ipsum imputant.* G (s∾) Gr. = *et subici ne contumelia q.* 𝔅 ... 𝔖 = *et subiici.* E Fort. ∾. Ee — *Incredibile est* ... [5.] *ut sis inpenetrabilis.* nec scio, an Senecae non sint. 𝔅 = *sed tantum verum.*

5. G (m∾) = *Ea miseria quisque patet qua petitur.* Fort. = *Ea maxime quisque patitur qua patet.* Gr. 𝔈1. ... 𝔖 = *Ea miseria quisque patet, quam patitur.* 𝔅 = *Ea cum omnia caveris* rell. om. Bong. ∾. G (s∾) = *Fortasse enim qui patet patitur.* P3. = *Fortasse enim idem patet patitur.* Fort. P4. Col. 𝔈1. ... 𝔖 = *Fortasse enim idem, qui patet patitur.* Gron. ci. = *Fortasse enim idem quod patet, petitur.* mG = *ut sciant non posse.* mG = *ut fias impenetrabilis.* 𝔖 = *cum omnia cavere.* EeG Gr. 𝔅 ... 𝔖 = *per ornamenta fiet.* Pinc. v. l. = *per munimenta feriet.* Pinc. ci. = *per veramenta feriet.* Bong. Lips. cii. — *parce* post *utetur.* Ee = *ars non sit.* E = *ante Villeium maxim.* G P3. 4. 𝔈2. ... 𝔖 = *ante Villeum maximus.* Col. = *ante Valerium maximus.* 𝔅𝔈1. = *ante vileum maximus.* 𝔐 𝔅1. = *ante Velleium maximus.* Lips ci. (ad Tac. A. VI, 32.) 𝔅2. ... 𝔎 = *ante Vitellium maximus.* probant Burm. Anth. L. I. p. 734. Gerh. Voss. ad Vell. I, 1. 𝔊ro = *ante Vitelleium maximus* ex errore librarii, ut videtur. Vet. lectio Ops. 𝔏 ... 𝔏4. ∾. G (s∾) = *Parit inquit.*

6. *Futuros multos Plancos cogita in persona tua* = Ee. G Gr. 𝔅 ... 𝔈2. 𝔐 ... 𝔎 = *Futuros multos in persona tua Plancos cogita.* Pinc. v. l. 𝔈𝔖 = *Futuros multos in personam tuam Plancos cogita.* Fortun. ci. m𝔈2. = *in provincia tua.* Col. = *non est remedium.* E (s∾) e (cr. ∾) = *nolle laudare.*

*quo ego nil novi* = EeG 𝔅 ... 𝔖. 𝔐 ... 𝔎 = *quo ego nil cognovi.* Ee

**bus rebus, maxime in distinguendis et curandis uitiis, saepe dicebat adulationibus nos non claudere ostium, sed operire et quidem sic ut amicae opponi solet, quae si inpulit, grata est,**
**7 gratior, si effregit. Demetrium egregium uirum memini dicere cuidam libertino potenti *facilem sibi uiam ad diuitias esse quo die bonae mentis poenituisset. Nec inuidebo,* inquit, *uobis hac arte, sed docebo eos quibus quaesito opus est quemadmodum non dubiam fortunam maris, non emendi uendendique litem subeant, non incertam fidem ruris, incertiorem fori temptent, quemadmodum non solum facili, sed etiam hilari uia pecuniam faciant gaudentesque dispo-***
**8 *lient. Te,* inquit, *longiorem Fido Annaeo iurabo et Apollonio pictore, quamuis staturam habeas Threcis cum Threce conpositi. Hominem quidem non esse ullum liberaliorem***

= *subtilius in distinguendis vitiis* rell. om. quae fortasse aliunde sunt ingesta. Col. = *in discindis et curandis vitiis.* Lips. (ad Tac. A. II, 6.) ci. = *in distringendis et curandis vitiis.*

*adulationibus nos non claudere ostium, sed operire.* Ita scribendum duco. EeG Fort. Pinc. v. l. Gr. 𝔅𝔈1. = *adulationibus non claudere ostium sed aperire.* 𝔈2. = *adulationi opus non claudere ostium, sed aperire.* 𝔊𝔊 = *adulationi opus esse non claudere ostium, sed aperire.* Lips. (l. l.) ci. = *adulationi opus esse non claudere ostium, sed operire.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *adulationi nos opponere, non claudere ostium.* Gron. (ad Tac. A. XII, 6.) ci. = *adulationi nos non claudere ostium, sed opponere.* Grut. ci. 𝔅2. = *adulationi nos non claudere ostium sed operire.*

*et quidem sicut amicae opponi solet* = Ee. G Gr. 𝔅 ... 𝔎 = *et quidem sic, quemadmodum opponi amicae* [𝔅𝔈1. = *amico*] *solet.* Fortun. ci. = *nec quidem.*

7. Ee = *Demetrius cuidam libertino potenti ait facilem.* De quo vide.

*sibi viam ad divitias esse quo die bonae mentis poenituisset* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *sibi esse ad divitias viam, quo die poenituisset bonae mentis.* Ee — *Nec invidebo* ... [12.] *Longum inter vos intervallum sit.* et vere aliena esse videntur.

*vobis hac arte* = G𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *vobis hanc artem.* 𝔅𝔈1. — *sed* ante *docebo.* probo. G = *si docebo eos.* 𝔅 = *quaesito quibus opus est.* G (s ∾) — *quemadmodum* ante *non dubiam.*

*vendendique litem subeant* = GGr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. ... 𝔎. 𝔐 ... 𝔅1. = *vendendique aleam subeant.* G = *non incerta fide mimecus* (m *ruris*). P3. 𝔈1. = *non incertam fidem iuris.* 𝔅 = *non incerta fide iuris.* P4. = *non incerta fide ruris.* Col. = *non inerta fide ruris.* Fort. ∾. G (s∾) — *sed etiam* ante *hilari via.* P3. = *etiam hilari via* om. *sed.* Col. 𝔅 = *et hilari via.* P4. 𝔈1. = *sed hilari via* om. *etiam.*

8. *et Apollonio pictore* = sG m𝔍u. G = *et Apollonio picture.* 𝔅𝔈1. = *Apollonio picturae* (*P.*). Fort. = *et Apollonio Pyctae.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔎 = *et Apollonio Pycta* (*pycta*).

*Threcis cum Threce compositi* = ci. Lips. (Satt. II, 9.) 𝔊ro ... 𝔎. G = *techisum theente* [s. m. *threce*] *compositi.* Cod. Lips. = *Threcisum trece compositi.* P3. = *staturam hominis cetesimi thetra compositi.* P4. = *habeas Thitesum Threce compositi.* Col. = *Thetisum Threce compositi.* Fort. = *Thetisi in Threce*

*non mentiar, cum possis uideri omnibus donasse quicquid*
*dereliquisti.* Ita est, mi Iunior, quo apertior est adulatio, quo
inprobior, quo magis frontem suam perfricuit, cecidit alienam,
hoc citius expugnat. Eo enim iam dementiae uenimus, ut qui
parce adulatur pro maligno sit. Solebam tibi dicere Gallionem 9
fratrem meum quem nemo non parum amat, etiam qui amare
plus non potest, alia uitia non nosse, hoc eum odisse. Ab omni
illum parte temptasti: ingenium suspicere coepisti, omnium ma-
ximum et dignissimum, quod consecrari malles quam conteri:
pedes abstulit. frugalitatem laudare coepisti qua sic a nummis
resiluit, ut illos nec habere nec damnare uideatur: prima sta-
tim uerba praecidit. coepisti mirari comitatem et inconpositam 10
suauitatem quae illos quoque quos transit abducit, gratuitum etiam
in obuios meritum: nemo enim mortalium uni tam dulcis est
quam hic omnibus, cum interim tanta naturalis boni uis est, uti
artem simulationemque non redoleat. Nemo non inputari sibi
bonitatem publicam patitur. Hoc quoque loco blanditiis tuis re-

*compositi.* 𝔅𝔈1. = *thetisũ recte compositi.* Fortun. ci. 𝔈2. . . . 𝔊 = *Thetisi Threcae incompositi.* Turneb. (Advv. XXI, 19.) ci. = *Threcis in Threcem compositi.* 𝔐 ... 𝔏4. = *Thracae incompositi.* G Gr. = *non esse illum liberaliorem.* 𝔅𝔈1. = *non esse illo liberaliorem.* Pinc. ci. — *non* ante *mentiar.* G = *cum possit videri.* G 𝔅 = *Ita est mihi iunior.* P4. Col. 𝔈1. = *Ita est mihi vilior.* Fort. P3. ∾. nec tamen satis mihi constat de *Iunioris* nomine. cf. III, 1, 1. G (s∾) = *quo apertior sit ad. quo impropior.* G 𝔅 . . . 𝔎 = *cecidit aliam.* G Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. = *quod qui parce adulatur.*

9. Pinc. ci. = *Solebas mihi dicere.* Tronc. — *nemo* ante *non parum.* G (cr. ∾) = *qui amare plenus non potest.* Gr. 𝔅 . . . 𝔈2. = *talia vitia non nosse.* G Pinc. ci. ∾.

*hoc eum odisse* = G (s.m.) Gr. 𝔅 . . . 𝔊 𝔅2. 𝔐 . . . 𝔅1. ℜu 𝔎 = *hoc etiam odisse.* G = *hoc autem audisse.* P4. Col. 𝔈1. = *ab omni illum parte tentasse.* G Fort. P3. 𝔅 ∾. G 𝔅 = *Ingenium suscipere coepisti.* G P3. Col. 𝔅 ... 𝔅2. = *quod consecrari mallet.* mG = *consecari.* P4. = *consectari.* Pinc. ci. = *quod conservari malles.* 𝔅𝔈1. = *quam converti.* mG = *quam teri vani vi.*

*frugalitatem laudare coepisti qua sic a nummis resiluit, ut illos nec habere nec damnare videatur* = ℜu 𝔎. probat Gron. Turneb. (Advv. XXI, 19.) ci. 𝔊ro ... 𝔅2. — *nec* ante *habere* (sed illud *nummis* Turnebo debetur). G Fort. Gr. 𝔅𝔈1. = *Frugalitatem laudare coepisti* [𝔅𝔈1. = *coepit*] *quae sic* [P4. = *sit*] *a nobis* [𝔈1. = *a vobis*] *resiluit* [sG = *resistit*] *ut illos nec habere nec damnare videatur.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔊 = *Frugalitatem laudare coepit, quare sic a nobis resiluit? uti nos nec laudare nec damnare videatur.* 𝔐 ... 𝔏4. — *qua sic . . . videatur.* G = *prima stanti verba.*

10. 𝔅 ... 𝔎 = *et compositam suavitatem.* G Pinc. v. l. Gr. ∾. P3. 𝔅 = *quos transit adducit.* Col. — *abducit.* P4. = *etiam morbi vos meritum.* Pinc. ci. = *etiam in omnes meritum.* G (cr. ∾) = *etiam in ovios meritum.* G P3. 4. 𝔅𝔈1. = *ubi artem simulationemque redolet.* Col. = *ut artem simulationemque redolet.* Fort. ∾. 𝔅 = *impulare sibi.* P3. = *Hic quoque blanditiis.* non reiicit

**stitit, ut exclamares inuenisse te inexpugnabilem uirum aduer-**
**11 sus insidias quas nemo non in sinum recipit. Eo quidem magis hanc eius prudentiam et in euitando ineuitabili malo pertinaciam te suspicere confessus es, quia speraueras posse apertis auribus recipi, quamuis blanda diceres, quia uera dicebas. Sed eo magis intellexit obstandum. Semper enim falsis a uero petitur ueritas. Nolo tamen tibi displiceas, quasi male egeris mimum et quasi ille aliquid iocorum aut doli suspicatus sit. Non depre-**
**12 hendit te, sed repulit. Ad hoc exemplar coupouere. Cum quis ad te adulator accesserit, dicito: I tu, ista uerba quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt ferto ad aliquem qui paria facturus uult quicquid dixeris audire. Ego nec decipere uolo nec decipi possum. Laudari me a uobis, nisi laudaretis etiam malos, uellem. Quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere cominus possint? Longum inter uos interuallum sit. Cum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeas? ipse te lauda. dic: Liberalibus me studiis tradidi, quamquam paupertas alia suaderet et ingenium abduceret ubi prae-**

Grut. G(s∾) = *ut exclamaret.* G (s∾) = *te inpugnabilem.*

11. 𝔅 = *te suscipere confessus es.* 𝔅 = *apertis auris recipi.* mG = *semper enim falsis auro petitur veritas.* Bong. Gr. 𝔅 = *quasi male egeris nimium.* 𝔊1.... 𝔊 — *mimum.* G (s∾) = *suspicatus est.*

12. Gron. ci. = *et repulit.* Chifl. = *ad hoc exemplar compone te.* 𝔅 = *Cum quis ad te adulatorum accerserit.*

*I tu, ista verba quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt ferto ad aliquem qui paria facturus vult quicquid dixeris audire* = Pinc. v. l. (sed nonnulla exx. = *ferte*) 𝔊...𝔏4. (𝔊𝔊 = *transeant*). probat Grut. G = *Vis tu ista verba quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeant* [s∾] *ferte ad aliquam quia* [s. m. *qui*] *paria facturus vult quicquid dixerit audire.* Gr. = *Vis tu ista verba.* P3. = *frigide vel ferre ad aliquem.* P4. Col. = *ferre ad aliquem.* P3. = *qui paria facturus vult quicquid dixerit audire.* P4. Col. = *quia paria facturus vult quicquid dixerit audire.* 𝔅 = *Vis tu ista verba quae iam ab alio magistratu ad alium cum victoribus transeant? Ferte ad aliquem qui paria facturus vult quicquid dixerit audire.* 𝔊1. 2. = *Vis tu ista verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeant, ferre ad aliquem, quia* [𝔊2. = *qui*] *paria facturus, vult, quicquid dixerit, audire.* 𝔊ro... 𝔎 = *Vis tu ista verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum lictoribus transeunt, ferre ad aliquem, qui paria facturus, vult quicquid dixeris, audire?* probat Gron. sed ci. = *tam alio magistratu ad alium quam lictores.* P3. = *Quod autem necesse est, nihil descendere.* Col. = *quicquid etiam necesse est in hoc descendere.* 𝔅 = *Quod autem necesse est.* G 𝔅 = *ut te petere quominus possint.* Anic Chifl. = *inter nos intervallum sit.* E (s∾) — *me* post *Liberalibus.* Ee = *quamquam pauper* [P4. Col. 𝔅𝔊1. =] *alias vaderet.* P3. = *alia vaderet.* G Fort. ∾.

*et ingenium abduceret* = P4 𝔊2.... 𝔊. EeG P3. Col. 𝔅𝔊1. = *et ingenium obduceret.* 𝔐...𝔏4. = *et in-*

**sens studii pretium est. Ad gratuita carmina me deflexi et ad 13**
**salutare studium philosophiae me contuli. Ostendi in omne**
**pectus cadere uirtutem et eluctatus natalium angustias non sorte**
**me, sed animo mensus par maximis steti. Non mihi in amicitia**
**Getulici Caius fidem eripuit, non in aliorum personam infelici-**
**ter amatorum Messala et Narcissus, diu publici hostes antequam**
**sui, propositum meum auertere potuerunt: ceruicem pro fide 14**
**opposui. Nullum uerbum mihi quod non salua bona conscien-**
**tia procederet excussum est. Pro amicis omnia timui, pro me**
**nihil, nisi ne parum bonus amicus fuissem. Non mihi muliebres**
**fluxere lacrimae, non e manibus ullius supplex pependi. Nihil**
**indecorum nec bono nec uiro feci. Periculis meis maior, para-**
**tus ire in ea quae minabantur gratias egi fortunae, quod expe-**
**riri uoluisset quanti aestimarem fidem. Non debebat mihi, paruo 15**
**res tanta constare. Nec examinauit me quidem diu: neque**
**enim paria pendebant utrum satius esset me perire pro fide an**
**fidem pro me. Non praecipiti inpetu in ultimum consilium quo**

*genium eo duceret.* 𝔊ro ... 𝔎 + *et ingenium eo abduceret.*

13. *Ad gratuita carmina me deflexi* = Ee. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔎 = *Ad gr. c. deflexi me.* Fort. = *Ad gratuita carmina deduxi me.* P3. = *Ad gratuita deduxi me.*

*et ad salutare studium philosophiae me contuli* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *et ad salutare philosophiae studium contuli.* G (m∾) — *pectus* ante *cadere virtutem.* P3. = *in omne pectus eandem virtutem.* 𝔅 ... 𝔈1. + *in omne pectus eandem cadere virtutem.* E Pinc. v. l. P4. Col. ∾.

*non sorte me* = Ee. G = *ne sorte me.* sG 𝔅 ... 𝔎 = *nec sorte me.*

*Non mihi in amicitia Getulici Caius fidem eripuit* = G (s.m.) m𝔍u. G = *Non mihi inimicitia Getulici Gaius fidem eripuit.* Ee = *Non mihi inimicitia Getulici vel Gaius fidem eripuit.* Proba fortasse *vel* Partic. Fort. Col. = *Getulici Gaius.* P3. = *Getulici Gai.* P4. = *Getulici gravis.* 𝔅 = *Non mihi inimicitia Gettuli gaii fidem eripuit.* 𝔈1. = *Non mihi inimicitia Gettuli gravis fidem eripuit.* Fortun. ci. 𝔈2. ... 𝔅2. = *Non mihi inimicitia Gaetulici Caii fidem eripuit.* Gron. ci. 𝔑u 𝔎 = *Non mihi amicitia Gaetulici Caii fidem eripuit.* P3. = *in aliorum persona infeliciter armatorum.* Fortun. ci. m𝔈2. = *infeliciter armati.* Ee = *Messela et Narscisus.* P3. = *Mersala.* 𝔅 = *Messella et Marcisus.* m𝔈2. = *Messalina.* Col. = *publici hoste ante sui.*

*avertere potuerunt* = Ee. G𝔈1. ... 𝔎 = *potuerunt evertere.* 𝔅 = *potuere evertere.*

14. *Cervicem pro fide opposui* = E sG 𝔐𝔑 ... 𝔅2. GGr. 𝔅 ... 𝔊𝔑u 𝔎 = *Cervicem pro fide apposui.*

*salva bona conscientia* = EeG P3. 4. 𝔅 ... 𝔈2. Pinc. v. l. Col. 𝔊 ... 𝔎 — *bona.* e = *pro me nil.* Gr. + *pro me nihil mihi.* e = *nil indecorum.* G (s∾) P4. Col. 𝔅 = *Periculis meis magis.* 𝔈1. — *maior.*

*gratias egi fortunae* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *egi gratias fortunae.* G = *quanti existimarem fidem.*

15. Ee — *Non debebat ... furori potentium misi.* de quibus vide. G (s∾) = *Non debeat mihi.* G (s∾) = *Ne examinavit* [s. m. *examinavi*] *me.* P3. = *Nec exinanivit me.* G Fort. Gr. 𝔅𝔈1. = *utrum satis esset.* Fortun. ci. ∾.

me eriperem furori potentium misi. Uidebam apud Caium tormenta, uidebam ignes. sciebam olim sub illo in eum statum res humanas decidisse, ut inter opera misericordiae haberentur oc-
16 cisi. Non tamen ferro incubui nec in mare aperto ore desilui, ne uiderer pro fide tantum mori posse. Adice nunc inuictum muneribus animum et in tanto auaritiae certamine numquam suppositam manum lucro. Adice nunc quoque uictus parsimoniam, sermonis modestiam, aduersus minores humanitatem, aduersus maiores reuerentiam. Post haec ipse te consule uerane an falsa memoraueris. Si uera sunt, coram magno teste lauda-
17 tus es, si falsa, sine teste derisus es. Possum et ipse nunc uideri te aut captare aut experiri. Utrumlibet crede et omnes timere a me incipe. Uergilianum illud exaudi,

*Nusquam tuta fides.*

aut Ouidianum,

*Qua terra patet fera regnat Erinnys:*
*In facinus iurasse putes.*

18 aut illud Menandri: (quis enim non in hoc magnitudinem ingenii sui concitauit detestatus consensum humani generis tendentis ad uitia?) *Omnes* ait *malos uiuere* et in scenam uelut rusticus poeta prosiluit. Non senem excepit, non puerum, non feminam, non uirum. et adicit non singulos peccare, non paucos,

*ut inter opera misericordiae haberentur occisi* = Ee. G Gr. Scal. 𝔅𝔊1. 𝔐an = *ut inter misericordiae opera haberentur occisi.* 𝔊2. ... 𝔎 = *ut inter misericordiae opera haberetur occidi.*

16. E(s∾) — *in* ante *mare.* EeG 𝔅 = *aperto ore dissilui.* e — *ne viderer ... mori posse.* G(m∾) — *manum* ante *lucro.*

*Adice nunc quoque victus parsimoniam* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 — *quoque.*

*Post haec ipse te consule* = E. G 𝔅 ... 𝔎 = *Post hoc ipse te cons.* EeG Gr. Scal. 𝔅 = *an falsa memoraverim.* E(cr.∾) = *sine te derisus es.* G = *sine teste decisus es.*

17. Ee + *Possum et ipse nunc videri a te.* G Gr. 𝔅 = *Possum et ipse non videri a te.* G(cr. ∾) = *Utrum libet credere.* Ee — *Vergilianum illud* ... [18.] *scelus esse contextum.*

*Vergilianum illud exaudi* = ci. amicus Grut. probat Gron. [ms]. Fort. G P4. Col. 𝔅𝔊1. = *Virgilianum illud excludi.* P3. = *Virg. istud excludi.* Grut. ci. 𝔊 = *Virgilianum illud exclude.* Fortun. ci. 𝔊2.𝔊 = *Vergilianum illud excude.* 𝔐 ... 𝔎 = *V. illud excute.*

*Nusquam tuta fides.* Virg. A. IV, 373.

*Ovidianum.* M. I, 241. sq. G = *fera regna [s t] Erinis.*

18. Anic. = *omnes ait male vivere.* Col. = *velut rusticus porca.*

*Non senem excepit* = G𝔊1. ... 𝔏4. 𝔅𝔊ro ... 𝔎 = *Non senem excipit.* 𝔐 = *et adiecit.*

*non singulos peccare, non paucos* = G. Gr. = *in singulos peccare non paucos.* 𝔅 ... 𝔊 = *singulos peccare non* om. *non* priore. 𝔅 ... 𝔎 = *non singulos peccare nec paucos.*

sed iam scelus esse contextum. Fugiendum ergo et in se red-
eundum est, immo etiam a se recedendum. Hoc tibi, etsi 19
mari diuidimur, praestare temptabo, ut dubium uiae iniecta ma-
nu ad meliora perducam. et ne solitudinem sentias, hinc tecum
miscebo sermones. Erimus una qua parte optimi sumus: da-
bimus inuicem consilia non ex uoltu audientis pendentia. Longe
te ab ista prouincia abducam, ne forte magnam historiis esse
fidem credas et placere tibi incipias, quotiens cogitaueris: Hanc 20
ego habeo sub meo iure prouinciam quae maximarum urbium
exercitus et sustinuit et fregit, cum inter Carthaginem et Ro-
mam ingentis belli pretium iacuit, cum quatuor Romanorum
principum, id est totius imperii uires contractas in unum locum
uidit altamque Pompeii fortunam erexit, Caesaris fatigauit, Le-
pidi transtulit, omnium cepit. quae illi ingenti spectaculo 21
interfuit ex quo liquere mortalibus posset quam uelox foret ad
imum lapsus ex summo quamque diuersa uia magnam potentiam
fortuna destrueret. Uno enim tempore uidit Pompeium Lepi-
dumque ex maximo fastigio aliter aliterque ad extrema deiectos,
cum Pompeius alienum exercitum fugeret, Lepidus suum.

mG = *et in se recedendum.* G(cr. ∾) = *immo etiam ad se recedendum.*

19. *mari dividimur* = Ee. mG 𝔅 ... 𝔎 = *dividimur mari* (𝔅 = *mare*). G = *dividimur malim praestare* om. *temptabo.* Ee — *ut dubium viae . . . perducam.* G (s.m.) = *ut subinde te interiecta manu.* P3. = *ut dubium me iniecta manu.* P4. Col. 𝔅 = *ut dubium me interiecta manu.* Fort. P3. = *qua parte meliores sumus.* E = *et* [s *non*] *ex vultis* [s m. *votis*] *audientis pendentia.* e = *et non ex vultis* [cr. *votis*] *audientis pendentia.* G(s∾) Gr. 𝔅 ... 𝔊 = *et ex vultu audientis pendentia.* Pinc. ci. 𝔑u 𝔎 = *et ex vultu audientis pendentem longe te.* Ee = *ab hac provincia.* G (s∾) Gr. 𝔅 = *adducam.* G(m∾) — *cogitaveris.*

20. G = *sub modo* [s *pio*] *iure provinciam.* e — *et* ante *sustinuit.* G = *cum quatuor principibus Romanorum.*

*altamque Pompeii fortunam erexit* = 𝔅 ... 𝔎. Sed aliquid vitii latere in voce *altamque* facile mihi persuasi. Videtur Seneca scripsisse: *alteque Pompeii f. e.* vel *adflictamque Pompeii f. e.* E = *ald'que* [i. e. *aliudque*] *Pomp. f. e.* e = *altamque* [?] *Pompeii fortunam rexit.* G = *in unum locum* [m *aliumque Pompei*] *fortuna erexit.* Pinc. v. l. = *altumque Pompeii fortuna erexit.* Pinc. ci. = *animumque Pompeii fortuna erexit.* P3. = *aliumque Pompei fortunam rexit.* P4. = *aliumque Pompeii fortunam erexit.* Col. = *aliumque Pomp. fortuna erexit.*

*omnium cepit* = Ee P3. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔎 + *omniumque cepit.* Pinc. ci. = *omnium concussit.*

21. Pinc. ci. = *qui illi ingenti spectaculo interfuere: quo liquere.*

Ee = *ex quo liquere mortalibus potest quam velox sit ad imum lapsus e summo.* G — *lapsus* ante *ex summo.* Gr. = *ex magno fastigio.* Ee — *maximo.*

*aliter aliterque ad extrema deiectos* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 — *aliterque.*

**I. Itaque ut totum te inde abducam, quamuis multa habeat Sicilia in se circaque se mirabilia, omnes interim prouinciae tuae quaestiones praeteribo et in diuersum cogitationes tuas abstraham. Quaeram enim tecum id quod superiore libro distuli: Quid ita Nilus aestiuis mensibus abundat? cui Danubium similis naturae philosophi tradiderunt, quod et fontis ignoti et aestate**
**2 quam hieme maior sit. Utrumque adparuit falsum: nam et caput eius in Germania esse conperimus et aestate quidem incipit crescere, sed adhuc manente intra mensuram suam Nilo primis caloribus, cum sol uehementior intra extrema ueris niuis emollit quas ante consumit quam Nilus tumescere incipiat: reliquo uero aestatis minuitur et ad hibernam magnitudinem redit atque ex ea dimittitur. II. At Nilus ante ortus Caniculae augetur mediis aestibus ultra aequinoctium. Hunc nobilissimum amnium natura extulit ante humani generis oculos et ita disposuit, ut eo tempore inundaret Aegyptum quo maxime usta feruoribus terra**

Cap. I.

*Itaque ut totum te inde abducam* Ee. G = *Itaque ut totam mente abducam.* Fort. P3. Col. 𝔅 … 𝔊 𝔅2. … 𝔎 = *Itaque ut totum mente abducam.* Pinc. ci. = *Itaque ut totum mihi te abducam.* P4. = *Itaque ut totam mentem abducam.* 𝔐 … 𝔅1. = *Itaque ut te tota mente abducam.* G = *quamvis multa habuit* [s∾] *in se Sicilia circa se mirabilia.* G (m∾) — *praeteribo et in diversum cogitationes.* Etiam P4. „hic aliquot voces transiliit.“ P3. = *cogitationes tue.* Col. = *cogitationes suas.*

*superiore libro* = Ee. G 𝔅 … 𝔎 = *libro superiore.*

*Quid ita Nilus aestivis mensibus abundat?* = EeG P3. 4. Col. 𝔅 … 𝔎 = *Quid ita Nilus aestivis mensibus abundet*

*cui Danubium similis naturae philosophi tradiderunt* = E. G = *cui Danubium similem* [ortum hoc ex simil' ñ i. e. *similis naturae*] *philosophi tradiderunt.* mG 𝔈1. … 𝔏4. = *Cui Danubium similem habere naturam philosophi tradiderunt.* Gr. 𝔅 = *cui Danubium similem naturam philosophi tradiderunt.* Fort. 𝔊ro … 𝔎 = *Cui Danubium similem natura philosophi tradiderunt.* probat Grut. G (m∾) — *quam hieme* … [2.] *et aestate.*

2. P4. = *caput esse in Germania comperimus.* Grut. ci. = *caput eius in Germania comperimus.* sG = *quidam incipit crescere.*

*intra extrema veris* = E. G 𝔅 … 𝔎 = *inter extrema veris.*

*nivis emollit* = E. G 𝔅 … 𝔎 = *nives emollit.*

*quam Nilus tumescere incipiat* = E. e = *quam Nilus intumescere incipiat.* G P4. Col. 𝔅 = *quam contumescere Nilus incipiat.* P3 = *tumescerẽ* (de verborum ordine nil proditur). 𝔈1. … 𝔎 = *quam intumescere Nilus incipiat.*

*atque ex ea dimittitur* = Ee Fort. P3. Col. 𝔈1. 2. 𝔅1. 𝔑u 𝔎. G Pinc. v. l. P4. 𝔚𝔈 … 𝔊ro 𝔅2. = *atque ex ea demittitur.*

Cap. II.

*ante ortus Caniculae* = EeG. Gr. 𝔅 … 𝔊 𝔊ro 𝔅2. … 𝔎 = *ante ortum Caniculae.* 𝔐 … 𝔏4. 𝔅1. = *ante exortum Caniculae.*

*Hunc nobilissimum amnium* = mG Trist. E = *Hunc nobilissimum animum.* sEG 𝔅 … 𝔎 = *Hunc nobilissimum amnem.*

undas altius traheret tantum usura quantum siccitati annuae sufficere possit. Nam in ea parte quae in Aethiopiam uergit aut nulli imbres sunt aut rari et qui insuetam aquis coelestibus terram non adiuuent. Unam, ut scis, Aegyptus in hoc spem ha- 2
bet suam: proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influxit aut parcior. Nemo aratorum adspicit coelum: quare non cum poeta meo iocor et illi Ouidium suum inpingo? qui ait,

*Nec Pluuio supplicat herba Ioui.*

Unde crescere incipiat si conprehendi posset, causae quoque in- 3
crementi inuenirentur: nunc uero magnas solitudines peruagatus et in paludes diffusus, gentibus sparsus circa Philas primum ex uago et errante colligitur. Philae insula est aspera et undique praerupta: duobus in unum coituris amnibus cingitur qui Nilo mutantur et eius nomen ferunt. urbem totam conplectitur. Ab hac Nilus magnus magis quam uiolentus egressus Aethiopiam arenasque per quas ad commercia Indici maris iter est praelabitur. Excipiunt autem Cataractae, nobilis insigni spectaculo locus. 4
Ibi per arduas excisasque pluribus locis rupes Nilus exsurgit et

*undas altius traheret* = EeG Col. Anic. Scal. 𝔅. P3. (an 4?) = *undas alterius traheret*. P3. (an 4?) 𝔊1. ... 𝔎 = *undam altius traheret*.

*tantum usura* = EeG Gr. 𝔅𝔊1. (se = *vel hausura*). Fort = *tantum ausura*. Fortun. ci. 𝔊2. ... 𝔎 = *tantum hausura*. G(s∾) = *qua in Aethiopiam vergit*.

2. *spem habet suam* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *spem suam habet*.

*proinde aut sterilis annus* = E 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎. P3. = *quod inde sterilis annus*. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. — *aut*. G(cr. ∾) = *aut apercior*.

*Nemo aratorum adspicit coelum*. Ruhk. haec verba esse Lucilii putat. Ee = *Quare nunc cum poeta meo iocor*. G = *Quare non* [s *cum*] *poeta in eo* [s *meo*] *iocor*. P3. 4. 𝔅 ... 𝔖 = *Quare non cum poeta in eo iocor*. 𝔐an = *Quare non cum poeta in ea re iocor*. Ee = *et illi Ovidianum suum impingo*.

*Nec Pluvio supplicat herba Iovi*. Tibull. I, 7, 16. G(s∾) Col. = *Nec pluvia*. Fort. P3. 𝔅 ... 𝔖 = *Nec pluvias*. P4. = *et pluvias*.

3. Apud E *incipiat* est in lit. G = *etiam in paludes*. sG = *et ingentibus sparsus*. e(s. m) = *Philae insula est aspersa*. Ee = *in unum comitibus amnibus*. quod velim examines.

*urbem totam conplectitur. Ab hac Nilus* = EeG(s. in) vet. cod. Ops. Scal. Tronc. GGr. 𝔅𝔊1. = *Urbem totam complectitur. Ad hanc Nilus*. Fort. 𝔊2. ... 𝔎 = *Urbem totam complectitur. Hanc Nilus* (𝔑u = *hanc Nilus*,). Fortun. ci. = *Urbs totam complectitur. Hanc Nilus*. Pinc. ci. = *Urbs eam totam complectitur. Hanc Nilus*. Koeler ci. = *Urbem totam complectitur haec. Nilus*. Id certe perspexit verbum *conplectitur* ad *insulam* referri.

*per quas ad commercia Indici maris iter est* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *per quas iter ad commercia Indici maris est*. G = *preliabitur*.

4. *Excipiunt autem Cataractae* = EeG P3. Col. 𝔅 ... 𝔖. mG + *Excipiunt autem eum cataractae*. P4. — *autem*. 𝔐 ... 𝔎 = *Excipiunt eum Cataractae*.

*Nilus exsurgit* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *Nilus insurgit*.

**uires suas concitat. Frangitur enim occurrentibus saxis et per angusta reluctatus, ubicumque uincit aut uincitur, fluctuat et illic primum excitatis aquis quas sine tumultu leni alueo duxerat uiolentus et torrens per malignos transitus prosilit dissimilis sibi:**
5 **quippe ad id lutosus et turbidus fluit. At ubi scopulos cautium uerberauit spumat et illi non ex natura sua, sed ex iniuria loci color est. tandemque eluctatus obstantia in uastam altitudinem subito destitutus cadit cum ingenti circumiacentium regionum strepitu. quem perferre gens ibi a Persis collocata non potuit obtusis adsiduo fragore auribus et ob hoc sedibus ad quietiora translatis. Inter miracula fluminis incredibilem incolarum audaciam accepi. Bini paruula nauigia conscendunt quorum alter**
6 **nauem regit, alter exhaurit. deinde multum inter rapidam insaniam Nili et reciprocos quidem fluctus uolutati tandem tenuissimos canales tenent per quos angusta rupium effugiunt et cum toto flumine effusi nauigium ruens manu temperant magnoque spectantium metu in caput missi, cum iam adploraueris mersos-**

*et per angusta r e luctatus* = Ee. Gr. 𝔅 ... 𝔊 = *et per angusta* [𝔈1. ... 𝔊 = *angust i a s*] *e l u c t a t u r.* G 𝔐 ... 𝔎 = *et per angusta e l u ctatus.*

*et illic primum excitatis aquis* = Ee. G 𝔅 . . . 𝔎 = *et illic excitatis primum aquis.* G 𝔅𝔈1. = *le v i alveo.* Ee = *violentus et torrens per malignos trans i l i tus prosilit.* G Col. 𝔅𝔈1. = *violentus et per malignos transitus torrens prosilit.* P3. = *violent o s et torrens per malignos transi l i t u r prosilit.* P4. = *violent o s et per malignos transitus torrens prosilit.*

5. *At ubi scopulos c a u t i u m v e r b e r a vit* = G (s.m.). E = *At ubi scopulos c a n c r ū* [vel *c a n t r ū*] *verberavit.* e + *At ubi i n scopulos cautium verberavit.* Fort. 𝔈2. . . . 𝔊 = *At ubi i n scopulos cautium i n t r a vit.* G = *At ubi i n scopulos caut i u s verberavit.* P3. = *Ubi i n scopulos cautium l i b e r a vit spum a s* om. *At.* P4. Col. = *At ubi i n scopulos cauti u s l i b e r avit spum a s.* 𝔅𝔈1. = *At ubi i n scopulos cauti u s* [m𝔈1. = *cautium*] *l i bravit* (𝔅 = *spu a n t*). Grut. ci. 𝔚2. = *At ubi i n scopulos cautium l i bravit.* 𝔐 ... 𝔚1. = *At ubi scopulos verberavit* om. *cautium.* Gron. ci. = *At ubi scopul o r u m f a u c e s l i b e ravit.* ℜu 𝔎 = *At ubi i n scopulos f a u cium i n t r avit.* Pinc. ci. = *At ubi i n scopulos a r c t i u s i n t r a vit.* Mihi quidem olim in mentem venit: [m𝔈1. =] *At ubi i n* [vel *i n t e r*] *scopulos cautium v i b r avit.* G 𝔅 . . . 𝔊 = *Tandem eluctatus* om. *que.* G (cr. ∾) = *obstant i a m.* sG = *desti t u t i s.* G (cr. ∾) = *strepit u m quem p r o ferre.*

*gens ibi a P e r s i s collocata* = E mG m𝔈2. 𝔐 ... 𝔚2. G Gr. 𝔅 ... 𝔊 ℜu 𝔎 = *gens ibi a s p e r i s collocata.* G (cr. ∾) = *assiduo fran g e re.* 𝔅 = *assid u e fra n g e r e auribus.* 𝔈1. = *assid u e fran g i t u r auribus.* G (cr. ∾) Fort. Gr. 𝔈1. ℜu𝔎 = *ad quietiora transl a t i sunt.* 𝔅 = *ad a e q uietiora transla t i s u n t.* E Fortun. ci. ∾. Idem Fortun. ci. = *ad quietiora transla t i s u n t* sine *sedibus.*

6. Ee — *multum* ante *inter rapidam insaniam.*

*et reciprocos q u i d e m fluctus* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 — *quidem.* G (cr. ∾) = *angusta rupium f u g iunt.* e = *temper a t.* G (cr. ∾) = *magn o s que spectantium.* P3. + *spectantium metu v e l m o t u.*

*in caput m i s s i* = EG Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔚2. probat Lud. Ianus. 𝔐 ... 𝔚1.

que atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo in quem ceciderunt loco nauigant tormenti modo missi. nec mergit cadens unda, sed planis aquis tradit. Primum incrementum Nili 7
circa insulam quam modo retuli, Philas, nascitur. Exiguo ab hac spatio petra diuiditur: Ἄβατον Graeci uocant nec illam ulli nisi antistites calcant. illa primum saxa auctum fluminis sentiunt. Post spatium deinde magnum duo emicant scopuli: *Nili uenas* uocant incolae. ex quibus magna uis funditur, non tamen quanta operire posset Aegyptum. In haec ora stipem sacerdotes et aurea dona praefecti, cum sollemne uenit sacrum, iaciunt. Hinc iam manifestus nouarum uirium Nilus alto ac 8
profundo alueo fertur, ne in latitudinem excedat, obiectu montium pressus. Circa Memphim demum liber et per campestria uagus in plura scinditur flumina manuque canalibus factis, ut sit modus in deriuantium potestate, per totam discurrit Aegyptum. Initio diducitur, deinde continuatis aquis in faciem lati ac turbidi maris stagnat: cursum illi uiolentiamque eripit latitudo regionum in quas extenditur dextra laeuaque totam amplexus Aegyptum. Quantum creuit Nilus, tantum spei in annum est. nec conpu- 9
tatio fallit agricolam: adeo ad mensuram fluminis respondet quam fertilem facit Nilus. Is arenoso et sitienti solo et aquam

𝔑u 𝔎 = *in caput nixi.* Koeler ci. — *missi.* e = *mersos* om. *que.*

*in quem ceciderunt* = EeG 𝔅𝔈1. 𝔈2.... 𝔎 = *in quem ceciderant.* Lud. Ianus ci. = *tormenti missilis.* Ee + *nec mergit cadens illos unda.*

7. *circa insulam quam modo retuli, Philas, nascitur* = Ee Fort. Gr. 𝔅 ... 𝔈2. 𝔅2. Pinc. ci. 𝔖 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *circa insulam quam modo retuli Philas noscitur.* mG = *circa i. q. m. r. Philas visitur.* Ee 𝔅 = *Exiguo ob hoc spatio.* G 𝔈1. 2. = *Exiguo ab hoc spàcio.* Pinc. ci. ∾. G (m∾) 𝔅𝔈1. = *terra dividitur.* G 𝔅 = *Abaton Graeci vocant.* 𝔈1. = *Abacton Graeci vocant.* P4. = *abacti Graeci vocant.* G (cr.∾) = *illa primum saxum auctum fluminis sentiunt.* Pinc. v. l. Col. 𝔅𝔈1. = *illa primum saxum actu* [Col. 𝔈1. = *auctu*] *fluminis sentiunt.* Pinc. ci. = *Illud primo saxum auctum fluminis sentit.* P4. = *illa primum saxum aucti fluminis sentiunt.*

*Post spatium deinde magnum* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *Post magnum deinde spatium.*

*duo emicant scopuli* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *duo eminent scopuli.* E = *quanta operire possit oriri. In haec.* e = *quanta operiri possit oriri. In haec.* G (cr.∾) = *quanta operire possent Aegyptum.* 𝔅 = *quanta perire posset aegyptum.* [𝔈1. =] *In hac ora.* Col. = *In hoc ora.* 𝔈1. = *stirpem sacerdotes.* Ee — *praefecti.*

8. *ne in latitudinem excedat* = ci. Fortun. 𝔈2. ... 𝔎. EeG Fort. Gr. 𝔅 𝔈1. = *ne in altitudinem excedat.* G (cr. ∾) = *obictu montium.* E = *Circa Memphim deinde liber.* G (m∾) — *deinde continuatis.* 𝔅 ... 𝔖 = *in faciem laci ac turbidi maris.* Ee + *cursumque illi violentiamque.*

9. G (m∾) = *Quantum circuit Nilus.* G = *Is aneroso et sitienti solo.*

**inducit et terram. Nam cum turbulentus fluat, omnem in sic-
cis et hiantibus locis faecem relinquit et quicquid pingue tulit
secum arentibus locis adlinit iuuatque agros duabus ex causis,
et quod inundat et quod oblimat. Itaque quicquid non adiuuit
10 sterile ac squalidum iacet. Si creuit super debitum, nocuit.
Mira itaque natura fluminis, quod cum ceteri amnes abluant ter-
ras et euiscerent, Nilus tanto ceteris maior adeo nihil exedit nec
abradit, ut contra adiciat uires nimiumque in eo sit quod solum
temperat. Inlato enim limo arenas saturat et iungit debetque illi
Aegyptus non tantum fertilitatem terrarum, sed ipsas. Illa fa-
11 cies pulcherrima est, cum iam se in agros Nilus ingessit. La-
tent campi opertaeque sunt ualles. oppida insularum modo exstant.
Nullum in mediterraneis nisi per nauigia commercium est: maior
est laetitia gentibus quo minus terrarum suarum uident. Sic
quoque cum se ripis continet Nilus, per septena ostia in mare
emittitur, quodcumque elegeris ex his mare est: multos ni-
hilominus ignobiles ramos in aliud atque aliud litus porrigit.
Ceterum beluas marinis uel magnitudine uel noxa pares educat.**

EeG𝔅 = *Nam cum turbulentus fiat.* *siccis et hiantibus locis* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *siccis atque hiantibus locis.* G = *faecem reliquit.*

*pingue tulit secum* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *pingue secum tulit.* P3. 𝔅 ... 𝔈2. = *arentibus locis illinit.* EG Pinc. v. l. P4. Col. ∾.

*et quod oblimat* = P4. Col. ci. Fortun. 𝔈2. ... 𝔎. Ee = *et quod oblinat.* G 𝔅𝔈1. = *et quod obliniat.* P3. = *et quod abluit.*

*Itaque quicquid non adiuvit* = EeG 𝔅. 𝔈1. = *Ita quicquid non adiuvit.* m𝔈1. 𝔈2. ... 𝔎 = *Ita quidquid non adiit.*

10. *Mira itaque natura fluminis* = Ee 𝔅 ... 𝔊. G = *Maria itaque natura fluminis.* 𝔐 ... 𝔎 = *Mira atque natura fluminis.* G Pinc. v. l. Col. = *cum ceteri amnes ambulant terras.* Pinc. ci. = *cum ceteri amnes ambedant terras.* E P3. 4. 𝔅 ∾. e = *ceteris maior nil exedit* om. *adeo.* G = *Nilus tantum* [cr. ∾] *ceteris maior adeo nihil* [m *nil*] *excedit et abradit ut circa* (s ∾). Col. 𝔈𝔊 = *adeo nihil excedit* 𝔅𝔈1. = *adeo nihil edit.* E Fort. P3. 4. ∾.

*nimiumque in eo sit quod solum temperat* = EeG 𝔅. 𝔈1. = *nimiumque in eo sit quod solum temperet.* P3. Col. certe = *nimiumque in eo sit.* Fort. P4. = *minimumque in eo sit.* 𝔈2. ... 𝔎 = *minimumque in eo sit quod solum temperet.* Fortun. ci. m𝔈2. = *arenas saturat ac inungit.* G𝔅 ... 𝔎 = *saturat ac iungit.* Schott. ci. = *arenas saturat ac tingit.* refutatur a Gron. Ee ∾. G (m∾) = *non tantum sterilitatem terrarum.* G(s∾) — *est* post *pulcherrima.*

11. e = *oppida modo insularum extant.* G (m∾) Gr. 𝔅 = *oppida insularum modo expectant.*

*maior est laetitia* = Ee. 𝔅 ... 𝔎 + *Maiorque est laetitia.* Ee = *multos Nilo minus ignobiles.* E = *in aliud adque litus porrigit.* eG = *in aliud aquae* [G = *aque*] *litus porrigit.* P3. 4. = *in alium aquae littus porrigit.* Col. = *in aliud littus aquae porrigit.* 𝔅 = *in alia aq̄ aliud aq̄ littus porrigit.* G Gr. 𝔅𝔈1. = *beluas marinas.* E Fortun. ci. ∾. sG P3. = *vel noxia pares.* P4. Col. = *partes* [= G] *educit.*

**Et ex eo quantus sit aestimari potest, quod ingentia animalia et 12
pabulo sufficienti et ad uagandum loco continet. Balbillus uir
optimus profectusque in omni literarum genere rarissimi auctor
est, cum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio
Nili quod est maximum spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari
concurrentium et crocodilorum a flumine aduersum agmen agen-
tium uelut pro partibus proelium: crocodilos ab animalibus pla- 13
cidis morsuque innoxiis uictos. His superior pars corporis dura
et inpenetrabilis est etiam maiorum animalium dentibus, at in-
ferior mollis ac tenera: hanc delphini spinis quas dorso eminen-
tes gerunt submersi uolnerabant et in aduersum enisi diuidebant.
Recisis hoc modo pluribus ceteri uelut acie uersa refugerunt. 14
Fugax animal audaci, audacissimum timido. Nec illos Tenty-
ritae generis aut sanguinis proprietate superant, sed contemptu
et temeritate. Ultro enim insequuntur fugientesque iniecto tra-
hunt laqueo plurimique pereunt quibus minus praesens animus
ad persequendum fuit. Nilum aliquando marinam aquam detu-
lisse Theophrastus est auctor. Biennio continuo, regnante Cleo- 15**

12. P3. — *sit* post *quantus*. 𝔅𝔈1. = *ad navigandum loco continet.*

*Balbillus* = Memm. ci. Lips. (ad Tac. A. XIII, 22.) 𝔊ro . . . 𝔎. Ee G Gr. 𝔅 ... 𝔏4. = *Babillus.*

*vir optimus profectusque in omni literarum genere rarissimi, auctor est* = Ee. G = *virorum optimus perfectusque in omni literarum genere rarissime auctor est.* 𝔅 . . . 𝔊 = *virorum optimus, perfectusque* [= Gr. Memm.] *in omni litterarum genere, rarissimus auctor est.* 𝔊 = *virorum optimus, praefectusque in omni litterarum genere rarissimus, auctor est.* 𝔐 . . . 𝔎 = *virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est.* EG = *optineret.* E = *Heracliotico ostio.* quod non minus probum quam alterum. G = *heradiitio* [s *heradeothico*] *ostio.* P3. 𝔅 ... 𝔈2. = *Heraclitio ostio.* P4. = *Heraduccio ostio.* Col. = *heraducio ostio.* Pinc. v. l. = *Heraclutio ostio.* Pinc. ci. ∾. Ee G(n.) 𝔅 + *ex spectaculo sibi fuisse.* de quo vide.

*a mari concurrentium* = EcG Gr. Anic. Scal. Rom. 𝔐an 𝔅2. sG 𝔅 . . . 𝔅1. (exc. 𝔐an) 𝔑u 𝔎 = *a mari occurrentium.* Ee = *et cocodrillorum.* Ee = *a flumine aversum agmen agentium.* Fortun. quondam ci. = *velut praeparantibus praelium.* ipse postea reprobavit. 𝔅𝔈1. (m∾) = *valde properantibus praelium.*

13. E = *cocodrillos.* G (s∾) — *est* post *inpenetrabilis.* G(s∾) = *vulnerabunt.*

*in adversum enisi* = Ee Tronc. ci. Grut. G P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *in adversum emersi.* Fort. P3. m𝔈2. = *in adversum emissi.* 𝔐 ... 𝔎 = *in adversum enixi.*

14. Ee = *Recissis hoc modo.* G = *Rescissis hoc modo.* mG = *resticis hoc modo.* G (s∾) = *acie versa fugerunt.* G — *audaci* post *animal.* E = *Nec illos tanti rite generis* e = *Nec illos Tantiritae generis.* G Fort. P3. 4. 𝔅𝔈1. = *Nec illos tincturae generis.* Col. = *Haec illos tincturae generis.* Fortun. ci. ∾. G (s∾) = *proprietate separatur.*

*plurimique pereunt* = Ee. G 𝔅 ... 𝔎 = *plerique pereunt.*

15. 𝔅𝔈1. = *regnante Cleopatra non*

patra non adscendisse, decimo regni anno et undecimo, constat. Significatam aiunt duobus rerum potientibus defectionem: Antonii enim et Cleopatrae defecit imperium. Per nouem annos non adscendisse Nilum superioribus seculis Callimachus est auctor.
16 Sed nunc ad inspiciendas causas propter quas aestate Nilus crescat accedam et ab antiquissimis incipiam. Anaxagoras ait *ex Aethiopiae iugis solutas niues ad Nilum usque decurrere.* In eadem opinione omnis uetustas fuit. hoc Aeschylus, So-
17 phocles, Euripides tradunt. Sed falsum esse pluribus argumentis patet. Primo Aethiopiam feruentissimam esse indicat hominum color adustus et Troglodytae quibus subterraneae domus sunt. Saxa uelut igni feruescunt, non tantum medio, sed inclinato quoque die. ardens puluis nec humani uestigii patiens. argentum replumbatur. signorum coagmenta soluuntur. nullum
18 materiae superadornatae manet operimentum. Auster quoque qui ex illo tractu uenit uentus calidissimus est. nullum ex his animalibus quae latent bruma umquam reconditur et per hiemes in summo et aperto serpens est. Alexandria quoque longe ab inmodicis caloribus posita est: niues non cadunt. superiora pluuia carent. Quemadmodum ergo regio tantis subiecta feruo-

*descendisse.* Grut. ci. = *non escendisse.* Sed EG Fort. Gr. ∾. G(m∾) = *significativa autem duobus rerum potientibus.*

*et Cleopatrae defecit* = Ec. G = *Cleopatraeque defecitque.* 𝔅...𝔎 = *Cleopatraeque defecit.*

16. G = *Sed nunc ad incipiendas causas.* sG = *et ab antiquissimo.* Fort. = *omnis vetusta aetas fuit.* EG Gr. 𝔅 ∾. G = *Aeschinus Sophodes Euripedes* [hoc s ∾] *tradebant.* E = *Eripides.* Col. 𝔅... 𝔊 = *Euripides tradebant* (Fortun. ci. m𝔊l. = *credebant*). P4. = *tradebat.* Fort. P3. = *tractabant.*

17. *pluribus argumentis patet* = Ec. G𝔅...𝔎 = *argumentis plurimis.*

*color adustus* = Ec. G𝔅...𝔎 = *adustus color.* EG = *et tragoditae.* 𝔅 = *et tragotidae.* G𝔅𝔊l. = *velut igne fervescunt.* G(m∾) = *signorum argumenta solvuntur.* Fort. P3. = *materiae superadoratae.* Fortun. ci. = *sevo* vel *sepo adornatae.* EG P4. Col. 𝔅 ∾.

18. *ventus calidissimus est* = Ec G Fort. P4. Col. 𝔅...𝔊. P3. — *ventus.* probat Grut. mG Boug. 𝔐... 𝔎 = *ventorum calidissimus est.*

*et per hiemes* = Ec. G𝔅 = *etiam per hiemes.* 𝔊l. ... 𝔎 = *Etiam per hiemem.*

*Alexandria quoque longe ab inmodicis caloribus posita est: nives non cadunt. superiora pluvia carent* = Ec G. sG + *non longe ab immodicis.* 𝔅𝔊l. + *Alexandria quoque longe ab huiusmodi immodicis caloribus posita est* (𝔊l. = *est posita*) ∾. Fortun. ci. 𝔊2. ... 𝔅2. = *Alexandriae quoque, quae longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita, nives non cadunt: superiora etiam pluvia carent.* 𝔑u = *Alexandria quoque longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita* ∾. 𝔎 = *Alexandriaeque, quae longe ab huiusmodi immodicis caloribus est posita* ∾. Etiam Gr. = *Alexandria longe* et *superiora pluvia carent.* Fort. = *Quomodo ergo regio.*

**ribus duraturas per totam aestatem niues recepit? quas sane 19**
**aliqui montes illic quoque excipiant: numquid magis quam Al-**
**pes, quam Thraciae iuga, quam Caucasus? atqui horum mon-**
**tium flumina uere et prima aestate intumescunt, deinde hibernis**
**minora sunt: quippe uernis temporibus imbres niuem diluunt,**
**reliquias eius primus calor dissoluit. Nec Rhenus nec Rhoda-**
**nus nec Ister ei subiacent: modo aestate proueniunt. et illis in**
**Septemtrionibus altissimae iugiter sunt niues. Phasis quoque 20**
**proinde tempore et Borysthenes crescerent, ut niues possent**

*nives recepit* = Ee sG 𝔅𝔊1. G 𝔊2. ... 𝔎 = *nives recipit?*

19. *numquid magis quam Alpes, quam Thraciae iuga, quam Caucasus* = E. Vet. cod. Ops. = *non quod magis quam Alpes.* e = *numquam magis* ∾. Grut. ci. = *numquamne magis quam Alpes.* G ℜu𝔎 = *numquam magis quam Alpes, quam Thraciae iuga aut Caucasus.* 𝔅𝔊1. = *numquam magis Alpes quam Thraciae iuga aut Caucasus.* 𝔖 ... 𝔏4. = *numquam tamen magis quam Thraciae iuga aut Caucasus* om. *quam Alpes* contra mstos etiam Fort. Gr. Anic. Scal. Tronc. Rom. Gron. ci. = *quippe vernis te-poribus.* P3. = *quippe vernis* [c. III, 1.] *grandinem hoc modo fieri* rell. om. P4. = *imbres nivem dissolvunt.* G𝔅 = *reliquas eius.*

*primus calor dissolvit* = Ee. G𝔅 ... 𝔎 = *primus* [𝔅 = *prius*] *calor* [G = *color*] *dissipat.*

*Nec Rhenus nec Rhodanus nec Ister ei subiacent: modo aestate proveniunt. et illis in Septemtrionibus altissimae iugiter sunt nives.* Ita scripsi locum valde corruptum, ut quam proxime accederem ad E libri praestantissimi scripturam. Ee = *Nec Rhenus nec Rodanus nec Hister nec ei Ystrus subiacent. Molo aestate proveniunt. Et illis in Septentrionibus altissimae iugiter sunt nives.* Illud *Ystrus* pro varia scriptura primo appictum est nomini *Ister* vel *Hister*: deinde iunctum cum Pronomine *ei* (quod refertur ad *calorem*, sicut supra *subiecta fervoribus* legitur) abiit in aliud fluminis nomen *Caystrus*, quem cum *Rheno, Rhodano, Istro* recte componi non posse docuit Ruhk. G = *Nec Renus nec Rodanus nec Ister nec Caystrus subiacent Nilo.* [s.m. *quia*] *aestate proveniunt. et illis altissimae Septentrionibus iugiter sunt nives.* Fort. = *nec Ister nec Caystrus subiacent malo aestate. Sunt et illis altissimae in Sep. iugiter nives.* P4. = *nec Ister neo Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in Sep. iugis nives sunt.* Col. = *nec Ister nec Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in septentrionibus iugiter sunt nives.* 𝔅 = *Nec renus: nec rhodanus* [sp. vc. octo fere litterarum] *nec caistrus subiacent malo. Aestate proveniunt: et illis altissima in septentrionibus iugiter sunt flumina possent* rell. om. 𝔊1. = *Nec Rhenus, neo Rhodanus, nec Caystrus subiacent malo. Aestate proveniunt, et illis altissimae in septentrionalibus iugis nives sunt.* Fortun. ci. = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister neo Caystrus subiacent malo aestate. Altissimae sunt et in illis Septentrionalibus iugis nives* [= 𝔊2. ... 𝔖] vel *Altissimae sunt et in Sept. iugiter nives.* 𝔐 ... 𝔚1. ℜu 𝔎 = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, nec Caystrus subiacent malo: aestatė proveniunt. Altissimae sunt et in illis Septentrionalibus iugis nives.* 𝔚2. = *Nec Rhenus, nec Rhodanus, nec Ister, neo Caystrus subiacent malo; aestate proveniunt: et illis altissimae in septemtrionalibus iugis nives sunt.* Koeler ci. = *nec Ister nec Hebrus subiacentes malo* aut *aestate enim, qua proveniunt* et *etsi altissimae:* ipse tamen defendit vulgatam scripturam *nec Caystrus.*

20. *Phasis quoque proinde tem-*

**flumina contra aestatem magna producere. Praeterea si haec causa adtolleret Nilum, aestate prima plenissimus flueret: tunc enim maximae et integrae adhuc niues ex mollissimoque tabes est. Nilus autem per menses quatuor liquitur et illi aequalis ac-**
**21 cessio est. Si Thaleti credis, *Etesiae discedenti Nilo resistunt et cursus eius acto contra ostia mari sustinent: ita reuerberatus in se recurrit nec crescit, sed exitu prohibitus resistit et quacumque mox potuit inconcessus erumpit.* Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: *Nauigaui,* inquit, *Atlanticum mare unde Nilus fluit, maior quamdiu Etesiae tempus obseruant: tunc enim eicitur mare instantibus uen-***
**22 *tis. cum resederint, et pelagus conquiescit minorque de-***

*sum ex alto pondus eiecit.* XI. Quidam ignibus quidem adsignant hunc tremorem, sed aliter. Nam cum pluribus locis ferueant, necesse est ingentem uaporem sine exitu uoluant qui ui sua spiritum intendit et, si acrius instet, opposita diffindit, si uero remissior fuit, nihil amplius quam mouet. Uidemus aquam spumare igne subiecto: quod in hac aqua facit inclusa et angusta, multo magis illum facere credamus, cum uiolentus ac uastus ingentes aquas excitat. Tunc ille uaporatione fluctuantium undarum quicquid pulsauerit agitatur. XII. Spiritum esse qui moueat et plurimis et maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens ait ita: *Uenti in concaua terrarum deferuntur. deinde ubi iam omnia spatia plena sunt et in quantum aer potuit densatus est, is qui superuenit spiritus priorem premit et elidit ac frequentibus plagis primo cogit, deinde perturbat. Tunc ille quaerens locum* 2
*omnes angustias dimouet et claustra sua conatur effringere. Sic euenit, ut terrae spiritu luctante et fugam quaerente moueantur. Itaque cum terrae motus futurus est, praecedit aeris tranquillitas et quies: uidelicet, quia uis spiritus quae concitare uentos solet in inferna sede retinetur.* Nunc quoque cum hic motus in Campania fuit, quamuis hiberno tempore et inquieto per superiores dies coelo aer stetit. Quid er- 3

*alto.* G(s.m.) = *elisum ex alto.* P3. 4. = *illusum ex alto.*

*pondus eiecit* = Ee P4. BGB... R = *pondus eiicit.* Col. = *pondus elisit.*

Cap. XI.

G = *assignant hunc terrorem.* B = *volvant qui in suum spiritum intendat.* P3. 4. = *qui in sua spiritum intendit.* Col. = ∾ *spiritum incendit.*

*et, si acrius instet* = Ee. B = *et si arvis institit.* GB ... R = *et si acrius institit.*

*opposita diffindit* = Ee ci. Pinc. BG Gr. B ... R = *diffundit.* B = *remissior fuerit.* B = *aqua inclusa facit.* B + *Tunc quicquid ille vaporatione.* P3. Col. B = *vaporationem.* P4. = *vaporatione* et aliquot voces praeterea transilit.

*fluctuantium undarum* = B Ee mG. G Gr. BG1. = *inundantium undarum.* Codd. Ops. = *fluctuantium aquarum* (?). G2.... R = *inundantium aquarum.* B — *quicquid.*

*agitatur* = BEeG Gr. B. G1. ... R = *agitat.*

Cap. XII.

B — *ita* post *ait.* Ee — *omnia* ante *spatia.* G = *spatia plana sunt.* B = *in quantum potuit aer.*

2. E = *Tū ille quaerens locum.* B Brit. = *omnia obstacula dimovet.* G = *et castra sua conatur effringere.* B — *et quies* post *tranquillitas.* B = *videlicet quamvis spiritus qui concitare.* Ee P4. Col. = *in inferni sede.* BG1. = *inferni sede* om. *in.* P3. = *in inferni sedes.* B = *in inferni sedes.* B = *in inferiori sede.*

*retinetur* = BEesG Scal. Trist. GB ... R = *detinetur.*

3. B (s∾) — *et inquieto.* *per superiores dies coelo aer ste-*

go? numquam flante uento terra concussa est? Admodum raro duo simul flauere uenti: fieri tamen et potest et solet. quod si recipimus et constat duos uentos rem simul gerere: quidni accidere possit, ut alter superiorem aera agitet, alter inferum? XIII. In hac sententia licet ponas Aristotelem et discipulum eius Theophrastum, non ut Graecis uisum est diuini, tamen et dulcis eloquii uirum et nitidi sine labore. Quid utrique placeat exponam. *Semper aliqua euaporatio est a terra quae modo arida est, modo humido mixta. Haec ab infimo edita et in quantum potuit elata, cum ulteriorem locum in quem exeat non habet, retro fertur atque in se reuoluitur: deinde rixa spiritus reciprocantis iactat obstantia et, siue interclusus,*
2 *siue per angusta enisus est, motum ac tumultum ciet.* Straton ex eadem schola est qui hanc partem philosophiae maxime coluit et rerum naturae inquisitor fuit. Huius tale decretum est: *Frigidum et calidum semper in contraria abeunt, unà esse non possunt. eo frigidum confluit unde uis calida discessit et inuicem ibi calidum est unde frigus expulsum est.* Hoc quod dico uerum est: sed utrumque in contrarium agi, ex hoc

*tit* = Ee sG. B = *per superiores dies aer stetit coelo.* G Gr. 𝔅 . . . 𝔊 (exc. 𝔐an) + *per superiores dies a coelo aer stetit.* 𝔐an m𝔊2. 𝔑u 𝔎 = *tamen quietus per superiores dies a coelo aer stetit.* 𝔐 . . . 𝔅2. — *coelo.* Grut. ci. = *et inquieto coelo per superiores dies aer stetit.*

*duo simul flavere venti* = Ee 𝔅. B = *simul duo flavere venti.* G = *duo simul flaverunt venti.* 𝔊1. . . . 𝔎 = *raro duo flavere simul venti.* P3. Col = *quod si recepimus.* B = *rem gerere simul.* BP4. 𝔐an = *quid inde accidere possit.* EeG P3. Col. 𝔅 𝔊1. = *quidnam accidere possit.* B 𝔅 = *alter infernum. inferum* apud G in lit. E ∾.

Cap. XIII.

B = *ponas licet Arist.* G (cr. ∾) = *ut Graecis visus est.* G = *et nitidum sine labore.* G (cr. ∾) = *exponat.* B = *evaporatio aliqua.*

*a terra* = Ee. BG 𝔅 . . . 𝔎 = *e terra.* G(s.m.) — *a.* B = *est arida.* Lectius ci. = *modo humida, modo mixta.* BEeG Gr. 𝔅 ∾. B = *edita et in tantum elata ut ultione locum in quem exeat non habeat. retro fertur ac in se.*

*deinde rixa spiritus* = BEeG (lit.) Gron. [ms] P4. Trist. Rom. Scal. 𝔊1. (B = *raxa*). P3. = *dum ita spiritus.* Fortun. ci. + *Deinde dum rixa sp.* Fort. Col. 𝔅 = *dum rixa spiritus.* 𝔊2. ... 𝔎 = *dumque rixa spiritus.* P4. = *ut sive interclusus.* B + *interclusus est.* G (s∾) = *per angusta enixus est.* P4. = *per angusta eivisus est.* m𝔊1. m𝔊2. = *per angusta elisus est.* B = *ac tumultum eicit.* G(cr. ∾) 𝔅𝔊1. = *ac tumultum faciet.*

2. G (m∾) — *maxime* ante *coluit.* B = *magne coluit* ∾ *fuit inquisitor.* Grut. ci. = *inquisitior fuit.* B = *in contrarium abeunt.*

*una esse non possunt* = EeG. B 𝔅 ... 𝔎 + *et una esse non possunt* (𝔊 — *non*). B = *eo frigidum conpluit unde vis calida discedit.* Koeler ci. = *Hoc quod dicit verum est: scilicet utrumque.* G = *si utrumque.* E = *sed utraque.*

tibi adpareat. Hiberno tempore, cum supra terram frigus est, 3 calent putei nec minus specus atque omnes sub terra recessus, quia illo se calor contulit superiora possidenti frigori cedens. qui cum in inferiora peruenit et eo se quantum poterat ingessit, quo densior hoc ualidior est: huic alius superuenit cui necessario congregatus ille iam et in angulum pressus loco cedit. Idem contrario euenit, cum uis maior frigidi inlata in cauernis est. Quicquid illic calidi latet frigori cedens abit in angustum et ma- 4 gno inpetu agitur, quia non patitur utriusque natura concordiam nec in uno moram. Fugiens ergo et omni modo cupiens excedere proxima quaeque demolitur ac iactat. ideoque antequam terra moueatur, solet mugitus audiri uentis in abdito tumultuantibus. nec enim aliter posset, ut ait noster Uergilius,

*Sub pedibus mugire solum et iuga celsa moueri,* 5

nisi hoc esset uentorum opus. Uices deinde huius pugnae sunt: defit calori congregatio ac rursus eruptio. tunc frigora conpescuntur et succedunt mox futura potentiora. dum alterna uis cursat et ultro citroque spiritus commeat, terra concutitur.

3. G = *super terram.* 𝔅 = *cum semper terram.* Ee Gr. = *omnis sub terra recessus.*

*quia illo se calor contulit* = BEe GP4. P3. — *illo.* Col. = *quia ille se calor cont.* 𝔅 . . . 𝔎 = *quia eo se calor cont.* G(s∾) = *frigori cadens.* B — *cum* ante *in inferiora.* G(m∾) — *in.* B = *et eo quo se poterat ingessit.* G (m ∾) = *qno pressior hoc validior.* B — *iam* post *congregatus ille.*

*et in angulum pressus* = BEe sG P3. G𝔅 . . . 𝔎 = *et in angustum pressus.* G (cr.∾) = *loco cecidit.*

*Idem contrario evenit* = BEeG. 𝔅 = *Idem e contrario venit.* 𝔈1. … 𝔎 + *Idem e contrario evenit.* cf. Critt. ad Corn. Nep. Eum. I, 5. B = *frigori in cavernis illata est.*

4. G(s∾) = *Quicquid illis calidi.* B = *utriusque concordiam natura nec in unam moram.* G (n.) + *in proxima quaeque.*

*demolitur ac iactat* = Ee. B = *molitur ac iactat.* Col. = *revolvitur ac iactat.* G(s.m.) 𝔅 … 𝔎 = *re-molitur ac iactat.* G = *remolitur ac tractat.* B(cr.∾) = *Ideoque ante terra.* B = *solet audiri mugitus.* G (n.) + *ventis et in abdito.* B̦G = *Virgilius noster.*

5. Virg. (A. VI, 256.) = *et iuga coepta moveri.* B = *nisi hoc esset tipus ventorum. Vices denique.*

*defit calori congregatio.* Ita scribendum videtur. B = *defit calidi congregatio.* Ee = *desit calori congregatio.* G P3. 4. Trist. 𝔅 = *desit calidi congregatio.* De verbo *defit* in *desit* mutato cf. Drakb. ad Sil. IX, 335. Col. = *desidit calidi congregatio.* 𝔈1. … 𝔎 = *desinit calidi congregatio.*

*tunc frigora conpescuntur* = Ee. BG𝔅 . . . 𝔎 = *Tunc frigida compescuntur.*

*dum alterna vis* = EeG P3. Col. P4. = *dum alternat vis.* B𝔈1. … 𝔎 + *Dum ergo alterna vis.*

*commeat, terra concutitur* = BEe mG P3. Col. codd. Ops. 𝔅 . . . 𝔈2. 𝔅2. G = *commoveatur terra concutitur.* P4. = *spiritu terra concutitur.* 𝔊 … 𝔅1. 𝔑u 𝔎 — *terra.*

**XIV.** Sunt qui existiment spiritu quidem et nulla alia ratione
tremere terram, sed ex alia causa quam Aristoteli placuit. Quid
sit quod ab his dicatur audi. Corpus nostrum et sanguine inri-
gatur et spiritu qui per sua itinera decurrit. Habemus autem
angustiora quaedam receptacula animae per quae nihil amplius
quam meat, quaedam patentiora in quibus colligitur et unde di-
2 uiditur in partes. Sic hoc totum terrarum omnium corpus et
aquis quae uicem sanguinis tenent et uentis quos nihil aliud quis
quam animam uocauerit peruium est. haec duo alicubi currunt,
alicubi consistunt. Sed quemadmodum in corpore nostro, dum
bona ualitudo est, uenarum quoque inperturbata mobilitas mo-
dum seruat, ubi aliquid aduersi est, et micat crebrius et suspi-
ria atque anhelitus laborantis ac fessi signa sunt: ita terris quo-
3 que dum positio naturalis est, inconcussae manent. cum ali-
quid peccatur, tum uelut aegri corporis motus est spiritu illo qui
modestius perfluebat icto uehementius et quassante uenas suas,
nec, ut illi paulo ante dicebant, quibus animal placet esse ter-
ram: nam si hoc est, quemadmodum animal tota uexationem

Cap. XIV.

B = *Sunt qui extiment.* G(cr.∾) = *sed ex alia tanquam Aristoteli.* B = *quam* [sp. vc.] *teli placuit.* B = *aer corpus nostrum et sanguinem irrigat spiritu.*

*qui per sua itinera decurrit* = B EeG P4. Col. codd. Ops. 𝔅𝔈1. P3. = *qui sua itinera discurrit* om. *per.* 𝔈2. ... 𝔎 = *qui per sua itinera discurrit.* B — *autem* post *Habemus.*

*angustiora quaedam receptacula animae* = Ee. B = *quaedam receptacula angustiora animae.* G𝔅 ... 𝔎 = *quaedam angustiora animae receptacula.* B = *per quae nihil amplius commeat.*

2. B — *totum* ante *terrarum.* E = *terrarum omnium tempus.* e(cr.∾) = *quae vices* Ee = *sanguinis tenet.* P3. + *sanguinis gerunt et tenent.* B = *quos nihil aliud quam spiritum quisquam vocat pervium est.* e = *quos nil aliud.*

*alicubi currunt, alicubi consistunt* = Ee codd. Ops. B = *alibi currunt, alibi subsistunt.* Fortasse erit scribendum: *aliubi ... aliubi.* G = *alicubique consistunt.* Pinc. v. l. P4. Col. 𝔈 ... 𝔎 = *alicubi concurrunt, alicubi consistunt.* Fort. P4. = *alibi concurrunt, alibi consistunt.* 𝔅 ... 𝔈2. = *alicubi concurrunt, alibi consistunt.* B = *in nostro corpore.* P3. 4. 𝔅 = *nisi aliquid adversi est.* Col. = *adversum est.*

*et micat crebrius* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 — *et.* P3. Col. = *nutat crebrius.* P4. = *mucat crebrius.*

*ita terris quoque dum positio naturalis est, inconcussae manent* = E (ex e tantum notatum non legi illis). B = *ita quoque terrae dum illis naturalis positio est incussae manent.* G𝔅 ... 𝔎 = *ita terrae quoque, dum illis positio naturalis est, inconcussae* [𝔅 + *et inconcussae*] *manent.*

3. *tum velut aegri* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *tunc velut aegri.* B = *qui molestus perfluebat ictu vehementius.* P3. — *placet esse terram ... quemadmodum animal.* e — *esse* ante *terram.* BEeG P4. Col. 𝔅 = *nisi hoc est quemadmodum.*

*tota vexationem sentiet* = G (a.m.) 𝔈2. ... 𝔅2. EeG P3. Col. 𝔅𝔈1. =

sentiet. neque enim in nobis febris alias partes mordacius inpel-
lit, sed per omnia pari aequalitate discurrit. Uide ergo num- 4
quid intret in illam spiritus ex circumfuso aere qui quamdiu ha-
bet exitum sine iniuria labitur, si offendit aliquid et incidit quod
uiam claudat, tunc oneratur primo infundente se a tergo aere.
deinde per aliquam rimam maligne fugit et hoc acrius fertur quo
angustius. Id sine pugna non potest fieri nec pugna sine motu.
At si ne rimam quidem per quam effluat inuenit, conglobatus 5
illic furit et huc atque illo circumagitur aliaque deicit, alia in-
tercidit: cum tenuissimus idemque fortissimus et inrepat quam-
uis in obstructa et quicquid intrauit ui sua diducat ac dissipet,
tunc terra iactatur. Aut enim datura uento locum discedit aut,
cum dedit, in ipsam qua illum emisit cauernam fundamento spo-
liata considit. XV. Quidam ita existimant: Terra multis locis
perforata est nec tantum primos illos aditus habet quos uelut spi-
ramenta ab initio sui recepit, sed multos illi casus inposuit: ali-

*totam vexationem sentient.* B = *totum vexationem sentiet parem.* P4. = *totum vexationem sentiet.* Brit. + *tota vexationem sentiet parem.* ℜu ℜ + *tota vexationem parem sentiet.*

*alias partes mordacius inpellit* = Ee (E = *mordatius*). GP3. Col. 𝔅𝔊2. ... 𝔊ℜu ℜ = *alias partes moratius impellit.* 𝔐 ... 𝔅1. = *alias partes moderatius impellit.* probat Koeler et putat scribarum negligentia in *moratius* depravatum. B P4. Brit. 𝔊1. 𝔅2. = *alias partes moratius impellit alias citius.* probat Gron. et derivari putat *moratius* a *morate*, cum appareat, quisquis primus adiecerit illa *alias citius*, eum retulisse *moratius* ad *moratim* Adv.

*sed per omnia pari aequalitate* = Ee. BG𝔅 ... ℜ = *sed per omnes pari aeq.*

4. B P4. = *Vides ergo.* BEe sG Gr. 𝔅𝔊1. = *nunc quid intret.* 𝔊2. = *nunc, quod intret.* Pinc. v. l. ∾. Ee — *ex* ante *circumfuso.* B = *qui si habet exitum.* G = *quamquam diu habet exitum.* G (s. m.) = *que quamdiu habet ex.* B = *elabitur sine iniuria.* B = *quod illam claudat.* G(s∾) = *quod viam cludat.* Ee = *infundente se a tergo aera.* B = *Deinde per aliquam viam.* Ee = *Deinde per aliquam ruinam.* G (m∾) — *non potest fieri nec pugna.*

5. *At si ne rimam quidem* = Ee. B = *At si nec ruinam quidem.* G 𝔅 ... ℜ = *At si nec rimam q.*

*conglobatus illic furit* = BEe 𝔅 ... 𝔊. G = *cum globatus illic fuerit* (hoc cr. ∾). 𝔐 ... ℜ = *conglobatus ille furit.* B = *et hoc atque illuc.* EG = *et hoc atque illo.* E (cr. ∾) = *circumagatur.* G = *alique* [cr. ∾] *deiecit alia intercidit.* 𝔅 = *aliaque deiecit, illa intercidit.* Anic. Pinc. ci. = *aliaque deiicit alia interscindit.* BE Gr. ∾. Ee = *cum tenuius est idemque fort.* G = *quamvis in abstructa.* 𝔅 = *quamvis in abstracta.* G (s∾) = *intravit in sua.*

*ac dissipet* = BEe. G𝔅 ... ℜ = *et dissipet.* B = *Aut enim natura locum ventis discedit aut cum ille in ipsam redit qua illum.* G (cr. ∾) = *quam illum.* B = *fundamenta spoliata.*

Cap. XV.

e = *Quidam ita aestimant.* B = *nec tamen primos illos.* P3. Scal. 𝔅 = *ab imo sui recepit.* G (m∾) Col. = *ab ymo sui recepit.* B = *ab initio sui recipit.*

*sed multos illi casus inposuit* =

cubi deduxit quicquid superne terreni erat aqua, alia torrentes cecidere, illa aestibus magnis dirupta patuerunt. Per haec interualla intrat spiritus, quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille exitu simul redituque praecluso uolutatur et, quia in rectum non potest tendere quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diuerberat. XVI. Etiamnunc dicendum est quod plerisque auctoribus placet et in quod fortasse fiet discessio. Non esse terram sine spiritu palam est: non tantum illo dico quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam saxis mortuisque corporibus, sed illo dico uitali et uegeto et alente omnia. Hunc nisi haberet, quomodo tot arbustis spiritum infunderet non aliunde uiuentibus et
2 tot satis? quemadmodum tam diuersas radices aliter atque aliter in se mersas foueret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animae tam multa, tam uaria generantis et haustu atque alimento sui educantis? Leuibus

EeG P3. 𝔅𝔊2.... 𝔊. Col. = *sed nudos et casus imposuit.* BP4. 𝔊1. + *sed multos* [B p.m. = *multas*] *illi casus imposuit natura.* 𝔐 ... 𝔎 = *sed multos illic casus imposuit.*

*alicubi deduxit* = BEeG Gr. 𝔅 ... 𝔊2. 𝔑u 𝔎. Pinc. ci. 𝔊 ... 𝔅2. = *Alicubi diduxit.* B = *deduxit superne aquam. alia* rell. om.

*alia torrentes cecidere* = EeG P3. Col. 𝔅 ... 𝔊. Similiter apud Vitruv. III, 3. *caedere volutas.* B = *alia torrentes ceciderunt.* Pinc. ci. 𝔐 ... 𝔎 = *alia torrentes exedere.* m𝔊1. = *torrentes edidere.* B𝔅 ... 𝔊 = *alia aestibus magnis.*

*patuerunt* = BEeG (G Gr. = *disrupta*). 𝔅 ... 𝔎 = *patuere.* B = *spiritus intrat. que si interclusit.* G (m∾) Col. — *mare.*

*et altius adegit* = BEe mG codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. G Gr. 𝔅 ... 𝔏4. — *altius.* G (s∾) — *in* ante *sublime.*

*diverberat* = BE sG cod. alter Ops. Brit. 𝔊ro ... 𝔎. Trist. = *disverberat.* Cod. alter Ops. = *deverberat.* GP3. Col. 𝔅 ... 𝔏4. = *reverberat.* P4. — *et terram prementem diverberat.*

Cap. XVI.

B = *quod pluribus auctoribus placet.* *et in quod fortasse fiet discessio* = ci. Opsop. 𝔊ro ... 𝔎. B = *in quo fortasse finiet dissensio.* Ee G Memm. = *et in quod fortasse fiet dissensio* (G = *dessensi*). Nicot. „duplicem exhibet scripturam, *finiet dissensio,* et *fiet discessio.*“ Col. 𝔅 = *et in quod fort. fiet discensio.* P4. 𝔊1.... 𝔏4. = *et in quo fortasse fiet discensio.* B — *est* post *palam.* E = *non tantum illud dico.* 𝔅 = *Non tamen illo dico.* B — *etiam* ante *saxis mortuisque.* G (s∾) = *qui inest in saxis.* B = *sed ille dico vitali.* B = *eum nisi haberet.* G = *Honc ubi haberet.* Ee = *viventibus et tot saxis.*

2. P4. Col. — *tam* ante *diversas.* P3. 𝔅 = *tam diversis radices.* B = *tam diversas radices aleret et in se mersas foveret.* 𝔊1. = *tam diversas radices aleret, atque aliter in se mersas foveret.* G — *receptas* ante *parte.* sG = *recepta parte.* B = *tam diversa generantis.*

*atque alimento sui educantis* = Ee P3. 4. 𝔊1. 2. (P3. = *et hausto.* P4. = *educandis*). B = *atque elimento* [s.m. *elemento*] *sui educantis.* G Pinc. v. l. Col. 𝔊 ... 𝔎 = *atque alimento suo educantis* (G = *ex haustu.* Col. = *educandis*).

adhuc argumentis ago. Totum hoc coelum quod igneus aether,
mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae quarum definiri
non potest numerus, omnis hic coelestium coetus et, ut alia
praeteream, hic tam prope ą nobis agens cursum sol, omni ter-
rarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt
et inter se partiuntur nec ullo alio scilicet quam halitu terra-
rum sustinentur. hoc illis alimentum, hic pastus est. Non 3
posset autem tam multa tantoque se ipsa maiora nutrire, nisi
plena esset animae quam per diem ac noctem ab omnibus parti-
bus sui fundit. Fieri enim non potest, ut non multum ei super-
sit ex qua tantum petitur ac sumitur: et ad tempus quidem quod
exeat nascitur. Nec enim esset perennis illi copia suffecturi in 4
tot coelestia spiritus, nisi inuicem ista excurrerent et in aliud
alia soluerentur. Sed tamen necesse est abundet ac plena sit
et ex condito proferat. Non est ergo dubium, quin multum
spiritus lateat intus et caeca sub terra spatia aer latus obtineat.
Quod si uerum est, necesse est id saepe moueatur quod re mo-
bilissima plenum est. Numquid enim dubium esse cuiquam po-
test, quin nihil sit tam inquietum quam aer, tam uersabile

*quarum definiri non potest numerus* = Ee Trist. (Ee = *diffiniri*). BG Gr. 𝔅 ... 𝔖 𝔅2. = *quarum inveniri non potest n.* Bong. ex Cui. 𝔐 ... 𝔅1. ℜu 𝔎 = *quarum iniri non potest n.* B — *hic* ante *coelestium*. e — *et* ante *ut alia*. G = *coetus aut alia*. B = *prope agens a nobis*. G = *hic* [s *tam*] *a nobis agens cursu sol omnis* (hoc cr. ∾). Col. = *alimentum ex terris trahunt*. Memm. = *alimenta externa trahunt*. Opsop. ci. = *alimenta ex terra trahunt*. B = *quam habitu sustinentur terrarum*. G = *quam alitu t.*

3. B — *autem* post *Non posset*.

*tantoque se ipsa maiora nutrire* = Ee sG. Bong. Grut. ci. + *tantoque se ipsa maiora terra nutrire*. G — *se*. P3. = *tantoque se ipsa nutrire*. 𝔅 = *tantoque se ipsa mora nutrire*. BG P4. 𝔈1. ... 𝔎 = *tantaque et se ipsa maiora terra nutrire*. Col. = *tantaque se ipso maiora*.

*per diem ac noctem* = BEeG 𝔅 ... 𝔈. 𝔊 ... 𝔎 = *per diem et noctem*.

*ab omnibus partibus sui fundit* = G𝔅. Ee = *ab omnibus partibus sui fudit*. B = *ab omnibus suis partibus fundit*. 𝔈1. ... 𝔎 = *ab omnibus partibus suis fundit*.

*ei supersit* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *illi supersit*. B = *ex qua tantum patitur et sumitur*. B — *quidem* post *ad tempus*.

4. e = *non enim esset*. B — *in* ante *tot coelestia*. G (s∾) = *ista decurrerent*. G(s∾) = *Nec tamen necesse est*. B = *et plena sit*.

*multum spiritus lateat intus* = EG Gr. 𝔅 ... 𝔏4. B = *multum spiritus intus lateat*. Bong. ex Cui. Memm. 𝔊ro ... 𝔎 = *multum spiritus interlateat*. Koeler ci. = *aer latens obtineat*. E = *optineat*. B = *necesse est ergo id ipsum quo re mobilissima plenum est*. P3. + *necesse est ut id saepe moveatur*. P4 + *necesse est id saepe ut ipsum moveatur*. 𝔅 = *re nobilissima*.

*cuiquam potest* = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *potest cuiquam*. Apud G *qùin* in lit. G (s∾) — *sit* post *nihil*. B — *tam* ante *inquietum*.

*tam versabile* = BEeG Gr. 𝔅2. 𝔅 ... 𝔅1. ℜu 𝔎 + *et tam versabile*.

et agitatione gaudens? XVII. Sequitur ergo, ut naturam suam exerceat et quod semper moueri uult aliquando et alia moueat. Id quando fit? quando illi cursus interdictus est. Nam quamdiu non inpeditur it placide, cum offenditur et retinetur, insanit et moras suas abrumpit, non aliter quam ille

*Pontem indignatus Araxes.*

2 Quamdiu illi facilis et liber est alueus, primas quasque aquas explicat: ubi saxa manu uel casu inlata repressere uenientem, tunc inpetum mora quaerit et quo plura opposita sunt plus inuenit uirium. Omnis enim illa unda quae a tergo superuenit et in se crescit, cum onus suum sustinere non potuit, uim ruina pa-
3 rat et prona cum ipsis quae obiacebant fugit. Idem spiritu fit qui quo ualentior agiliorque est citius eripitur et uehementius septum omne disturbat: ex quo motus fit, scilicet eius partis sub qua pugnatum est. Quod dicitur uerum esse ex illo probatur:

*et agitatione gaudens* = BE Bong. ex Cui. Fort. P3. codd. Ops. Anic. Scal. Trist. Gro ... K. P4. = *et fatigatione gaudens.* G Col. B ... L4. = *et vagatione gaudens.*

Cap. XVII.

B — *ergo* post *Sequitur.*

*Id quando fit? quando illi cursus* = EG Gr. Gro ... K. e = ∾ *quum illi cursus* (sed scribit *Qñ* i. e. *quando*). B = *Id tanta fit quanto cursus* om. *illi.* B ... L4. = ∾ ? *Cum illi cursus.*

*it placide* = EeG. B = *id placide.* BC1. ... K = *placide fluit.* G Gr. B ... C2. = *et moras suas arripit.* BE Pinc. v. l. ∾.

*quam ille pontem indignatus Araxes* = BE P4. Col. codd. Ops. C1. Gro ... K. G (lit.) + *quam ille potest pontem indignatus Araxes.* P3. B = *quam ille poeta indignatus Araxes.* Fort. + *quam ille poeta pontem indign. Ar.* Fortun. ci. = *quam illud poetae* sive [C2. ... L4.] + *ille poetae pontem ind. Ar.* Versus est Virg. A. VIII, 728.

2. B = *Quamdiu ille liber et facilis alveus est non lenius primas quasque explicat undas.*

*manu vel casu inlata repressere* Ee. B = *manu vel casu inlatae pressere venientem* (s.m. *vehentem*). G Fort. P4. Col. codd. Ops. BC1. = *manu vel casu in latere pressere.* P3. = *casu vel manu pressere* om. *inlata.* Fortun. ci. = *manus vel casu illata in latere pressere.* Erm. ci. mC1. C2. ... K = *manu vel casu illata pressere.* G (n.) + *et tunc impetum.* B = *tunc impetum mora premit* ∾ *plus accipit virium.* G (cr. ∾) = *moram quaerit et quoque plura opposita.* B — *illa* ante *unda.* B + *vim ruina sua parat.*

*cum ipsis quae obiacebant fugit* = BE P3. 4. codd. Ops. Gro ... K. GB = *cum his quae obiciebat* [B = *obiic.*] *aufugit.* Col. = *quae obieciebat aufugit.* C1. = *cum his quae obiacebant aufugit.* C2. C = *cum his quae obiacebant fugit.* G ... L4. = *cum his quae iacebant fugit.*

3. B = *Idem fit spiritu.*

*citius eripitur* = BEeG Gr. B C1. Fort. RuK = *eo citius rapitur.* Pinc. v. l. — *eripitur.* mC1. Pinc. ci. = *citius erumpit.* B = *omnes septum disturbat. ex quo* [Nicot. =] *motus fit solius eius partis* (P4. = *s9 eius partes subq.*). P4. = *septus omnis disturbat.* P3. Col. = *ceptus omnis disturbat.* GBC1. Man Gro ... K = *septus omnes disturbat.* EC2. ... L4. ∾. G(s∾) = *sub quo pugnatum est.* G = *quod*

saepe cum terrae motus fuit, si modo pars eius aliqua dirupta est, inde uentus per multos dies fluxit, ut traditur eo factum motu 4
quo Chalcis laborauit: apud Asclepiodotum inuenies, auditorem Posidonii, in his ipsis Quaestionum Naturalium causis. Inuenies et apud alios auctores hiasse uno loco terram et inde non exiguo tempore spirasse uentum qui scilicet illud iter ipse sibi fecerat per quod ferebatur. XVIII. Maxima ergo causa est propter quam terra moueatur spiritus natura citus et locum e loco mutans. Hic quamdiu non inpellitur et in uacanti spatio latet, iacet innoxius nec circumiectis molestus est: ubi illum extrinsecus superueniens causa sollicitat conpellitque et in artum agit, scilicet adhuc cedit tantum et uagatur. ubi erepta discedendi facultas est et undique obsistitur, tunc

*magno cum murmure montis*
*Circum claustra fremunt*

quae diu pulsata conuellit ac iactat, eo acrior quo cum mora 2
ualentiore luctatus est. Deinde cum circa perlustrauit omne quo tenebatur nec potuit euadere, inde quo maxime inpactus est

*dicitur verum est.* B = *et illo probatur.*

*saepe cum terrae* = BEe. G𝔅𝔈1. = *saepe enim terrae.* 𝔈2. . . . 𝔎 + *saepe enim cum terrae.* B = *motus fuerit.* B — *aliqua.*

4. EeG (s∾) = *ubi traditur.*

*eo factum motu* = Ee. G𝔅 = *factum eo motu.* B = *factum illo terrae motu.* 𝔈1. . . . 𝔎 = *factum eo terrae motu.* B = *quo calceis laboravit.* E = *quo Calchis laboravit.*

*apud Asclepiodotum invenies* = Ee G𝔅. B𝔈1. ... 𝔎 + *quod apud Ascl. invenies.* G (s.m.) — *invenies.*

*in his ipsis Quaestionum Naturalium causis* = BE P4. Col. 𝔅𝔈1. 𝔚2. ... 𝔎. GP3. 𝔈2. ... 𝔚1. — *his.* G = *hiasse imo loco terram.* B = *spiravisse ventum.* Ee = *qui secundum illud iter ipse.* BG (s∾) — *ipse.* 𝔅 = *intus ipse sibi fecerat.*

Cap. XVIII.

B = *Mox ima ergo causa est.*

*non inpellitur* = BEG Gr. alter cod. Ops. Anic. 𝔅 ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. Alter cod. Ops. — *inpellitur.* 𝔊 ... 𝔏4. — *non.* B = *iacet, latet innoxius.* P3. = *et vaganti spatio iacet, latet inn.* P4. = *et in natanti spacio iacet inn.* om. *latet.* Ee = *non circumscriptis molestus est.* G(cr.∾) 𝔅 = *nec circumvectis.* B = *superveniens extrinsecus.* Alter cod. Ops. = *compellique, in arctum agit scilicet.* B alter cod. Ops. = *compellitque et in artum* [Ops. = *arctum*] *ducit scilicet.* P3. 4. 𝔅 = *et in artum.* Opsop. ci. = *compellitque, adhuc cedit tantum* rell. om. quae pro interpretatione scholastica habet. Ee = *si licet adhuc.* sG = *scilicet ad hec.* B = *tantum cedit.* E = *cedit tamen* (*tñ*).

*ubi erepta discedendi facultas est* = EsG 𝔅 ... 𝔚1. 𝔑u 𝔎. B Brit. 𝔚2. = *ubi exempta* [*exemta*] *discedendi f. e.* probat Gron. G = *es erecta disced. f. e.*

*Circum claustra fremunt* = EVirg. (A. I, 56.) BG 𝔅 ... 𝔎 = *Circum claustra fremit.*

2. P3. 4. = *qui diu pulsata.*

*quo cum mora valentiore luctatus est* = EeG. B = *quo est mora valentiore luctatus* om. *cum.* 𝔅 ... 𝔎 = *cum valentiore mora.* E = *quod tenebatur.*

resilit et aut per occulta diuiditur ipso terrae motu raritate facta aut per nouum uolnus emicuit. Ita eius non potest uis tanta cohiberi nec uentum tenet ulla conpages: soluit enim quodcumque uinculum et onus omne fert secum fususque per minima laxamentum superat indomita potentia naturae liber: at utique cum
3 est concitatus, sibi ius suum uindicat. Spiritus uero inuicta res est: nihil erit quod

*Luctantes uentos tempestatesque sonoras*
*Imperio premat ac uinclis et carcere frenet.*

Sine dubio poetae hunc uoluerunt uideri carcerem in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id quod clausum est esse adhuc uentum nec id quod uentus est posse iam claudi. Nam quod in clauso est quiescit et aeris statio est:
4 omnis in fuga uentus est. Etiamnunc et illud accedit his argumentis: motum efficit spiritus, quod corpora quoque nostra non

B — *per occulta*. G(cr.∾) = *aut per novum vulgus.*

*Ita eius non potest vis tanta cohiberi* = EeG 𝔅𝔈1. B = *Ita eius non potest tanta vis cohiberi*. 𝔈2. ... 𝔎 = *Ita eius vis tanta non potest cohiberi.* B = *solvit enim omne vinculum.*

*et onus omne* = BEe. G 𝔅 . . . 𝔎 = *et omne onus.*

*fususque per minima* = EeG Fort. Pinc. v. l. P3. Col. 𝔅. B P4. 𝔈1. ... 𝔎 = *infususque per minima.*

*laxamentum superat* = BEeG (s.m.) P4. Memm. Nicot. 𝔈1. 𝔐an 𝔊 𝔊 ℜu 𝔎. G Fort. P3. Col. 𝔅𝔈2. = *laxamentum superatus*. Pinc. ci. 𝔐 . . . 𝔅2. = *laxamentum sibi parat.* Scalig. (ad Lucil. Aetn. v. 385.) laudat *infususque per minima laxamenta superat.* BsG Nicot. + *et indomita*. Memm. = *et domita.*

*potentia naturae* = BEe. G Gr. Memm. Nicot. 𝔅 ... 𝔎 = *naturae potentia* (P4. = *pôn*).

*liber: at utique cum est concitatus.* Ita interim scripsi. B = *liberat utique cum est concitatus.* Ee = *liberat est utique cum concitatus.* G = *liberat. Est utique cum concitatis* (hoc cr.∾). Fort. P4. Col. Memm. = *liberat. Est utique cum concitatus.* Nicot. = *liberat. Est utique cum concitatur et sibi.* P3 𝔅 = *libera est, utique cum concitatus.* 𝔈1. 𝔐an = *libera est, utique cum concitius.* 𝔈2. ... 𝔊 = *liberat, utique concitatius.* 𝔐 ... 𝔎 = *liber, utique concitatus, sibi.* Scalig. locum sic legit: *liber; at utique quum concitatior ius suum sibi vindicat.*

3. B — *vero* post *Spiritus.*

*nihil erit quod* = BEeG. 𝔅 ... 𝔎 + *nihil enim erit quod.*

*Luctantes ventos.* Virg. A. I, 53. sq. E(s∾) — *ventos*. Virg. = *premit* ∾ *frenat*. G = *vinculis* [hoc cr. ∾. 𝔅 𝔈1. =] *ac carcere.*

*hunc voluerunt* = BEG (lit.). 𝔅 ... 𝔎 = *hunc voluerant*. P4. = *hinc vol.* G + *caronem vel carcerem.* E (s∾) — *clausi* post *terra*. Ee — *non* ante *intellexerunt*. B — *adhuc* ante *ventum*. B — *iam* ante *claudi.*

4. B = *Etiamnunc aliud accidit* (hoc cr.∾). G = *Etiamnunc* [m et] *illud accidit.*

*motum efficit spiritus* = B. Ee + *per quod apparet quod motum efficit spiritus.* G Gr. 𝔅 ... 𝔊 𝔅2. + *per quod appareat, quod motum efficit spiritus.* 𝔐 ... 𝔅1. ℜu 𝔎 = *per quod appareat, motum effici spiritu.* Fortasse verius erat: *quod motum efficit spiritus.* B = *quo corpora quoque nostra.*

aliter tremunt, quam si spiritum aliqua causa perturbet, cum timore contractus est, cum senectute languescit et uenis torpentibus marcet, cum frigore inhibetur aut sub accessionem cursu suo deicitur. Nam quamdiu sine iniuria perfluit et ex more procedit, nullus est tremor corpori: cum aliquid occurrit quod inhibeat eius officium, tunc parum potens in perferendis his quae suo uigore tenebat deficiens concutit quicquid integer tulerat. XIX. Metrodorum Chium necesse est audiamus quod uult sententiae loco dicentem. Non enim permitto mihi ne eas quidem opiniones praeterire quas inprobo, cum satius sit omnium copiam fieri et quae inprobamus damnare potius quam praeterire. Quid ergo dicit? *Quomodo cum in dolio cantantis uox illa per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat et tam leuiter mota tamen circuit non sine tactu eius tumultuque quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium uastitas habet aera suum quem simul alius superne incidens percussit, agitat non aliter quam* illa de quibus paulo ante retuli *inania indito clamore sonuerunt.* XX. Veniamus

E (s∾) — *aliter* ante *tremunt.* *aliqua causa perturbet* = BEe. sG = *aliqua causa perturbat.* G 𝔅 𝔊2. ... 𝔎 = *quam si sp. aliqua causa conturbat.* 𝔊1. = *si spiritum* ∾ *conturbat* om. *quam.* B = *cum timore exceptus est.* Apud G *contractus est* in lit. E = *frigore inibetur.* B P4. = *aut sub accessione febris a cursu suo deicitur.* Ee = *aut sub accensionem.* G — *et* ante *ex more.* G = *cum aliquid occurrat.* B = *quod inhabeat.* E = *inibeat.* Trist. = *inhibeat eius effectum.* B P4. = *tunc parum potest perf.*

*in perferendis his* = EeG𝔅 ... 𝔊2. B P4. 𝔊 ... 𝔎 — *in.* B — *suo* ante *vigore.* BEeG (cr. ∾) P3. 4. = *vigore tendebat.* Col. = *vigore tondebat.* 𝔅 ∾. B + *et deficiens.* G = *quicquid integra tulerat.* Fort. P3. Col. 𝔅𝔊1. = *quicquid integrum tulerat.* BE P4. Fortun. ci. ∾.

Cap. XIX.

B = *Metrodorum Schium.* P4. = *Metrodorus autem Chium.* G (n.) + *M. Chiumque necesse est.* hinc orta alia scriptura BEe Gr. 𝔅 + *quia necesse est.* G (s.m.) = *audias.* B = *audiamus quidem sententiae loco d.*

*ne eas quidem opiniones* = BEe𝔅. G𝔊1. ... 𝔎 = *nec eas q. op.* Ee = *cum satis sit.* Ee = *et quas damnamus improbare.* de quo vide.

*Quomodo cum in dolio cantantis vox illa per totum* = BEe P3. G 𝔅 = *Quomodo cum in dolio cantus* [mG ∾] *vox illa per totum.* P4. Col. 𝔊1. = *Quomodo cum in dolio causatur, vox illa per totum.* Fort. 𝔊2. ... 𝔎 = *Quomodo in dolio cantantis vox* [𝔑u𝔎 = *vox illa*] *per totum.* Salmas. (ad Scriptt. H. A. II. p. 821.) ci. = *Quomodo quum in dolio cantatur, vox illa per totum.* Schneider (in Ecll. Physs. p. 182.) ci. = *Quomodo quum in dolio clauditur vox, illa per totum* G (s.m.) — *cum* ante *quadam.* B (cr. ∾) = *percutit ac resonat.* Col. = *et cum leviter mota cum circuit.* B P4. = *et tam leviter morata tamen circuit.* 𝔊1. = *et tam leviter morata circuit.* e = *et* [hoc n.] *tamen circuitur.* EG Fort. P3. 𝔅 ∾. B = *sub terra pendentum.* B = *qui simul alius.* G = *retuli in anima. Indico morem sonuerunt.*

nunc ad eos qui omnia ista quae retuli in causa esse dixerunt aut ex his plura. Democritus plura putat. Ait enim *motum aliquando spiritu fieri, aliquando aqua, aliquando utroque.* et id hoc modo prosequitur. *Aliqua pars terrae concaua est: in hanc aquae uis confluit. ex hac est aliquid tenue et ceteris liquidius. Hoc cum superueniente grauitate reiectum est, terris inliditur et illas mouet: nec enim fluctuari*
2 *potest sine motu eius in quod inpingitur. Etiamnunc quomodo de spiritu dicebamus de aqua quoque dicendum est. Ubi in unum locum coniecta est et capere se desiit, aliquo incumbit et primo uiam pondere aperit, deinde inpetu: nec enim exire nisi per deuexum potest diu inclusa nec in directum cadere moderate aut sine concussione eorum per quae*
3 *uel in quae cadit. Si uero, cum iam rapi coepit, aliquo loco subsistit et illa uis fluminis in se reuoluta est, in continentem terram repellitur et illam qua parte maxime pendet*

P3. = *inania vel inclito indico clamore sonuerunt.* P4. = *inania indito more sonuerunt.* Col. = *in anima indico mare sonuerunt.* c = *inclito clamore.*

Cap. XX.

B = *dixerunt. de his plura Democritus ait dici motum.* Brit. (apud Gron. ms.) = *dixerunt. de his plura Democritus. Ait enim motum.* probat Gron. (ms). B = *fieri aliquando spiritu.* B = *et hoc modo id prosequitur.* G = *et ratio hoc modo prosequar* (hoc in lit.). B = *Aliqua terrae pars.*

*in hanc* = BEeG. 𝔅 — *hanc.* 𝔈1. ... 𝔎 + *et in hanc.*

*aquae vis confluit* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 + *aquae magna vis confluit.* G 𝔅 = *aliquod tenue.* B = *rectum est inliditur terris.* mG = *reiectum est terras illidit.* B — in ante quod *inpingitur.*

2. *Etiamnunc quomodo de spiritu* = BFeG Col. 𝔅 ... 𝔊. P3. = *Etiam tunc quomodo hoc spiritu.* P4. = *Etiam quomodo nunc de spiritu.* 𝔐 ... 𝔎 = *Etiamnum quod modo de spiritu.* B — *est* post *dicendum.*

*in unum locum coniecta est* = Ee Anic. Scal. 𝔅. G = *in unum locum conlecta est.* BmG 𝔈1. ... 𝔎 = *in unum locum congesta est.* B = *sed aliquo incumbit primo illam viam.* B = *nisi per divexum.* G = *nisi per devessum.* nisi abundare videbatur Gronovio. G (s∾) = *nec rectum cadere.*

*per quae vel in quae cadit* = Ee P3. cod. Ops. B = *per et in quae cadit.* G P4. Col. 𝔈1. ... 𝔎 = *per quae et in quae.* 𝔅 = *per quae in quae.* Fortasse alterutrum spurium est, sive *per quae*, sive *in quae.*

3. *rapi coepit* = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *rapi coeperit.*

*subsistit* = BEe 𝔅. G 𝔈1. ... 𝔎 = *substitit.* Scal. = *substiterit.*

*in continentem terram repellitur* = EG Gr. 𝔅 ... 𝔏4. (G s.m. = *terra*). B codd. Ops. Brit. = *in concurrentem terram repellitur.* probat Gron. (ms) et explicat „in obviam et quasi adversariam sibi illiditur.“ Gron. ci. 𝔊ro ... 𝔎 = *in occurrentem terram repellitur.*

*qua parte maxime pendet* = E P3. 4. codd. Ops. Brit. 𝔈2. ... 𝔊 𝔊ro ... 𝔎. B = *qua parte maxima pendet.* G = *qua parte pendet* [s *maxime*] *exagitat maxime* (hoc n.). Col. — *maxime.* 𝔅 = *qua parte pendet*

*exagitat. Praeterea aliquando madefacta tellus liquore penitus accepto altius sedit et fundus ipse uitiatur: tunc ea pars premitur in quam maxime aquarum uergentium pondus inclinat. Spiritus uero nonnumquam inpellit undas et, si uehementius institit, eam scilicet partem terrae mouet in quam coactus aquas intulit. nonnumquam in terrena itine-* 4
*ra coniectus et exitum quaerens mouet omnia: et terra quoque penetrabilis uentis est et spiritus subtilior est, quam ut possit excludi, et uehementior, quam ut sustineri concitatus ac rapidus.* Omnes istas posse esse causas Epicurus ait pluresque alias temptat et alios qui aliquid unum ex istis esse adfirmauerunt corripit, cum sit arduum de his quae coniectura sequenda sunt aliquid certi promittere. *Ergo,* ut ait, *potest ter-* 5
*ram conmouere aqua, si partes aliquas eluit et abrasit quibus desiit posse extenuatis sustineri quod integris ferebatur. potest terram conmouere inpressio spiritus: fortasse enim aer alio intrante aere agitatur. fortasse aliqua parte subito decidente percutitur et inde motum capit. fortasse*

*exagitat maxime.* 𝔊1. + *qua parte maxime pendet exagitat maxime.* Pinc. v. l. = *qua parte tendit, exagitat maxime.* 𝔐 ... 24. = *qua parte maxime tendit.* e = *exagitet.* B = *tellus madefacta liquore accepto penitus.*

*altius sedit* = EeG𝔅. B Gr. = *altius sedet.* 𝔊1. ... 𝔎 = *altius sidit.* B = *et funditus ipse vitiatur.* 𝔅 = *et fundus ipse vitiatus.* B = *nonnumquam aquas impellit.* G (m ∾) — *inpellit undas ... intulit. Nonnumquam.*

*eam scilicet partem terrae* = BEe unus cod. Ops. mG P3. 𝔅 ... 𝔎 = *eam scilicet terrae partem.* P4. Col. = *eam scilicet partem movet terrae.* Verba *scilicet terrae* Opsopoeo et Grutero suspecta sunt. Anic. Chifl. = *coactus aquas intulit.*

4. *nonnumquam in terrena itinera coniectus* = BEG Fort. Pinc. v. l. Gr. codd. Ops. 𝔊rc ... 𝔎. 𝔅 ... 24. = *N. in coacta itinera coniectus.* Fortun. ci. = *in arcta itinera.* sG = *congestus.*

*et terra quoque penetrabilis* = Ee. B[illegible] *autem penetrat*[illegible] *autem penet*[illegible]*tus.* B — *est* post *subtilior.* G — *et* ante *vehementior.*

*posse esse causas* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *esse posse causas.* B = *ex istis aliquod unum.* E = *aliquid imum ex istis.*

*de his quae coniectura* = BEeG 𝔅 𝔊1. (G 𝔊1. = *hiis*). 𝔊2. ... 𝔎 = *de iis quae coniectura.*

5. B = *Potest ergo ait* om. *ut.*

*terram conmovere aqua* = Ee. BG𝔅 ... 𝔎 = *terram movere aqua.*

*eluit et abrasit* = E𝔅 ... 𝔎. G = *eluit et adrasit.* sG = *adrosit.* B Bamb. = *eluit et arrosit.* B = *quibus desiit posse extenuatis sufficere quod integris ad sustinendum sat erat.*

*potest terram conmovere* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *potest terram movere.*

*aer alio intrante aere* = Ee. B = *aer extrinsecus alio intrante* [s *aere*] *agitatur.* Etiam cod. Ops. aberat *aere*, quod non admodum requiri censet Grut. G𝔅 + *aer et extrinsecus alio intrante aere.* 𝔊1. ... 𝔎 = *aer extrinsecus alio intrante aere.* B = *aliqua subito parte percutitur decidente.* G (s∾) = *et tamen motum capit.*

*aliqua pars terrae uelut columnis quibusdam ac pilis sustinetur quibus uitiatis ac recedentibus tremit pondus inpositum.*
6 *fortasse calida uis spiritus in ignem uersa et fulmini similis cum magna strage obstantium fertur. fortasse palustres et iacentes aquas aliquis flatus inpellit et inde aut ictus terram quatit aut spiritus agitatio ipso motu crescens et se incitans ab imo in summa usque perfertur.* Nullam tamen illi placet causam motus esse maiorem quam spiritum. XXI. Nobis quoque placet hunc spiritum esse qui possit tanta conari, quo nihil est in rerum natura potentius, nihil acrius, sine quo nec illa quidem quae uehementissima sunt ualent. Ignem spiritus concitat. aquae, si uentum detrahas, inertes sunt: tunc demum inpetum sumunt, cum illas agit flatus et potest dissipare magna spatia terrarum et nouos montes subiectus
2 extollere et insulas non ante uisas in medio mari ponere. Theren et Therasiam et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aegaeo mari natam, quis dubitet, quin in lucem spiri-

*fortasse aliqua pars terrae* = BEe G P4. Col. 𝔅 … 𝔈. P3. „hanc periodum omisit.“ 𝔊 … 𝔎 = *Fortasse aliqua parte terrae.* G Col. = *quibusdam vitiatis ac rec.* 𝔅 = *quibusdam viaticis ac reced.* 𝔈1. = *Quibusdam iam vitiatis ac reced.* B P4. = *quibus inpulsis ac rec.* E mG Fort. ∾.

6. Ee = *in ignem versat et fulmini.* B — *et* ante *fulmini.* G (cr. ∾) = *et fulminum similis.* B = *magna obstantium strage.* B = *ac iacentes.* G (s∾) = *aliquas flatus.* B = *in summa usque profertur. tamen illi placet* [XXI.] *hunc spiritum esse* rell. om. G(m∾) P4. Col. — *maiorem* post *motus esse.*

Cap. XXI.

*qui possit tanta conari* = BE. G 𝔅 … 𝔎 = *qui tanta possit conari.* B = *quia nihil est in natura rerum potentius vi aeris sine quo.* B = *quae sunt vehementissima.* G(s∾) = *aquae si ventum trahas.* B = *Tunc de motu impetum sumunt.*

*et potest dissipare* = EG Gr. codd. Ops. 𝔅𝔈1. B 𝔈2. … 𝔎 = *qui potest dissipare.*

*et novos montes subiectus extollere* = Ee mG codd. Ops. Anic. Scal. Trist. ci. Fortun. 𝔐an. B Fort. P3. 𝔖𝔈1. 𝔑u = *et novos montes subiectos extollere.* P4. = *et novos montes sbictõs extollere.* G Col. = *et novos montes subtus extollere.* 𝔈2. … 𝔅2. 𝔎 = *et novos montes subrectos extollere.*

2. *Theren et Therasiam et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aegaeo mari natam, quis dubitet, quin in lucem spiritus vexerit?* Ita scribendum videtur. Ee = *Therem̄ et Theraam* ∾. P3. = *ponere Theren et Themam et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in eges mari nata.* Col. = *ponere Therem et Therriam hanc nostrae aetatis insulam, spect. nobis in Egeo mari nauta quis dubitat.* G = *Therem et Therenam. Hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Egeo mari nauta* [m *natatam*] *quis dubitat quin in lucem spiritus vexeeserit?* Fort. = *Therē, et Themam, et hanc nostrae aetatis insulam.* Codd. Ops. partim = *Thereytheraam et hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aeg.* partim = *Therem et Theram nostrae aetatis insulas sp. nobis in Aeg m. natas.* B = *Therem et T*[illegible] *ae-*

**tus uexerit? Duo genera sunt, ut Posidonio placet, quibus mouetur terra. utriusque nomen est proprium: altera succussio est, cum terra qualitur et sursum ac deorsum mouetur, altera inclinatio qua in latera nutat nauigii more. Ego et tertium** 3
**illud existimo quod nostro uocabulo signatum est: non enim sine causa *tremorem* terrae dixere maiores qui utrique dissimilis est. nam nec succutiuntur tunc omnia nec inclinantur, sed uibrantur. Res minime in huiusmodi casu noxia, sicut longe perniciosior est inclinatio concussione. Nam nisi celeriter ex altera parte properauerit motus qui inclinata restituat, ruina necessario sequitur, cum dissimiles hi motus inter se sunt quorum causae**

*talis insulas spectantibus nobis in Aegeo mari natas quis dubitat quia* ∾. P4. = *in medio mari. Therem et Theream, nostrae aetatis insulas spect. nobis in Aegeo mari natas.* 𝔅 = *therē et thernā hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in aegaeo mari natam quis dubitat. quin lucem spiritus vexerit.* 𝔊1. = *Therem et Theream hanc nostrae aetatis insulam spectantibus nobis in Aegaeo mari natam quis dubitat, quin in lucem spiritus vexerit?* 𝔐an = *Therem, et Theream, et hanc nostrae aetatis insulam.* Fortun. ci. = *Therā et Therasiā* vel *Therā et Thiā* vel *Theram et Hieram et hanc nostrae aetatis insulam.* 𝔊2. = *Therem et Theream* [m *Therasiam sive Thiam*] *hanc nostrae aetatis insulam, spectantibus nobis in Aegaeo mari enatam, quis dubitat, quin* ∾? Pinc. ci. ℭ𝔊 = *ponere, Theram et Therasiam. Thiam nostrae aetatis insulam spectantibus nautis in Aegaeo mari enatam, quis dubitat?* (ℭ𝔊 = *quis dubitat, quin in lucem spiritus vexerit?*). Brod. (Miscell. V, 3.) ci. = *Theren, et Thiam hanc nostrae aetatis insulam spect. nobis.* 𝔐 ... 𝔏4. = *Therasiam nostrae aetatis insulam, spectantibus nautis in Aegaeo mari enatam, quis dubitat,* ∾? Muret. ci. = *Inter Theram et Therasiam, hanc nostrae aetatis insulam.* Gron. ci. 𝔊ro ... 𝔎 = *Theren et Therasiam et hanc nostrae aetatis insulam, spectantibus nobis in Aegaeo mari enatam, quis dubitat* ∾? B = *uo genera sunt.*

*utriusque nomen est proprium* = Ee Gr. 𝔅𝔊1. G = *utrimque nomen est pr.* BG (s.m.) Fort. 𝔊2.... 𝔎 = *utrique nomen est prop.* B (cr. ∾) G = *altera sussessio est.* B = *qua alterum mutat in alterum navigii more.* G = *qua in altera nutat* [s *altera*] *navigii more.* 𝔅 = *qua in altera mutat navigii more.* P3. = *quam in latera nutat alterum navigii more.* P4. = *quae imitatur alterum navigii more.* Col. = *qua altera nutat navigii more.* e + *alterni navigii more.*

3. B = *Ego id existimo quod.* G = *Ergo et tertium illud existimo.* E (s∾) — *est* post *signatum.* G(cr.∾) = *quod utrique diss.* B = *dissimilis est. nec cum succutiuntur.* P3. = *nam nec tunc omnia succurrunt.* P4. + *nam nec cum omnia succ.* Pinc. ci. = *succutiuntur tunc moenia.* B P4. — *neo* ante *inclinantur.*

*sed vibrantur* = BEeG 𝔅 ... 𝔐 𝔍u 𝔅2. 𝔏 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *nec vibrantur.* Illud probat Gron. BG = *in eiusmodi casu.* G(s.m.) — *sicut.* B = *inclinatio successione* (s.m. *succensione*). B — *nisi* ante *celeriter.*

*ex altera parte* = BEeG 𝔅 ... 𝔏4. 𝔊ro ... 𝔎 + *et ex altera parte.*

*properaverit motus* = Ee. 𝔅 = *probabit motus.* G 𝔊1. ... 𝔎 = *properabit motus.* B = *properabit motus divisi inter se* rell. om.

*hi motus* = EeG 𝔅𝔊1. (G 𝔅𝔊1. = *hii*). 𝔊2. ... 𝔎 = *ii motus.*

*inter se sunt* = BEe. G𝔅 ... 𝔎 = *inter se sint.*

*quorum causae diversae sunt.* Ita

diuersae sunt. XXII. Prius ergo de motu quatiente dicamus. Si quando magna onera per uices uehiculorum plurium tracta sunt et rotae maiore nisu in salebras inciderunt, terram concuti senties. Asclepiodotus tradit: *Cum petra e latere montis abrupta cecidisset, aedificia uicina tremore conlapsa sunt.* Idem sub terris fieri potest, ut ex his quae inpendent rupibus aliqua resoluta magno pondere ac sono in subiacentem cauernam cadat eo uehementius quo aut plus ponderis uenit aut altius: et
2 sic conmouetur omne tectum cauatae uallis. Nec tamen pondere suo abscindi saxa credibile est, sed cum flumina supra ferantur, adsiduus humor commissuras lapidis extenuat et cotidie his ad quae religatus est aufert et illam, ut ita dicam, cutem qua continetur abradit. deinde longa per aeuum diminutio usque eo infirmat illa quae cotidie adtriuit, ut desinant esse oneri fe-
3 rendo. Tunc saxa uasti ponderis decidunt, tunc illa praecipitata rupes quicquid ab imo repercussit non passura consistere

*Cum sonitu uenit et ruere omnia uisa repente,*

scribendum videtur. BEe = *causae quorum diversae sunt.* Brit. = *causaeque eorum diversae sunt.* Gron. ci. ℜu𝔎 = *causae quoque eorum diversae sunt.* G = *sicut causae eorum diversae sunt.* 𝔅 ... 𝔅2. = *causae eorum diversae sunt.*

Cap. XXII.

Col. = *onera per vicos pluviari tracta sunt.* Nicot. = *per vicos vehiculorum tracta sunt.* probat Creechius ad Lucret. VI, 547. 𝔅 = *plurimum tracta sunt.* B = *et rotae maiores in salebras conciderunt.* B(m ∾) — *concuti* ante *senties.*

3. E = *Non vides qui contraria.* B = *sint elementa.* G (s∾) — *sint.* G (s.m.) — *et* ante *levia.*

*tota haec mundi concordia* = E. B = *Tota autem mundi concordia.* G 𝔅 ... 𝔎 = *Tota huius mundi concordia.* B = *ex discordibus est.* G = *Negas cometam.* B = *esse stellam* ∾ *similis ceteris.*

*Vides enim, simillima est illa* = BEeG Fort. P3. Col. 𝔈1. 𝔅2. P4. 𝔅 = *Vides enim simillima esse illa.* 𝔈2. ... 𝔊 = *Vides quam simillima est illa.* 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Vides enim, quam simillima sit illa.* Fortun. ci. = *Vides quam dissimillima est illa.* B = *revertitur ad sedem suam.* E = *huic qui intra annum.* B = *Non ad unam formam natura.* G(m∾) = *sed ipsa veritate se iactat.*

4. B = *Alia minora alia velociora* ∾ *quaedam temperantiora.* G (m∾) — *aliis fecit. alia validiora.*

*quaedam eduxit a turba* = BEe. G𝔅 ... 𝔎 + *quaedam autem eduxit a turba.* B = *quaedam in greges mersit.* B = *qui illi aliquando non putat.*

*nisi quod saepius fecit* = BEesG P3. 𝔅. G 𝔈1. ... 𝔎 = *nisi quod saepius facit.* G = *Cometes.* B = *operis sui solvere.* Gr. = *operis sui colore.* Anic. = *corporis sui colere.*

*quam ceteri* = BEeG 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *quam ceteris.* G — *stellarum.* P4. = *et multa amplexa regionem.* Col. = *et multarum amplexa regionum.*

Quid ergo? non iudicas sidus esse quod futura denuntiat? non enim sic hoc tempestatis signum est quomodo futurae pluuiae

*Scintillare oleum et putres concrescere fungos.*

aut quomodo indicium est saeuituri maris, si marinae

*In sicco ludunt fulicae notasque paludes*
*Deserit atque altam supra uolat ardea nubem:*

sed sic quomodo aequinoctium in calorem frigusque flectentis 2
anni, quomodo illa quae Chaldaei canunt, quid stella nascentibus triste laetumue constituat. Hoc ut scias ita esse, non statim cometes ortus uentos et pluuias minatur, ut Aristoteles ait, sed annum totum suspectum facit. ex quo adparet illum non ex proximo quae in proximum daret signa traxisse, sed habere reposita et conpressa legibus mundi. Fecit hic cometes qui Paterculo et Uopisco consulibus adparuit quae ab Aristotele Theophrastoque sunt praedicta. Fuerunt enim maximae et continuae tempestates ubique: at in Achaia Macedoniaque urbes terrarum 3
motibus prorutae sunt. Tarditas, inquit, illorum argumentum est grauiores esse multumque in se habere terreni, ipse praeterea cursus: fere enim conpelluntur in cardines. XXIX. Utrumque falsum est. De priore dicam prius. Quae tardius feruntur grauia sunt? Quid ergo? stella Saturni quae ex omnibus

Cap. XXVIII.

B = *Non enim fit tempestatis signum quomodo.* E (s∾) = *tempestatis genus est.*

*Scintillare oleum.* Virg. G. I, 392. *In sicco ludunt.* Virg. G. I, 363. sq. B = *supervolat ardea.* G (cr. ∾) = *supra volant arida nubem.*

2. e — *in* ante *calorem.* B = *frigus flectentis* om. *que.* B = *quod stella noscentibus triste.* G (s∾) = *laetumque.* B = *ventos pluviasque minatur.* G (cr. ∾) = *minantur.* B — *illum* post *adparet.*

*non ex proximo* = BE sG 𝔅 ... 𝔅1. ℜu 𝔎. G P4. = *non in proximo.* P3. Col. = *non ex improximo.* Fort. 𝔅2. = *non ex improviso.* probant Fortun. Grut. B = *reposita et conprehensa.* Koeler ci. = *reposita et complexa.*

*Fecit hic cometes* = BEe. G = *Fecit his cometes.* G (s. m.) 𝔅 ... 𝔎 = *Fecit is cometes.*

*Paterculo et Vopisco consulibus* = E 𝔊2. ... 𝔎. B = *Paterculo et Ulpio consulibus.* G = *Periculo* [m∾] *et Vaspico cons.* P3. = *Napisco.* P4. = *Vapisco.* Col. = *Napistulo.* 𝔅 = *patriculo et vaspico cons.* 𝔊1. = *Patriculo et Vopisco cons.* Cum alibi hi consules non memorentur, Koeler ci. = *T. Virginio et Vopisco cons.* Ee — *sunt* ante *praedicta.*

3. B Koeler ci. = *et in Achaia.* E = *terrarum motu proruptae sunt.* B = *terrarum motibus praeruptae sunt.* Ge P4. Anic. Scal. 𝔅 = *terrarum motibus proruptae sunt.* P3. = *terrarum motibus produptae sunt.*

*ipse praeterea cursus* = BEe Gr. 𝔅2. G = *ipse praetura cursus.* 𝔅 ... 𝔅1. ℜu𝔎 = *ipsi praeterea cursus.*

Cap. XXIX.

*Quae tardius feruntur gravia sunt?* = B. EeG P4. codd. Ops. Rom. Scal. 𝔅 ... 𝔊2. + *quia quae tardius feruntur gravia sunt.* Pinc. ci. 𝔊 ... 𝔏4. + *Quare quia tardius feruntur, gravia sunt?* P3. = *quia quae tardius fuerunt.* Col. = *quia*

iter suum lentissime efficit grauis est? atqui leuitatis argumen-
tum habet, quod supra ceteras est. Sed maiore, inquis, am-
bitu circuit nec tardius it quam ceterae, sed longius. Succur-
rat tibi idem de cometis me posse dicere, etiam si segnior illis
2 cursus sit. Sed mendacium est ire eos tardius. Nam intra sex-
tum mensem dimidiam coeli partem transiit hic proximus, prior
intra pauciores menses recepit se. Sed quia graues sunt, infe-
rius deferuntur. Primum non defertur quod circumfertur. de-
inde hic proximus a Septemtrione motus sui initium fecit et per
Occidentem in Meridiana peruenit erigensque cursum suum obli-
3 tuit. alter ille Claudianus a Septemtrione primum uisus non de-
siit in rectum adsidue celsior ferri, donec excessit. Haec sunt
quae aut alios mouere ad cometas pertinentia aut me. Quae an
uera sint di sciunt quibus est scientia ueri: nobis rimari illa et
coniectura ire in occulta tantum licet nec cum fiducia inueniendi
neque sine spe. XXX. Egregie Aristoteles ait numquam nos
uerecundiores esse debere, quam cum de dis agitur. Si intra-

*tardius feruntur graviora sunt.* probat Grut. Idem ci. = *Quiane tardius feruntur gravia sunt?* Gron. ci. 𝔊ro ... 𝔅2. = *Quiane tardius feruntur, graves sunt?* 𝔑u 𝔎 + *Quid? quae tardius feruntur gravia sunt?* B = *lenissime efficit.*

*quod supra ceteras est* = BEG𝔙 ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔎 = *quod super ceteras est.*

*Sed maiore, inquis, ambitu* = BEe G(s.m.) P3. 4. 𝔈1. 𝔊ro ... 𝔎. GCol. 𝔙 = *Sed maiore inquis habitu.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *Sed maiore, inquam, ambitu.* B = *nisi tardius id quam ceterae.* 𝔈1. 2. + *Succurratque tibi* contra mstos etiam Pinc. Gr.

*idem de cometis me posse dicere* = Ee. B = *idem me de cometis dicere posse.* G𝔙 . . . 𝔎 = *idem me de cometis posse dicere.* B — *illis* post *segnior.*

2. B = *eos ire tardius.*

*dimidiam coeli partem transiit* = Ee. BG𝔙 . . . 𝔎 = *dimidiam coeli partem transcurrit.* sG = *inter pauciores m.* B = *se recepit.*

*erigensque cursum suum oblituit* = BEe. G𝔈1. ... 𝔎 = *erigensque suum cursum oblituit.* 𝔙 = *erigens cursum obliq.o.* P3. = *erigensque cursum obliquo id.* P4. Col. = *erigensque suum cursum oblicuit.* probat Grut.

3. P3. 𝔙𝔈1. = *assidue celerior ferri.* B = *adsidue celsior fieri.* B = *Haec sunt quae ad cometas pertinentia aut alios movere aut me.* G (m∾) = *quae ad alios movere.* G (s.m.) = *ad cometis.* P3. = *quae ad alios movere cometas pertinentia aut me.* P4. Col. 𝔙 = *quae aut alios movere cometas pertinacia, aut me.* G (s∾) = *quae an natura sint dii sciunt.* P3. = *quae an vera sint discutiunt.* Fort. 𝔈2. . . . 𝔊 𝔑u 𝔎 = *Quae an vera sint, discutiant.* (Koeler ci. = *id ii sciunt*). 𝔙 = *Quod annexa sint dii sciunt.* Bong. ex Cui. = *Quae an vera sint diis cura, quibus.* BE P4. Col. Anic. Scal. Trist. plures codd. Ops. ∾. G(m∾) Fort. Gr. 𝔙 . . . 𝔊 = *quibus est sententia veri.* BE Bong. ex Cui. ∾.

*et coniectura ire in occulta* = B Ee mG codd. Ops. 𝔊ro 𝔅2. 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *et coniectura ire in occulto.* P3. = *et iecturare in occulta. tamen licet.* G P4. Col. 𝔈1. ... 𝔏4. = *et coniecturare in occulto.* 𝔙 = *et coniecture in occulto.*

*neque sine spe* = E. BG𝔙 . . . 𝔎 = *nec sine spe.*

Cap. XXX.

Ee + *ait ut nunquam.* B Col. — *de* ante *dis agitur.* P3. = *quam cum*

mus templa conpositi, si ad sacrificium accessuri uoltum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestiae fingimur: quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus, de eorum natura, de stellis disputamus, ne quid temere, ne quid inprudenter aut ignorantes adfirmemus aut scientes mentiamur? Nec miremur tam tarde erui quae tam alte iacent. Panaetio 2
et his qui uideri uolunt cometen non esse ordinarium sidus, sed falsam sideris faciem diligenter tractandum est an aeque omnis pars anni edendis cometis satis apta sit, an omnis coeli regio idonea in qua creentur, an quacumque ire ibi etiam concipi possint, et cetera quae uniuersa tolluntur, cum dico illos non fortuitos esse ignes, sed intextos mundo quos non frequenter educit, sed in occulto mouet. Quam multa praeter hos per secre- 3
tum eunt numquam humanis oculis orientia? neque enim omnia deus homini fecit. Quota pars operis tanti nobis committitur? ipse qui ista tractat, qui condidit, qui totum hoc fundauit, deditque circa se, maior pars sui operis ac melior, effugit oculos, cogitatione uisendus est. XXXI. Multa praeterea cognata numini summo et uicinam sortita potentiam obscura sunt. aut for-

*de diversis agitur.* Ee = *vultum dimittimus.* B = *si omni argumentum modestiae fungimur.* Anic. Scal. = *modestiae erigimur.* G (m ∾) — *quanto hoc magis ... disputamus.*

*de sideribus, de eorum natura, de stellis disputamus* = Ee. BmG 𝔈1. ... 𝔎 = *de sideribus, de stellis, de deorum natura disp.* 𝔅 = *de sideribus de stellis de eorum natura disp.*

*ne quid inprudenter* = BEeG Anic. 𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *ne quid impudenter.*

2. *diligenter tractandum est* = E mG 𝔈1. ... 𝔏4. G — *tractandum est.* 𝔅 = *diligenter tractandus est.* B Brit. 𝔊ro ... 𝔎 = *diligenter tractatum est.* B𝔅 = *pars anni edentis.* E (s∾) G (s∾) — *satis* ante *apta.* B — *an omnis coeli ... et cetera.* G(n.) + *quacunque queque ire.* G(cr.∾) = *concipi possunt.* 𝔅 = *an quantum quaeque ire: concipi posse ibi est: sunt et caetera.*

*illos non fortuitos esse* = BEemG 𝔅. G = *illos non futuros esse ignes.* 𝔈1. ... 𝔎 = *illos fortuitos non esse ignes.* G (cr. ∾) = *et intexto mundo.* G = *quos vero frequenter.*

3. B = *Quorum multa praeter hos.*

*neque enim omnia deus homini fecit* = E P4. Col. codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. G P3. 𝔅 ... 𝔏4. = *Neque enim omnia deus humani oculis nota fecit.* B = *Non enim* ∾.

*nobis committitur* = BEmG codd. Ops. 𝔊ro ... 𝔎. P3. 𝔅 + *Quota oculis pars operis tanti nobis committitur.* 𝔈1. + *Quota pars oculis operis tanti nobis committitur.* G P4. Col. — *nobis.* 𝔈2. ... 𝔏4. = *nostris oculis committitur.*

*ipse qui ista tractat* = sG P4. 𝔈1. ... 𝔊. BEe P3. Col. = *Ipse qui ipsa tractat.* G = *Ipse qui ipsam tractat.* 𝔐 ... 𝔎 = *Ipse qui ea tractat.* B = *qui totam hoc firmavit.*

*maior pars sui operis* = G (s.m.). Ee + *maior est pars sui operis.* B = *maior est sui operis.* G + *maiorque est pars sui operis.* 𝔅 ... 𝔎 = *maiorque est pars operis sui.* 𝔅 = *effudit oculos.* G (cr. ∾) = *visendum est.*

Cap. XXXI.

𝔅 = *cognata minimi fumo.* 𝔈1. = *nimium summo.* Pinc. v. l. = *numini suo.* G (cr. ∾) = *sortitam*

**tasse, quod magis mireris, oculos nostros et inplent et effugiunt, siue illis tanta subtilitas est quantam consequi acies humana non possit, siue in sanctiore secessu maiestas tanta delituit et regnum suum, id est se regit nec ulli aditum dat nisi animo. Quid sit hoc sine quo nihil est scire non possumus: et miramur, si quos igniculos parum nouimus, cum maxima pars**
**2 mundi deus lateat? Quam multa animalia hoc primum cognouimus seculo? et quidem multa uenientis aeui populus ignota nobis sciet. multa seculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleuerit, reseruantur. Pusilla res mundus est, nisi in illo quod quaerat omnis mundus habeat. Non semel quaedam sacra traduntur: Eleusin seruat quod ostendat reuisentibus. Rerum natura sacra sua non semel tradit. initiatos nos credimus: in ue-**
**3 stibulo eius haeremus. Illa arcana non promiscue nec omnibus patent: reducta et interiore sacrario clausa sunt. ex quibus aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit dispiciet. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tarde magna**

*potentiam.* E = *quae* [q̄] *magis mireris.* B = *quod magis mirere.* B 𝔅 — *et* ante *inplent.* B = *quantam assequi acies.* G (m∾) 𝔅 = *acies nostra.* B = *in sanctiore recessu.* G(s∾) = *maiestas tanta dilituit.* P3. = *maiestas tanta delitũ.* P4. Col. = *maiestas tanta delicuit.* Ee — *et* ante *regnum suum.* sG = *idem se regit.* Ee — *aditum.* G (cr.∾) = *additum nec animo.*

*sine quo nihil est* = BsEe. 𝔅 = *sine quo vilẽ.* E (s∾) — *nihil est.* G𝔊1. ... 𝔎 (exc. 𝔐) = *sine nil est.* B = *si hos igniculos.* G(m∾) = *si quos ingretulos parum novimus.*

2. B = *cognovimus seculo. quam multa negocia. ne hoc quidem multa aetas populus.* Ee P3. Col. = *cognovimus seculo? quam multa negotia ne quidem hoc: multa venientis aevi* [P3. = *cui*] *populus.* G = *cognovimus seculo quam multa negocia* [m *ne quidem hoc multa*] *venientis aevi populus.* Fort. = *seculo? Ne haec quidem multa. Multa venientis aevi populus.* P4. = *seculo, quam multa negotia, nec quidem hoc multa seculis tunc futuris.* Codd. Ops. = *seculo, quam multa negotia. Ne hoc quidem. Multa.* 𝔅 = *seculo: quam multa negocia. Ne quid haec multa venientis aevi populus.* 𝔊1. = *saeculo, quam multa negotia? Ne quidem haec multa venientis aevi populus.* 𝔊2. ... 𝔊 = *seculo, quam multa negotia, haec quidem multa. Multa venientis aevi populus.* 𝔐 ... 𝔎 ∾. Sed locus minime sanus est. B — *tunc* ante *futuris.* B = *nostra exoleverint.* G (s ∾) = *in illo quo quaerit.* 𝔅 = *quemadmodum sacra traduntur.*

*Eleusin servat* = Ee ci. Gron. 𝔎. sE so = *Plenius servat.* P3. = *Clusin servat.* BG P4. Col. 𝔅 ... 𝔊 = *Eleusina servat.* sG 𝔐 ... ℜu = *Eleusis servat.* G (cr. ∾) 𝔅 = *quod hostendat* (sG = *ostendit*).

*sacra sua non semel tradit* = B Ee sG. G𝔅 ... 𝔎 = *sacra sua non simul tradit.* Ee = *Initiato nos credimus.* G𝔅 = *Initiatos* [Gr. =] *non credimus.*

3. *et interiore sacrario clausa sunt* = Ee P3. P4. Col. G𝔅𝔊1. = *etiam* [mG = *et*] *in interiore* [P4. Col. = *interiori*] *sacrario clausa sunt.* 𝔊2. ... 𝔎 + *et in interiore sacrario clausa sunt.* B = *et in interiore clausa sunt sacrario.* *E quibus aliud.* G = *Ex quibus alium.* G = *perducerentur.* *Tarde magna perveniunt.*

proueniunt, utique si labor cessat. Id quod unum toto agimus
animo nondum perfecimus, ut pessimi essemus. adhuc in pro- 4
cessu uitia sunt: inuenit luxuria aliquid noui in quod insaniat.
inuenit inpudicitia nouam contumeliam sibi. inuenit deliciarum
dissolutio et tabes aliquid tenerius molliusque quo pereat. Non-
dum satis robur omne proiecimus: adhuc quicquid est boni mo-
ris exstinguimus laenitate et politura corporum. muliebres
munditias antecessimus. colores meretricios matronis quidem
non induendos uiri sumimus. tenero et molli incessu suspendi- 5
mus gradum: non ambulamus, sed incedimus. exornamus anu-
lis digitos, in omni articulo gemma disponitur. cotidie conmi-
niscimur per quae uirilitati fiat iniuria, ut traducatur, quia non
potest exui: alius genitalia excidit, alius in obscoenam partem
ludi fugit et locatus ad mortem infamiae armatur. egenus etiam
in quo morbum suum exerceat legit. XXXII. Miraris, si non-
dum sapientia omne opus suum inpleuit? nondum tota se nequi-
tia protulit. adhuc nascitur et huic omnes operam damus: huic
oculi nostri, huic manus seruiunt. Ad sapientiam quis accedit?
quis dignam iudicat, nisi quam in transitu nouerit? quis philo-
sophiam aut ullum liberale respicit studium, nisi cum ludi inter-
calantur, cum aliquis pluuius interuenit dies quem perdere libet?

*Id quod unum toto agimus animo* = BEG 𝔈2. . . . 𝔅1. Gr. 𝔅𝔈1. = *In quod unum tota agimus animo.* Pinc. v. l. 𝔅2. ... 𝔎 = *In quod unum toto agimur animo.* probat Grut.

4. B = *aliquid novi in quo seviat.* 𝔅 = *Invenit pudicitia.* G(s∾) — *novam* ante *contumeliam.* B = *aliquid adhuc tenerius et mollius.* G (cr.∾) = *quomodo pereat.* Pinc. v. l. = *quo pereatur.* BEG Gr. 𝔅 ∾. B — *laevitate* ... *matronis.* G(cr.∾) = *non inducendos.* B = *non induendum.*

5. *tenero et molli incessu* = Ee 𝔈2.... 𝔖. Bong. ex Cui. 𝔐 ... 𝔅1. 𝔑u 𝔎 = *Tenero et molli ingressu.* B G Gr. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. 𝔐an 𝔅2. = *Tenero et molli gressu.* B Fort. 𝔈2. ... 𝔖 = *non ambulamus sed repimus.* probat Fortun. Ee = *in omni articulo gemmandis ponimus.* G = *Cotidie commiscimur.* 𝔅 = *comminiscimus.* Ee = *humilitati fiat iniuria.* G Gr. 𝔅𝔈1. 𝔅2. ... 𝔎 = *aut traducatur.* BE Fortun. ci. ∾. E(s∾) — *potest* ante *exui.* B = *non potest erui. alius genitalia abscidit alius in obscenam ludi partem.* Fromond. ci. = *in obscoenam artem ludi.* G 𝔅𝔈1. = *partem ludi fugerit.* BEe-P3. codd. Ops. = *infame armatur.* Fort. = *in fame armatur.* probat Fortun. Fromond. ci. = *in mortem infamem armatur.* sed magis probat vulgatam. G P4. Col. 𝔅 ∾ (𝔅 = *armatus*). B = *et genus etiam in quo.*

Cap. XXXII.

B = *Nondum se nequitia totam protulit.* G (s∾) 𝔅 = *Quis dignum indicat.* 𝔅 = *nisi quem in transitu moverit.* B = *Quis phylosophum aut ullum liberale studium respicit.* 𝔅 = *Quis philosophum.* 𝔅 — *cum* ante *ludi.* G = *intercalcantur.* 𝔅 = *pluviis intervenit dies.*

*quem perdere libet* = BEe sG codd. Ops. Anic. ci. Steph. (ad Dalech. Ep.

2 Itaque tot familiae philosophorum sine successore deficiunt. Academici et ueteres et minores nullum antistitem reliquerunt. Quis est qui tradat praecepta Pyrrhonis? Pythagorica illa inuidiosa turbae schola praeceptorem non inuenit. Sextiorum noua et Romani roboris secta inter initia sua, cum magno inpetu coe-
3 pisset, exstincta est. At quanta cura laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat? Stat per successores Pyladis et Bathylli domus: harum artium multi discipuli sunt multique doctores. Priuatum urbe tota sonat pulpitum. in hoc uiri, in hoc feminae tripudiant. mares inter se uxoresque contendunt uter det latus illis. deinde sub persona cum diu trita frons est, trans-
4 itur ad galeam. Philosophiae nulla cura est. Itaque adeo nihil ex his inuenitur quae parum inuestigata antiqui reliquerunt, ut multa quae inuenta erant, obliterentur. At mehercule si hoc totis membris premeremus, si in hoc iuuentus sobria incumberet, hoc maiores docerent, hoc minores addiscerent: uix ad fundum ueniretur in quo ueritas posita est quam nunc in summa terra et leui manu quaerimus.

21.). GGr. 𝔅 ... 𝔎 = *quem perdere licet.*

2. G (s∾) Scal. 𝔅𝔈1. = *sine successione deficiunt.* sP4. Fortun. ci. = *et veteres et iuniores.* BG Gr. 𝔅 ... 𝔊 = *praecepta Platonis.* E = *praecepta Pirronis.* m𝔈2. ∾.

*Pythagorica illa* = EG𝔅 ... 𝔏4. 𝔑u𝔎. B Brit. 𝔊ro ... 𝔅2. = *Pythagorea.*

*invidiosa turbae schola* = EeG P3. 4. 𝔅𝔅2. ... 𝔎. Col. = *in ludiosa turbae schola.* B𝔈1. ... 𝔅1. 𝔑u𝔑 = *invidiosae turbae schola.* B = *Sestiorum.* G (m∾) = *et robora roboris secta.* B = *cum ipitia sua magno impetu cepisset.* Ee = *inter vitia sua.* G (cr. ∾) = *coepissent.*

3. BG (s.m.) 𝔈2. ... 𝔊 𝔑u 𝔎 + *ne cuiuslibet pantomimi.* G = *ne cuiuslibet pantomimium.* P4. Col. 𝔅 𝔈1. 𝔐an = *ne cuiuslibet patrimonii.* P3. = *ne cuiuslibet in patria nomen.* E ∾.

*Privatum* = BEeG Gr. codd. Ops. Anic. Scal. 𝔅𝔈1. 𝔐an. 𝔈2. ... 𝔎 = *Privatim.* B = *tota urbe pulpitum sonat.* Col. = *urbe tonat pulpitum* om. *tota.* B Brit. = *uter det latus. illius deinde sub persona.* Ee = *uter det latus. Illius demum sub persona.* de quo vide. G (cr. ∾) P4. Col. 𝔈1. = *ut detur latus. Illius deinde.* P3. = *ut dent latus illius.* 𝔅 = *ut detur latio. Ille deinde sub persona.* Gron. ci. = *uter det latus Hylae.* P3. = *Deinde cum persona cum diu.* B = *trita est frons.*

*transitur ad galeam* = BEG Fort. Gr. Scal. 𝔅𝔊ro 𝔅2. 𝔈1. ... 𝔏4. 𝔅1. 𝔑u𝔎 = *transitur ad ganeam.*

4. B (s∾) = *Ita adeo.*

*nihil ex his invenitur* = Ee. BG 𝔅 ... 𝔎 = *nihil invenitur ex his.* 𝔅 = *inventa erant oblinerentur.*

*At mehercule* = BEeG𝔅. 𝔈1. ... 𝔎 = *At mehercules.* Ee — *vix ad fundum veniretur.* B = *vix ad fundum venirent.* Apud G *veniretur* in lit. B = *in summa terrae.* B = *Lucii Annei Senece Explicit.* G = *Explicit liber sextus Senece de quaestionibus naturalibus.* 𝔅 = *Explicit liber septimus et ultimus Naturalium questionum.*

L. ANNAEI SENECAE

# LUDUS DE MORTE CLAUDII.

# L. ANNAEI SENECAE
# LUDUS DE MORTE CLAUDII.

---

I. Quid actum sit in coelo ante diem III. idus Octobr. anno nouo initio seculi felicissimi uolo memoriae tradere. Nihil offensae nec gratiae dabitur. Haec ita uera: si quis quaesiuerit unde sciam, primum, si noluero, non respondebo. Quis coa- 2
cturus est? Ego scio me liberum factum ex quo suum diem obiit ille qui uerum prouerbium fecerat *aut regem aut fatuum nasci oportere.* Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam uenerit. Quis umquam ab historico iuratores exegit?
Tamen si necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo qui 3
Drusillam euntem in coelum uidit: idem Claudium uidisse se di-

*L. Annaei Senecae Ludus de morte Claudii.* Ita scripsi. V — *L. Annaei.* G = *Ludus Senece de morte Claudii Neronis foeliciter Incipit.* 𝔈1. ... 𝔊 = *Lucii Annaei* [*Annei*] *Senecae in mortem Claudii Caesaris Ludus.* Bong. 𝔐 ... 𝔅1. = *L. Annaei Senecae Claudii Caesaris* Ἀποκολοκύντωσις ex ci. Hadr. Iunii (Animadvv. I, 17.). cf. Dio Cass. LX, 35. συνέθηκε μὲν γὰρ ὁ Σενέκας σύγγραμμα Ἀποκολοκύντωσιν αὐτό, ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν, ὀνομάσας. 𝔑u 𝔅2. = *L. Annaei Senecae de morte Claudii Caesaris Ludus.*

Cap. I.

*Quid actum sit in coelo ante diem III. id. Octobr. anno novo, initio seculi felicissimi* = V. G = *Quid actum in coelo sit ante diem tertio Octobr. idus anno novo initio foelicissimi seculi.* 𝔈1. ... 𝔅2. + *Quid actum sit in coelo ante diem tertium idus* [𝔈1. ... 𝔏𝔍u = *eidus*] *Octobris, Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss., anno novo, initio seculi felicissimi.* Sed consulum nomina nec in S nec in αab aut Trist. leguntur. Cod. Rhen. = *anno nono.*

*Nihil offensae nec gratiae dabitur* = VGαbcdegh Trist. 𝔑u. S + *Nihil nec offensae nec gratiae dabitur*: probat Orellius, et mihi quoque placet. 𝔈1. ... 𝔅1. 2. = *Nihil offensae vel gratiae d.* Bong. cod. Curionis = *Haec ita vero.* Mss. etiam Ruhkii ∾. G (s∾ ead. m.) — *quis.*

*quaesiverit* = VS. G 𝔈1. ... 𝔅2. = *quaesierit.* G = *si voluero.*

2. G = *Si respondere libuerit.*

*ab historico iuratores exegit* = VS Bong. Trist. codd. Ruhk. 𝔈1. 2. 𝔑u 𝔅2. G = *Quis unquam ab istorico viatores coegit.* 𝔖𝔊 = *Quis unquam ab historico iure autores exegit.* Rhen. ci. 𝔏 ... 𝔅1. = *Quis unquam ab historico iurato res exegit.* probat Gron.

3. G = *Drusyllam.* V(cr. ∾ ead. m.) = *euntem in caelo vidit.* V = *Item Claudium.*

cet iter facientem non passibus aequis. Uelit, nolit, necesse est illi omnia uidere quae in coelo agantur. Appiae uiae curator est: qua scis et diuum Augustum et Tiberium Caesarem ad
4 deos isse. Hunc si interrogaueris, soli narrabit: coram pluribus numquam uerbum faciet. Nam ex quo in senatu iurauit se Drusillam uidisse coelum adscendentem et illi pro tam bono nuntio nemo credidit quod uiderit, uerbis conceptis adfirmauit se non indicaturum, etiam si in medio foro hominem occisum uidisset. Ab hoc ego quaecumque audiui certe clara adfero, ita illum saluum et felicem habeam.

II. *Iam Phoebus breuiore uia contraxerat ortum*
*Lucis et obscuri crescebant tempora somni*
*Iamque suum uictrix augebat Cynthia regnum*
*Et deformis hiems gratos carpebat honores*
*Diuitis autumni iussoque senescere Baccho*
*Carpebat raras serus uindemitor uuas.*

2 Puto magis intellegi, si dixero, mensis erat October, dies tertius idus Octobris. Horam non possum certam tibi dicere: facilius inter philosophos quam inter horologia conueniet. Tamen

G = *iter non aequis passibus facientem.* sVSG = *quae in caelo ag untur.* Amicus Grut. ci. = *curator es* aut *qua scimus* vel *scitur.* G = *et Tyberium.*

4. G = *Nunc si interrogaveris.* G = *Drusyllam*, ut solet.

*quod viderit* = S codd. Ruhk. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔚2. VG 𝔐 ... 𝔚1. = *quid viderit.* Heumannus (in Suppl. ad Acta Erud. VI. p. 298.) haec pro glossemate habet. G = *verbis et certis affirmavit.* G — *in* ante *medio foro.*

*occisum vidisset* = VSG. 𝔈1. ... 𝔚2. = *vidisset occisum.* G = *Ab ego quem tu audivi* om. *hoc.* Cod. Rhen. = *Ab hoc ergo quae tum audivi.*

*certe clara adfero* = VG cod. Rhen. cod. Iunii 𝔐 ... 𝔚1. S = *certa clara adfero.* idem laudat Fromond., probat Orell. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔚2. = *certa claraque affero.* Ruhk. laudat Drkb. ad Liv. I, 18. fin. Gron. ci. = *certa et clara affero.*

Cap. II.

Fromond. ci. = *contraxerat orbem.*

*tempora somni* = VSG 𝔈1. ... 𝔈4. Bong. cod. Rhen. 𝔊ro ... 𝔚2. = *cornua somni.* probat Turneb. Advv. IX, 26. V = *cintia regnum.* Cod. Rhen = *Cynthia lignum.* Rhen. ci. = *Cynthia lychnum.* probat Bong. ex Cui. SG cod. Iunii ∾. G = *hyems*, ut solet. Neubur ci. = *gratos capiebat honores.*

*iussoque senescere Baccho* = VS Bong. cod. Curionis 𝔊ro 𝔚1. G = *iussuque* [s. m. *iussusque*] *senescere Baccho.* Omnes codd. Ruhk. (?) 𝔅 ... 𝔈4. 𝔑u 𝔚2. = *visoque senescere Baccho.* G — *serus* ante *vindemitor.*

2. Gab cum x (sic Ruhk.) = *dies tertius eiusdem Octobris.* 𝔈1. ... 𝔊 = *dies quintus eiusdem Octobris.* 𝔐 ... 𝔚1. = *Eidus*, ut solent. VS cod. Iunii ∾.

*non possum certam tibi* = VSG. 𝔈1. ... 𝔚2. = *non possum tibi certam.* G = *facilius in phylosophos.* Cod. Curionis = *in horologia conveniet:*

inter sextam et septimam erat. Nimis rustice adquiescunt omnes poetae, non contenti ortus et occasus describere, ut etiam medium diem inquietent. Tu sic transibis horam tam bonam?

*Iam medium curru Phoebus diuiserat orbem*
*Et propior nocti fessus quatiebat habenas*
*Obliquo flexam deducens tramite lucem.*

III. Claudius animam agere coepit nec inuenire exitum poterat. Tum Mercurius qui semper ingenio eius delectatus esset unam e tribus Parcis educit et ait: Quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri pateris? nec umquam tam dirus cruciatus cesset? Annus sexagesimus et quartus est ex quo cum anima luctatur. Quid huic et reipublicae inuides? Patere 2
mathematicos aliquando uerum dicere qui illum ex quo princeps factus est omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum, si errant et horam eius nemo nouit. Nemo

*tum inter sextam et septimam* om. *erat.* Curio ci. + *tum tamen inter.* V = *orologia.*

*Nimis rustice adquiescunt omnes poetae* = VSG cod. Iunii αabcgh. 𝔈1....𝔅1. = *Nimis rustice* [ℜu 𝔅2. = *rustice!*] *acquiescunt oneri poetae.* Scioppius ci. = *Nimis rustice, inquies: cum omnes poetae.* Gron. ci. = *Nimis rustice, inquies, tu nunc. Horni poetae non contenti ortus et occasus describere, etiam medium diem inquietant.* Neubur ci. = *acquiescunt honori poetae.* Multi codd. Ruhk. = *Nimis rustico acq.* G = *ubi etiam medium diem.* c = *aut et medium diem inquietant.* f = *nisi etiam medium diem inquietent.* Cod. Curionis — *tam bonam.*

*Iam medium curru* = VSGg cod. Dal. ℜu𝔎. 𝔈1. = *At medium cursu.* 𝔈2....𝔅1. = *Iam medium cursu.* V = *et propior noctis.*

*fessus* = Vαbch 𝔈1....𝔊. S (?) G𝔐...𝔅2. = *fessas.*

Cap. III.

Koeler ci. + *Cum Claudius.* V = *anim* [duae litterae abrasae] *agere.*

*unam e tribus Parcis* = VSGαabgh ℜu 𝔅2. 𝔈1....𝔅1. = *de tribus Parcis.* Cod. Rhen. — *Parcis*, sed habuit eius sedem vacuam. Rhen. ci. = μοίραις.

*educit* = VG 𝔈2....𝔏4. ℜu𝔎. S Gron. ci. 𝔊ro 𝔅1. = *seducit.* probat Orell. 𝔈1. = *eduxit.*

*pateris? nec umquam tam dirus cruciatus cesset* = ci. Orell. VS Gαabch cod. Rhen. cod. Iunii = *nec* [S p.m. — *nec*] *umquam tam diu* [b — *diu*] *cruciatus esset.* Iunius ci. = *nec umquam tandem cruciatus cesset.* 𝔈1....𝔊 = *nunquam meritum ut tamdiu cruciaretur?* 𝔐...𝔅1. = *nec umquam meritum, ut tamdiu cruciaretur?* ℜu𝔎 = *pateris? nec umquam tamdiu cruciandus esset.*

2. *Quid huic et reipublicae invides* = S. probat Orell. V = *Quid huic et respondit invides?* G Trist. αabcgh 𝔈1. 2. = *Quid huic invides? Et respondit.* 𝔖𝔊 = *Quid huic, respondit, invides?* Turneb. (l. l.) ci. = *invides? ut respondit, patere.* Rhen. ci. = *invides? et respondit, Patiar.* 𝔐...𝔅2. — *et reipublicae.* Cod. Rhen. — *omnibus annis.* V cod. Iunii = *omnibus mensis efferunt.* probat Iunius. G — *est* ante *mirum.*

*et horam eius* = VSG cod. Rhen. 𝔖𝔊. 𝔈1. 2. 𝔐...𝔅2. — *et.* αabcg — *et horam.*

enim umquam illum natum putauit. Fac quod faciendum est:

*Dede neci. melior uacua sine regnet in aula.*

3 Sed Clotho: Ego mehercules, inquit, pusillum temporis adicere illi uolebam, dum hos pauculos qui supersunt ciuitate donaret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos uidere. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui et tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum capsulam et tris fusos profert. Unus erat Augurini, alter Babae, tertius
4 Claudii. Hos, inquit, tris uno anno exiguis interuallis temporum diuisos mori iubebo nec illum incomitatum dimittam. Non oportet enim eum qui modo se tot milia hominum sequentia uidebat, tot praecedentia, tot circumfusa subito solum destitui. Contentus erit his interim conuictoribus.

IV. *Haec ait et turpi conuoluens stamina fuso*
*Abrupit stolidae regalia tempora uitae.*
*At Lachesis redimita comas, ornata capillos,*
*Pieria crinem lauro frontemque coronans*
*Candida de niueo subtemina uellere sumit*
*Felici moderanda manu quae ducta colorem*
*Adsumpsere nouum: mirantur pensa sorores.*
*Mutatur uilis pretioso lana metallo:*
*Aurea formoso descendunt secula filo.*
*Nec modus est illis, felicia uellera ducunt*

*umquam illum* = VS. 𝔈1. = *unquam ipsum*. Cod. Rhen. = *ipsum unquam*. G 𝔈2. . . . 𝔅2. = *illum unquam*. αabgh 𝔈1. . . . 𝔊 + *putavit. Tum ille.*

*Dede neci.* Virg. G. IV, 90.

3. *Ego mehercules* = sVS. V = *Ego mehercul us*. G𝔐 . . . 𝔅2. = *Ego mehercule*. 𝔈1. ... 𝔊 = *Ego mehercle*. S = *inquid*. V (sec. sed aequali m.) = *pauculos qui semper sunt*. G = *Hispanos Gallos*. 𝔈1.... 𝔊 + *Britannos, Sauromatas, et si qui ultra glacialem Boream incolunt Barbari, togatos videre* contra mstos etiam Rhen. Iun. Trist. Dal. Parr. At ea genuina censet Ruhk. G — *tu* ante *ita iubes*. G = *aperit tunc* [= 𝔈1, 2.] *capsam*.

*et tris fusos* = VG (V prius habuit *tres*, sed cr. ∾ ead. m.). S (?) 𝔈1. ... 𝔅1. = *et treis fusos*. 𝔈1. 𝔑u 𝔅2. = *et tres fusos*. VSGβ 𝔈1. . . . 𝔊 = *alter Badae*. α = *alter Bedae*. b = *alter Budae*.

4. *Hos, inquit, tris* = VG (V prius habuit *tres*, sed cr. ∾ ead. m.). S (?) 𝔈1. ... 𝔅1. = *Hos, inquit, treis*. 𝔑u 𝔅2. = *Hos, inquit, tres*. G = *mori iubeo*. Trist. = *nec ullum incomitatum*. V = *distitui*. G = *Contestus erit his interim victoribus*.

Cap. IV.

S = *stamine fuso*. v. 5. G Trist. = *subtegmina* (G. = *vellera*). 𝔈1. ... 𝔊 = *subtegmine vellera*. v. 6. G = *foelici moderata manu*. v. 9. V = *formosa*. v. 10. G = *felicia saecula ducunt*. Cod. Curionis = *felicia secula dicunt*. Vaah 𝔐 = *vel-*

*Et gaudent inplere manus, sunt dulcia pensa.*
*Sponte sua festinat opus nulloque labore*
*Mollia contorto descendunt stamina fuso.*
*Uincunt Tithoni, uincunt et Nestoris annos.*
*Phoebus adest cantuque iuuat gaudetque futuris*
*Et laetus nunc plectra mouet, nunc pensa ministrat.*
*Detinet intentas cantu fallitque laborem.*
*Dumque nimis citharam fraternaque carmina laudant,*
*Plus solito neuere manus humanaque fata*
*Laudatum transscendit opus. Ne demite, Parcae,*
*Phoebus ait: uincat mortalis tempora uitae*
*Ille mihi similis uoltu similisque decore,*
*Nec cantu nec uoce minor: felicia lassis*
*Secula praestabit legumque silentia rumpet.*
*Qualis discutiens fugientia lucifer astra*
*Aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris,*
*Qualis, cum primum tenebris aurora solutis*
*Induxit rubicunda diem, Sol adspicit orbem*
*Lucidus et primos a carcere concitat axes:*
*Talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem*
*Adspiciet, flagrat nitidus fulgore remisso*
*Uoltus et adfuso ceruix formosa capillo.*

Haec Apollo. At Lachesis quae et ipsa homini formosissimo faueret fecit illud plena manu et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. Et ille quidem animam ebulliit et ex eo de-

*lera dicunt.* v. 13. *descendunt stamina fuso* = VSG cod. Rhen. 𝔈2. ...𝔅1. 𝔈1. ℜu 𝔎 = *distendunt stamina fuso.* Ruhk. quae huc pertinebant, male retulit ad v. 9. v. 14. G = *Tytoni.* v. 16. V = *Fi laetus nunc.* Gron. ci. = *movens* ∾ *ministrans.* v. 17. V = *intentus cantu.* v. 18. G = *cytharam.* v. 19. V = *Ne vera manus.* v. 20. β (s.m.) = *redimite Parcae.* v. 23. 𝔈1. = *felicia lapsis.* v. 24. V = *Saecula.* v. 27. G = *Qualis quo primum.* v. 29. *a carcere* = VSG 𝔈1. ... 𝔊. 𝔐 ... 𝔅2. = *e carcere.* v. 32. *adfuso* = VSG 𝔈2. ... 𝔏4. 𝔈1. 𝔊ro ... 𝔅2. = *effuso.*

*homini formosissimo* = VSGαβefgh 𝔈1. ... 𝔊 ℜu 𝔎. idem proposuit Lips. (Epp. Quaestt. II, 24.). 𝔐 ... 𝔅1. = *homini fortissimo.*

*fecit illud plena manu et Neroni* = VSαβbefg 𝔈1. ... 𝔊 (S. = *feci d*). probat Orellius et explicat: „scil. quod Apollo iusserat, et plena quidem manu.“ G = *fecit id plena manu et Neroni.* Cod. Curionis = *fecit illa plena manu.* Bong. cod. Lips. (Epistt. Qu. II, 24.) 𝔐 ... 𝔅2. = *fecit et plena orditur manu et Neroni.* G = *annos multos.* V = ΧΑΙΡΟΝΤΑΥ ΕΥΦΗΜΟΥΝΤΑΥϹ ΕΚ|ΠΕΙΝΔΟϹΩΕΩ. G 𝔈1. horum locum habent vacuum. 𝔈2. = *omnes*

siit uiuere uideri. Exspirauit autem dum comoedos audit, ut
scias me non sine causa illos timere. Ultima uox eius haec in-
ter homines audita est, cum maiorem sonitum emisisset illa par-
te qua facilius loquebatur: Uae me, puto, concacaui me. Quod
an fecerit nescio: omnia certe concacauit. V. Quae in terris
postea sint acta superuacuum est referre. Scitis enim optime.
nec periculum est, ne excidant quae memoriae gaudium publi-
cum inpresserunt. Nemo felicitatis suae obliuiscitur. In coelo
2 quae acta sint audite: fides penes auctorem erit. Nuntiatur Io-
ui uenisse quemdam bonae staturae, bene canum, nescio quid
illum minari: adsidue enim caput mouere, pedem dextrum tra-
here. quaesisse se cuius nationis esset. respondisse nescio quid
perturbato sono et uoce confusa. non intellegere se linguam
eius. nec Graecum esse nec Romanum nec ullius gentis notae.
3 Tum Iupiter Herculem, quia totum orbem terrarum pererraue-
rat et nosse uidebatur omnes nationes, iubet ire et explorare
quorum hominum esset. Tum Hercules primo adspectu sane
perturbatus est, ut qui etiam non omnia monstra domuerit: ut

χαίρειν rell. om. S cod. Iunii cod. Curionis ∾. Versus est ex Eurip. Cresph. Dind. Poet. Scen. 'Αποσπ. p. 97. XIII.

*et ex eo desiit* = S. probat Orell. G = *animam ebullit et eo desii vivere.* V𝔈2. ... 𝔅2. — *ex.* 𝔈1. — *ex eo.* G = *animam ebullit et eo desii vivere.* G = *eos timere.* 𝔑u = *Vae! me, puto.* V = *concauaui me* et mox *concauauit.*

*Quod an fecerit nescio* = S. probat Orell. VG 𝔈1.𝔊 ... 𝔅2. = *Quid autem fecerit.* Rhen. ci. 𝔈2. = *Quid ante fecerit.* 𝔈1. ... 𝔊 + *concacavit. Nec post boletum opipare medicamentis conditum plus cibi sumpsit.* Cod. Curionis + *concacavit. plus cibi sumpsit.* VSG cod. Rhen. ∾.

Cap. V.

G = *postea sunt acta.* 𝔈1. ... 𝔊 = *quae postea in terris sunt acta.* Cod. Rhen. = *Scitis enim certissime.* probat Gron. VSG Parr. ∾.

*gaudium publicum* = VSG. Cod. Rhen. 𝔈1. ... 𝔅2. = *publicum gaudium.*

*impresserunt* = SG cod. Rhen. cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅1. V = *impresserant* (*a* n.). Rhen. ci. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u 𝔅2. = *impressit* (𝔈1. 2. = *memoriae, quae p. g. imp.*). probat Gron. Iunius ci. = *impresserat.* Rhen. ci. etiam = *publica gaudia impresserunt.* V G𝔈1. 2. = *quae acta sunt.*

2. G = *venisse quidam.* V = *benae canum.* VG = *nescio quid illum mirari* (mV = *mari*). V (cr. ∾) = *pedum dextrum.*

*respondisse nescio quid* = VSG cod. Iunii 𝔐 ... 𝔅1. 2. .. 𝔈1. ... 𝔊 𝔑u + *respondisse illum nescio quid.*

3. G = *totum terrarum orbem.* 𝔈1. — *terrarum.* VG — *et* ante *explorare.* V (s∾) = *Herculus.*

*ut qui etiam non omnia monstra domuerit* = cod. Dal. cii. Douza P. Faber Lips. Mihi quidem olim in mentem venit: *ut qui tantum non omnia monstra domuerit.* VS 𝔈1. ... 𝔅1. = *ut qui* [V p. m. = *ut quid*] *etiam non omnia monstra timuerit.* G = *ut qui etiam non omnia monstra timuit al' timuerit.* Gron. ci. = *utcumque etiam Iunonia monstra domuerit.* 𝔑u 𝔅2. = *ut qui etiam non Iunonia monstra timuerit. timue-*

uidit noui generis faciem, insolitum incessum, uocem nullius terrestris animalis, sed qualis esse marinis beluis solet, raucam et inplicatam, putauit sibi tertium decimum laborem uenisse: Diligentius intuenti uisus est quasi homo. Accessit itaque et 4
quod facillimum fuit Graeculo ait,

*Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες;*

Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum. Itaque et ipse Homerico uersu Caesarem se esse significans ait,

*Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.*

Erat autem sequens uersus uerior, aeque Homericus,

*Ἔνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.*

VI. Et inposuerat Herculi minime uafro, nisi fuisset illic Febris quae fano suo relicto sola cum illo uenerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat. Ego tibi dico quae cum illo tot annis uixi: Lugduni natus est. Marci municipem uides. quod tibi narro, ad sextum decimum

*rit* probant Fromond. Sonntag. Ruhk. ci. = *O r c i monstra* coll. Il. ϑ, 368. Orell. ci. = *ut qui etiam n o v a I u n o n i a* [sive *Iunonis*] *monstra timuerit*. G (cr. ∾ ead. m.) = *animalis terrestris*. Rom. — *qualis esse marinis beluis solet*. m cod. Curionis = *m u tam et implic i tam*. probat Curio. S (p.m.) = *implic i tam*.

4. E1.... G + *Diligentius a u t e m intuenti* contra mstos etiam Iun.

Τίς, πόθεν εἶς ἀνθρῶν; πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες; = SE2....G. V = ΤΙϹ ΤΙΟΘΕ | ΝΙϹΑΝΟΡΩΝΤΙΩΝ ΤΙΟΙΝΤΙΟΛΙϹΗΟΕ | ΤΚΗΕϹ. M ... B2. — ἠδὲ τοκῆες. GE1. horum verborum spatium habent vacuum (sed leguntur integra in Scholiis Rhenani). Versus est Hom. Od. α, 170. al.

*Claudius gaudet essse* = VSG cod. Iun. Trist. Dal. E1.... B2. + *U b i h a e c Claudius, gaudet esse*. quae ex Graecis orta esse recte docet Orellius. V = *f i lologos*. V (m ∾) = ΙΝΟΘΕΝΜΕΦΕΡΟΑΝΕΜΟΟΚΙΟ | ΝΕϹϹΙΤΙΕΜϹϹΕΝ. GE1. 2. Graecorum sedem habent vacuam. S cod. Iunii cod. Curionis ∾. Versus est Hom. Od. ι, 39. V = *aeque Homericos*. V(m ∾ ead. m.) = ΕΗΕΑΔΕΤΩΠΟΛΙ | ΝΕΤΙΡΑΕΟΝΩΛΕϹΑΜΥΤΟΥϹ. G E1. 2. Graecorum sedem rursus habent vacuam. Versus est Hom. Od. υ, 40.

Cap. VI.

*Et inposuerat Herculi minime v a f r o, nisi fuisset* = Bong. Iun. ci. M ... B1. + *Et imposuerat Herculi h o m i n i minime vafro, nisi fuisset*. V = *et inposuerat Herculi minime* [cod. Iunii =] *f a b r o nisi fuisset*. S = *Et imposuerat Herculi h o m i n i* [?] *minime f a b r o nisi fuisset*. Orell. probat *vafro*. G = *Et impo s u i s s e t Herculi minimo d i s c r i m i n e f e b r e s nisi fuisset*. Parr. = *Herculi minimo discrimine* [?] *f a b r o s* sive *f e b r e s*. E1. ... G Ru K = *Et imposuerat Herculi minimo d i s c r i m i n e f a b u l a m* [pro hoc cod. Rhen. = *f a b r o s*. unde Rheu. ci = *A l l o b r o x*], *nisi fuisset*. Rhen. Alciat. (Parergg. I, 37.) cii. = *minimo d i s c r i m i n e f i b u l a m* (Graeci ἀγτχτῆρα vocant).

*sola c u m illo venerat* = SG E1. ... B2. V cod. Iun. = *sola i u m illo venerat*.

*cum i l l o tot a n n i s vixi* = VG (*annis* erat etiam in cod. Dal.). S = *cum illo tot a n n o s* [?] *vixi*. E1. ... B2. = *cum i p s o tot a n n o s vixi*. S = *Lug u duni natus est*. quod ab Inscriptionibus firmatum probat Orell.

*M a r c i municipem vides* = VSG

lapidem natus est a Uienna, Gallus germanus. Itaque quod Gallum facere oportebat Romam cepit. Hunc ego tibi recipio
2 Lugduni natum ubi Licinius multis annis regnauit. Tu autem qui plura loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius Lugdunenses scire debes et multa milia inter Xanthum et Rhodanum interesse. Excandescit hoc loco Claudius et quanto potest murmure irascitur. Quid diceret nemo intellegebat. Ille autem Febrim duci iubebat illo gestu solutae manus et ad hoc unum satis firmae quo decollare homines solebat. Iusserat illi collum praecidi. Putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat. VII. Tum Hercules: Audi me, inquit, tu desine fatuari. uenisti huc ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi uerum, ne tibi alogias excutiam. Et quo terribilior esset, tragicus fit et ait:

2 *Exprome propere sede qua genitus cluas,*
*Hoc ne peremptus stipite ad terram accidas.*
*Haec claua reges saepe mactauit feros.*
*Quid nunc profatu uocis incerto sonas?*

Parr. 𝔐 … 𝔅1. Cod. Rhen. = *Marci municipem audes.* 𝔊1. … 𝔊 = *Marci municipem audis.* Rhen. ci. = *Munatii municipem audis.* 𝔑u 𝔎 = *Munatii municipem vides.* Gron. ci. = *Planci municipem vides.* quod probo fere. Scheff. (in Lectt. Acadd.) ci. + *vides. Audis, quod tibi narro?* G = *quo tibi narro ad XII. lapidem.*

*natus est a Vienna* = VSG. 𝔊1. … 𝔅2. = *a Vienna natus est.*

*Hunc ego tibi recipio* = VS cod. Iunii 𝔐 … 𝔅1. probat Grut. G = *Nunc ego recipio te.* Cod. Curionis 𝔊1. … 𝔊 𝔑u 𝔅2. = *Hunc ego reddo tibi.* Curio ci. = *dedo tibi.* S = *Luguduni natum.* G = *Lucinius.* Torrent. (ad Suet. Aug. 67.) ci. = *Licimnius.*

*multis annis* = VS. G = *multis regavit* [hoc cr. ∾] *annis.* 𝔊1. … 𝔅2. = *multos annos.*

2. V = *quam ullius mulio.* S = *Lugudunenses.* V (s.m.) = *et multa alia inter (Xantū et Hrodanum).* S — *et* ante *multa milia.* VG = *Quid dicebat nemo.* 𝔊1. 2. = *Quod diceret nemo.* Scribendum duco: *Quod dicebat.* S (?) ∾.

*et ad hoc unum* = VG 𝔊1. … 𝔅1. S = *ad hoc manu satis firmae* om. *et.* αβg — *et.* probat Orell. Gron. ci. 𝔑u 𝔅2. = *sed ad hoc unum.* probat Huet. V = *quod decollare.* G = *illius esse liberos.*

Cap. VII.

*Audi me, inquit, tu desine fatuari* = VSG cod. Iunii. 𝔊1. … 𝔅2. + *tu et desine fatuari.*

*alogias excutiam* = VS cod. Rhen. Parr. 𝔊2. … 𝔅1. probat Orell. 𝔊1. 𝔑u 𝔅2. + *alogias excutiam, dicito.* G = *nec tibi alogyas excutiam.*

2. VS vet. ex. Bong. = *Exprime propere.* Bong. ci. = *Expromere properes qua gente natus cluas.* G dirimit singulos versus sic: *Exprome propere Sed qua genitus cluas Hoc ne peremptus Stipite ad terram accidas.* VS ∾. Etiam V = *sed qua genitus cluas.* 𝔊1. 2. = *sede qua genitum dicas.* 𝔊 = *quia genitus cluas.* ch = *stirpe qua genitus cluas.* S cod. Iunii αabg ∾. v. 3. V = *adcidas.* m cod. Curionis 𝔊𝔊 = *occidas.* v. 4. G = *prophani Vocis.*

*Quae patria, quae gens mobile eduxit caput?*
*Edissere. equidem regna tergemini petens*
*Longinqua regis, unde ab Hesperio mari*
*Inachiam ad urbem nobile aduexi pecus,*
*Uidi duobus inminens fluuiis iugum*
*Quod Phoebus ortu semper obuerso uidet,*
*Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit*
*Ararque dubitans quo suos cursus agat,*
*Tacitus quietis adluit ripas uadis.*
*Estne illa tellus spiritus altrix tui?*

Haec satis animose et fortiter. Nihilominus mentis suae non 3 est et timet μωροῦ πληγήν. Claudius ut uidit uirum ualentem, oblitus nugarum intellexit neminem parem sibi Romae fuisse, illic non habere se idem gratiae: Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Itaque quantum intellegi potuit haec uisus est dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, speraui mihi adfuturum apud alios et, si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus qui me optime nosti. Nam si memoria repetis, ego 4 eram qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. Tu scis quantum illic miseriarum pertulerim, cum causidicos audirem diem et noctem. in quos si incidisses, ualde fortis licet tibi uidearis, maluisses cloacas Augiae purgare: multo plus ego stercoris exhausi. VIII. Sed quoniam uolo ***

v. 6. V = *regnanter gemini potens*. v. 8. V = *In achaiã ad urbem mobile*. v. 9. G = *fluvium iugum*. Bong. = *fluviis durum*. v. 12. V = *Arar quae*. v. 13. sG = *Abluit ripas vadis*. V = *adluit rapidas vadis*. mαab 𝔈2. = *ripas undis*.

3. μωροῦ πληγήν = VS cod. Iunii 𝔈 ... 𝔅2. Cod. Curionis = μοροῦ πληγήν. G 𝔈1. 2. spatium vacuum habent. Iun. ci. = τιμωρὸν πληγήν. G = *ut videt virum*.

*sibi Romae parem* = VSG (V = *rome*). 𝔈1. ... 𝔅2. = *parem sibi Romae*. Ruhk. vetat coniici *adfuturum apud deos*. VS = *si qui a me*. de quo vide. G Iunius ci. = *a me notorem petisset*. Curio ci. = *a me auctorem petisset*. Rhen. ci. = *ἀμύντορα petisset* vel *amyntorem pet*. Cod. Curionis = *qui me cognosti optime*.

4. V = *memoriã*. G (cr. ∾) = *repetetis*. Scheffer. ci. — *tibi* ante *ante templum*. G — *templum*. VSGαabh 𝔈1. ... 𝔊 = *quantum illic miseriarum contulerim*. Rhen. ci. = *exantlarim*. G = *quom causidicos*.

*diem et noctem* = VS. 𝔈1. ... 𝔅2. + *et diem et noctem*. G = *et noctem et diem*. V = *In quod si incidisses*. G = *in quod* [m *si*] *incidisses*.

*licet tibi videaris* = VSGαabh 𝔈1. . . . 𝔊 ℜu 𝔅2. 𝔐 ... 𝔅1. — *tibi videaris*. VG = *cloacas Auge purgare*. 𝔈1. = *cloacas stercoris expurgare*. S cod. Rhen. ∾.

Cap. VIII.

*Sed quoniam volo ****. Hic nonnulla excidisse iam viderunt antiquitus viri docti. Iunius ci. = *Sed quo ἐμβολή* sive *ἡ ἐμβολή*? i. e. quo irrumpis impressionemque facis? Mss

**non mirum, quod in curiam inpetum fecisti, nihil tibi clusi est: modo dic nobis qualem deum istum fieri uelis. *Ἐπικούρειος θεὸς* non potest esse: *οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει οὔτε ἄλλοις παρέχει.* Stoicus? quomodo potest rotundus esse, ut ait Uarro, sine capite, sine praeputio? Est aliquid in illo Stoici dei, iam uideo: nec cor nec caput habet. Si mehercules a Saturno petisset hoc beneficium cuius mensem toto anno celebrauit princeps, non tulisset. Illum deum sane quantum quidem in illo fuit damnauit incesti. L. Silanum enim generum suum occidit. Oro, propter quid? sororem suam, festiuissimam omnium puellarum, quam omnes *Uenerem* uocarent maluit Iunonem uocare.**

hiatum non significant. Si abiicerentur verba *quoniam volo*, melius haberet locus.

